













Mynsyngerus, Nicolaus

20

309

Cat 33

NICOLAI

ALEXANDRINI MEDICI GRÆ-
ci uetustissimi liber de compositione me-
dicamentorum secundum loca,

TRANSLATVS E' GRÆCO IN LATI-
num à Nicolao Rhegino Calabro, nuper post
germanicam editionem impressus, & quã
plurimis in locis castigatus,

CVM BREVISSIMIS ANNOTA-
tionibus locorum difficilium Ioan-
nis Agricolæ Ammonii.

Concordia paruæ res crescunt.



Τῇ ὁμονοίᾳ τὰ μικρὰ αὐξάνονται.

VENETIIS Apud Andream Arriuabenum.
Ad signum putei. M D XLIII.

HABES CANDIDE LECTOR NICOLAI Alexandrini librū integrū, & in sexcuplo maiorem q̃ hactenus habere licuit. Siquidem hic perscripsit capitula mille & centum, quanquam nonnulla plura complectuntur medicamenta q̃ unum: non quidem passim, & absq; iudicio, sed probatissima, & à probatissimis medicis Hippocrate, Galeno, Sorano, Oribasio, Alexandro, & horum similibus descripta, atq; in uniuerso orbe celebrata. Quæ res mouit Nicolaum Rheginum Calabrum Galeni translatorem, ut librū hunc utilissimum in latinam linguā conuerteret. Superuenit tertius Nicolaus Prępositus uulgo dictus, qui ex immenso Codice tantum 150. capitula excerpsit & edidit. Cuius libro non quidem infeliciter nituntur usq; in hodiernum diem officinæ, & medici uniuersæ Europæ. Arbitrati igitur sumus nihil amplius desideraturos, ubi librum hunc nō frustillatim, sed integre sint accepturi.

INDEX MEDICAMENTORVM OMNIVM QVAE Nicolaus libro suo complexus est.

FINIS INDICIS MEdicamentorum.

INDEX ALTER DIFFICIlium uocularum, quæ in hoc opere ſunt explicatæ breuiſſime.

PARALIPOMENA QVIBVS LOCI NON pauci excutiuntur obscurissimi: ad hæc & erratula quædam inter excudendum admissa emaculantur, indicanturq; nonnulla quorum non occurrebat expositio, quæ requirunt diuinationem, atque inuestigationem candidi lectoris.

CAstaneolam, qua nonnunq̃ utitur Nicolaus, Genemestum uocari tradit Isaacus li. 3. Practicæ, & pauxillum de ea sumptum uomitorium esse, lethargicis opitulari, immodicam uero eius dosin occidere, rẽ simillimã planè uocatæ nuci uomicæ deliniãs. Animaduertendum etiam Nicolaum non raro Gisastera non herbam Stellam terræ quæ lunaria dicitur, sed terram Samiã appellare. Siquidem hæc Samius aster cognominatur. De quo & Lemnia Sphragide consulendus est Galenus li. 9. ca. 5. Simplic. Sphragis enim in uniuersum est uiribus efficacioribus Samia. Ca. 46. Pẽtadactylus, ut testatur translator antiquus Dioscoridis in cap. de sesamo, & in cap. de cici, est ricinus frutex, quẽ Græci cici, & crotonẽ, Mauri keruam, officinæ catapuciam maiorem uocant, de qua Diosco. agit lib. 4. cap. 167. iuxta uersionem Ruellii, Pentadactylus dictus est a quinq; digitis, quia foliũ eius in humanæ manus effigiem articulatur. Vnde nonnulli palmã Christi appellãt. Effertur etiam sub nomine Custodis horti, heliotropii, solsequii, & Priapi, Cæterum Carduncellũ uulgus omniũ mẽsium, & Germanice aller Monat plom

blin

blin uocat. Cap.188. Styracis, addit noster codex moschatæ. Cap.536.ciminilia genus mensuræ. Ciminellam autem pádectarius docet hypericon esse. Marula nõnunquã utitur Nicolaus, quã Simon ostẽdit esse Scariolã. Kekabram exponit Nicolaus per cardamomum. Cap.658.uersu ultimo Pisiæ uidentur ani pustulas significare. Cap.766.pro q.x.scriptus liber habet q.unc.Ibidem ambra superfluo accessisse uidetur. Cap.788. pro salonica herba codex alter habebat Salmoneam. Videbatur Saliunca reponi posse. Quanquam reperitur herba, quæ Salamonica dicitur, apud Auicennam lib.2.& colligitur in montanis Hispaniæ, anetho assimilis, folia maluæ similia producens cum pomis paruulis, & implicatur arboribus instar uolubilis: cum aceto Nomas & Erysipelata percurans. Cap.874.duas licet non perfectas habet compositiones, quod ex altero codice deprehendimus, quarum prima Scliriphilon altera Susanum ab oppido sic appellatum continet. Sclirophili uera confectura hæc est. Recipe Styracis, cinnamomi, spicæ, zingiberis, xylobalsami, castorei, costi, pyrethri, myrrhæ, terebinthinæ, sagapeni, opopanacis, galbani, dauci, hyoscyami, piperis, petroselini ana drach.8. Caryophyllorum, opii ana drach.4. Balsami drach.1. Mellis quod sufficit. Dosis drac.1. Susanum autem mire prodest maniacis, melancholicis, linguam morsu tentantibus & immodice timentibus, quanquã & lapides confringit & expellit. Componitur autem in hunc modum. Recipe balsami, castorei, brathei, piperis ana drach.6. Libani drach.5. Reubarbari, spicæ, zingiberis, euphorbii, myrrhæ, pyrethri, cynoglossæ, hyoscyami ana drachm.3. Olei nardini, reliquum quod huc spectat uide inferius.ca. 874.nam Susano conuenit in uniuersum. Admonendus etiam uidebatur lector candidus, quod Mantum

Ciminella.

Marula.

Kekabra.

Pisia.

Salonica: Salmonea.

Cap.874. biceps est. Sclirophili compositio.

Susani electuarij confectura à Susis metropoli Susianæ regionis Persiæ, appellati.

Mantus.

Mantis. Flores manthus. Mannus. Manthus.

nusquam inuestigare quiuerimus, cuius toties Nicolaus facit mentionem in capitulis 313. 330. 627. ubi miscet cum adstringentibus, & capite 713. uidetur uocare manthum, & rursum cap. 832. cap. autē 804. florum manthi meminit. Coniecto igitur corrupte dictum esse pro anthos, quo nomine rosmarinum appellatur, aut si id non placet, pro flore schœni, id est rotundi odorati iunci, quem Schœnanthum, & nostrates authoritate M. Varronis, qui primus ita dixit, squinanthū nominare adsueuerunt. Noris tamen quod Pandectarius prodit Manthum esse nihil aliud q̄ puluerem Thuris, quoniam corrupte legit Manthum pro Manna Thuris. Adnotandum præterea iudicauimus tantopere laudatum illud Zopyrion, cuius Nicolaus ad calcē libri sui meminit, paulo aliter describere Galenum nostrum li. 2. Antidotorum, cuius hæc sunt uerba iuxta uersionem Guinterii Andernaci. De Zopyrio quod ualet ad letalia medicamenta, & omnium serpentum ictus huiusmodi quippiam fertur, quod Zopyrus per epistolam Mitridatem adhortatur ad Antidoti probationem trāsmittens ei hominem morti adiudicatum, ut letale huic medicamentum daret, inde antidotum offerret, mox letale propinaret. Id ipsum hortabatur & in serpentibus, uel etiam toxicis factitaret, quæ cum ita fierent, contigit ut homo nulli periculo fuerit implicitus. Valet etiam stomachicis, ad acidos ructus, sanguinē spuentibus, cœliacis, torminosis, iecinorosis, lienosis, comitialibus, nephriticis, uteri & uesicæ affectus sanat, mortuos fœtus educit & retentas secundas. Recipit opobalsami drac. 3. Nardi Indicæ, myrrhæ troglodytidis, iunci rotundi floris, cinnamomi characii, costi, piperis longi, hypocisthidis, polii, piperis pyriatici, scordii, meu cretici, cardamomi ana drach. 4. Thuris, opobalsami, dictamni ana drach. 6.

Zopyrion.

Petroselini,cassiæ rubræ ana drach.7.Croci drac.8. mellis attici quod satis est. Datur nucis auellanæ instar, si febris abest ex uino, febricitantibus cum hydromelite.

Nonnulla quorum non occurrebat expositio,& diuinationem requirunt & inuestigationem.

Cap.113.Semē Comidionis.122.Rāde.257.Gileui. 260.Malexitola herba.317.Panis Apher.353.Buga. 360.Fabarola.430.Alithimō.447.Mobaric.478.Magicis.510.512.Morgellina.536.Terebuncula herba. 551.Penucla.581.Vmbilicus marinus.cap.669.Hyporiston Eldagamar. Pulicaria. cap.711.Samum. 719.Armiri.784.Tres careni.

Errata inter excudendum admissa sic corrigito.

Cap.8.pro semine lini, lege selini. cap.8.pro dra. 6.lege unc.6.cap.10.drac.15.seminis.lege & semis. ibidem.drach.4.seminis.lege semis. Adde Amomi drach.2.& dosis drac.3.cap.12.thymina, lege thymi ana.cap.14.scrup.3.lege scrup.2.cap.16. Adde opii, libani,myrrhæ,ana drac.18.& scrup.2.cap.25.scrup. 4.lege scru.2.cap.417.panis apher,lege panis aphri. cap.478.ana 4. lege drach.4.598.Absinthii,Styracis, Aloes,Schœnanthi. hic adde ana drac.4.602.molybdi,lege melini.668.Borraginis succus cum dra.2. muscelii aut.1.Balsami potus utrunq; præstat. lege Borraginis succi phiala cū drach.2.Muscelii aut.1. Balsami,epota utrunq; præstat.673.lege drachm.4. 706.pro quòd x.lege q.x.

NICOLAVS ALEXANDRINVS MEDIcus uetustissimus, de compositione medicinarum secundum Loca, translatus è Græco in Latinum a Nicolao Rhegino Calabro.

NICOLAVS CANDIDIS LEctoribus. S. P. D.

SÆpe multumq; fatigatus sum precibus eorum qui artem medicam perdiscere, & cum honore & salute ægrorum hominum tractare desiderant: quo uidelicet iuxta artis præcepta ipsis componendi, dispensandi, & quælibet in certum ordinem redigendi modum traderem, fixamq; & firmā doctrinā, per quā compositionum quæ sunt in usu, unā uel duas, aut plures etiā libras possent cōficere. Minime insuper destiterunt adhortari ut libro complecterer, qua apponderatione singula adsumerent ad subscripta medicamenta, siue gummi siue herbas seu semina dicas, seu puluisculos, adderemq; morbos quibus mederentur, & quibus essent cōprobata. Victus itaq; illorū precibus, ad scribēdum appuli animum meū, tum quod honestus illorum fuit conatus, tum quod quouis bene merendi genere de salute hominū promerendum esse iudicaui semper. Principio autē ad compositionem medicamentorum comperiebā tria esse summopere necessaria. Primum ut omnia rite ponderentur, gummi, puluisculi & herbæ, & similia omnia iuxta debitam stateram suam. Secundum ne uetustate sint uitiata, neve suum uigorem amiserint simplices medicinæ, e quibus conflare medicamen compositum anniteris. Tertium ut radices, herbæ & semina aptis locis, & temporibus lecta sint, reponanturq; in locis, & thecis congruis, custodianturq; a fumo seorsum, ab humectatione & udo loco: nā alio

Ad componenda pharmaca tria requiri.

qui corrumperentur, & fatua redderetur uirtus ipsorum. Porrò ad cōponendum rursum tria prærequiruntur: Mellis puritas, puluisculi cribratio, & apponderatio decens, & syrupi, adaquæ omnis absumptionem decoctio. Mellis iterū puritatem duo arguūt alterum ne sit aquosum, alterum ne sit nimis decoctū, sed quod satis est: ut uidelicet aptū sit, & læuorē medicamentorum conglutinare atq; eundem longo tēpore cōseruare. Siquidem melle propter tres causas utimur in medicamentis: conseruat nanq;, mundificat magnopere, & mitigat dulcedine sua specierum contritarum amarorem. In leuorem iterum rediguntur medicamina bifariam: uel enim in tenuissimū puluerizantur, ueluti in uocatis electuariis, uel in crassiorē, sicut in aliis medicinis, & potissimum in medicamentis solutiuis & aluum cientibus. Cæterum artis huius inæstimabilis utilitas est: hac enim adiutus cōpositionē aliquam concinnare tibi poteris quacunq; opus fuerit, siue integram uelis, siue portiunculam saltem aliquam. Artis uero inexpertes ingenti precio sibi necessaria medicamenta comparare coguntur, nonnunquā uero corrupta & uitiata, addoq; minus diligenter composita. Quibus incommodis obnoxii fiunt persæpe, qui confecturas ignorant ipsi. Plurima autem manent commoda eum qui nouit compositiones conflare, nam hoc demum pacto medicina bona, & non adulterata siue mendosa apparatur: quæ impendiis etiam constat minoribus, & quæ si corpori exhibebitur certius & perfectius operationem suam exeret. Qui uero nouit quantum uniuscuiusq; simplicis medicinæ ad quamlibet confecturam assumatur, idem facile deprehendere animo poterit emendi uendendiq; medicaminis rationem, iustum precium, & modum rite dispensandi medicamenta quæ uelis construere.

Mellis idonei obseruatio.

ANNOTATIONES IOANNIS AGRICO- læ Ammonii in prologum Nicolai Ale- xandrini medici diligentissimi.

IN hoc prologo statim ab initio palàm facit integrum, & liberum esse ei qui compositū aliquod medicamen conficere uelit, siue totam compositionem absoluere, siue portiunculam illius tantum. Fuere tamen qui hoc calumniari soliti sunt, quia putarent medicamen suis uiribus minus pollere, si non integra compositio iuxta totam descriptionē ab autore aliquo splendido proditam, sed eius qualicunque particula & quanta alicuius instituto necessario expeteretur, conficeretur. Quem opponamus illorū sententiæ habemus in hac arte exercitatissimum Nicolaum nostrum, qui adserit aliquem compositionis cuiuspiam unam, aut duas, aut etiā plures libras posse conficere, & paulo inferius: compositionem tibi concinnare poteris siue integram uelis, siue portiunculam saltem aliquam &c.

Medicamenta non sint uetustate uitiata. Hinc ait Dioscorides in procemio libri primi ex uersione Marcelli. Sciendum illud etiam, ex herbarum medicamentis durare ad multos annos solum candidum & nigrum ueratrum, reliqua ad triennium tantum habere usum. Quam materiam uberius tractatā require apud Petrum Aponum questione 210.

Radices herbæ & semina aptis locis, & temporibus collecta sint. Quod in citato loco Dioscorides docet cū ait. Illud ante omnia curandum est, ut tempestiue carpātur & seruentur omnia. Ex hac siquidē obseruatione efficacia sunt, aut euanescunt medicamenta omnia. & paulo inferius. Refert magnopere à siccitate, aut imbribus id fecisse, quemadmodum montanis, uentosis, frigidis, nec uliginosis locis ea le-

gisse: efficaciores siquidē omniū his locis uires erūt: quæ uero in cāpestribus, uliginosis, umbrosis, nec uē to perflatis plerunq; sunt ignauiora. Multoq; magis quæ non suo tēpore, & importune lecta fuerint, aut infirmitate distabuerint. &c. Et rursum. Fruticosa omnia qualis est trixago, abrotanum, absinthium, hyssopum, suis seminibus prægnantia legenda sunt, flores antequam decidant: semina cum siccari incœperint, antequam delabantur: fructus maturi: succus ex herbis colligendus in noua caulium productione: eodemq; modo ex foliis liquores lachrymæq;, sectis integra ætate caulibus excipiendi. Radices quas seruari oporteat, radicumq; succi & cortices, incipiente in plantis illis foliorum defluuio, eruendi, excipiendi & auferendi sunt. Fruticosa quando legenda. Flores. Semina. Succus. Radices.

Reponantur in locis & thecis congruis. Diligenter hoc docet Dioscorides, flores dicens, seruandi sunt, similiter & omnia odorata, tiliagineis, neq; humorem admittentibus scriniolis, chartis aliquando etiam foliisve, ad seminum in illis conseruationem utiliter inuoluuntur: Ruellius clarius hoc reddidit, nonnunquam dicens, charta aut foliis semina ut perennent apte inuoluuntur. Liquidis medicaminibus densior materia, argentea, uitrea, aut cornea cōuenit. Fictilis etiam si modo rara non sit accommodatur, & lignea, præsertim è buxo: sed ænea uasa liquidis oculorum medicamentis, quæ aceto, pice liquida aut cedria componuntur. Adipem autem & medullas stagneis uasis recondi conuenit. Omnia copiosius persecutus est protritissimus autor Seruitor, quod nomen ego fictitium esse credo, quum eius liber totus reperiatur aliàs perscriptus. Equidem hic est uigesimusoctauus liber Elluchasemi Elimitharis medici de Baldath, quem uirum apparet è quibusdam librorum suorum libris fuisse Indum. Flores quomodo seruandi. Semina. Liquida. Collyria. Adeps. Seruitor. Elluchasemus.

Mel optimum.

Mel purum ne sit nimis aquosum. Galenus nanq; lib. 7. cap. 6. Methodi curandi. Quod mel, inquit, colore flauo est & odore suaui, tum purum adeo, ut totum pelluceat, ac gustanti acutum iucundissimumq;, præterea tam sibi cohærens, ut si digito attollatur, continuum sibi, nec intercisum ad humum defluat, id omnium est optimum. Si uero abrumpitur, nec demissum ad terram usq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut partium dissimiliũ, quod Græci Anomiomeres uocant. Si crassitudines aut humiditates habere innatantes deprehẽdes quæ nec inter se sunt similes nec etiam toti. Cereum magis mel est quod crassius est, & cui tales quæpiam crassitudines innatant. Excrementosum uero ac perfici concoquiq; difficilius, tum quod totum humidum est, tum in quo multæ in partibus sparsæ apparent humoris guttæ. Porrò in quo uel ceræ qualitas aliqua, uel propolis, uel id genus alia gustu deprehẽditur, adeo non est optimum, ut etiam malum sit. Quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei eminentem in se continere qualitatem debet. Quo circa quod thymum planè redolet, non probo. Est enim id parum consummatum, nec planè quodam modo mel. &c.

Propolis hodie cera uirginea dicitur.



NICOLAI

MEDICI PERVETVSTI A NICOlao Rhegino Calabro in linguam latinam conuersi, De compositione medicamentorum κατὰ τόπους.

CAPVT PRIMVM.



AVREA ALEXANDRIna conducibilis est fluoribus capitis: capitis sedat dolorem, oculorum adstringit lachrimas: dentium dolorem mitigat non modo epota, uerum etiam externe illita. momentanee subuenit Epilepsiæ: compescit Manian, & omnibus cephalicis causis medetur. Prodest etiam tussientibus, Phthisicis, suspiriosis, cardiacis & sanguinem per os reiicientibus. Siquidem his & paralyticis mirabiliter opitulatur. Confert etiam omnibus laterum & renum doloribus. Nam & lapides frágit, strangurian & dysurian soluit &c. Valet enim plurimum ad fluxiones capitis ad aures, gingiuas, & palatum, ex causis frigidis. Ad cuius usum antequam se

quis ad somnum cõponat, sub drachmæ unius pondere in uino calido propinatur. Recipit autẽ Asari, carpobalsami, hyoscyami, ana drach.2. & semissem, garyophyllorum, opii thebaici, myrrhæ troglodyticæ, Cyperi singulorum drach.2. Balsami, cinnamomi, folii, cedoariæ, zingiberis, costi, corallii, Casiæ ligneæ, euphorbii, Tragacanthi, thuris, meu, styracis calamitici, saliuncæ, cardamomi, seseleos, napi, saxifragę, anethi, anisi, ana drach.1. xyloaloes, rheubarbarici, alyptæ, castorei, spicæ, galangæ, opopanacis, ana cardi, mastiches, sulphuris uiui, pæoniæ, Eringii, rosæ, thymi, acori, pulegii, aristolochiæ longæ, gentianæ, corticis mandragore, chamędryos, phu, baccarũ lauri, ameos, dauci, macro & leucopiperis, xylobalsami, caroe, amomi, petroselini, seminis ligustici, rutæ, seminis sinonis ana sesquidrachmam, auri puriputi, argenti sinceri, margaritarum albarum, blactarũ bizantiarũ, ossis cordis ceruini, ana scrup.1. gra.13. scobis eborimis, calami aromatici, pyrethri ana gra. 9. mellis quod satis est. exhiberi potest febrientibus cum calida aqua ad quantitatẽ castaneæ: non febrientibus cum uino calido.

IOAN. AGRICOLÆ ANNOTATIO.

NON licuit nobis integre describere hanc Alexandrinæ cõpositionem, quod situ squalleret prima charta libri uetustissimi. Erãt enim literarii characteres non pauci usu longo cõsumpti. Proinde mihi cõfugiendũ ratus ad ueteres authores, qui huius quoque Alexandrinæ meminissent. Et inueni quod instituto nostro abunde satisfacit apud Zachariã Actuarium quod desiderabam. Est enim hic medicus inter posteriores Græcos non postremus: qui in libro de

Compositione Medicamentorum, Ruellio interprete tradit in hunc modum. Antidotum aureũ Alexandri contra defluxiones capitis frigore conceptas efficax: oculorum lachrimas exiccat: dentium dolores lenit: aduersus capitis cruciatũ summopere prodest, illitum fronti: comitiales, insanos, uertiginosos, & in uniuersum omnem capitis noxã mulcet, tabidis, tussiculosis, humorem à pectore reiiciẽtibus, cardiacis, sanguinem excreantibus præsenti est auxilio, datum & Ischiadicis, coli & renũ cruciatibus: aduersus iliorum noxam, difficultatem urinæ & eiusdem stillicidium ualet: calculos comminuit: omni uentris affectu liberat: quotidianis & tertianis febribus circa accessionis initium, sufferuefacto stichadis iusculo eximie medetur. Ad hæc addemus etiam confecturam huius aurei antidoti, quoniam ex translatione Ioan. Ruellii simplicia à Nicolao assumpta ad hoc antidotum cõmodius intelligi & agnosci possunt. Recipiuntur itaq; Asari, fructus balsami, Apollinaris herbæ singulorum duella, scrupuli duo, garyophyli, lachrimę papaueris, baculorum myrti, cyperi, singulorum duella: balsami, cinnamomi, folii, zudaris, zingiberis, costi, corallii, ligni casiæ, Euphorbii, citheris (idest tragacanthæ) thuris, styracis, mæi, cardamomi, seselis, saxifragi, apii, nardi celticæ, anisi ana sextula: xyloaloes, rhæi castorei, nardi, galangæ, lachrimæ panacis, anacardii, mastiches, sulfuris, pæoniæ, eringii, Thymi, Acori, Halicacabi, Aristolochiæ longæ, gentianæ, corticis Mandragoræ, Trixagrinis, Phu, baccarum lauri, Ammis, Luphiæ compositæ (siue quod idem est alyptæ) dauci, Piperis longi, ligni Balsami, seminis Petroselini, seminis Libystici, Rutæ, Hyssopi, succini Amomi ana sextulæ dimidium, idest scrupuli duo: Auri, Argenti, unio-

Alexandri Aureum antidotum ab Actuario descriptũ. Duella est tertia pars unciæ.

Sextula quid.

num (quos margaritas uocant) blattii(seu onychis) ossis ceruini cordis ana duella scrupuli duo:eboris, calami odorati,pyrethri,singulorum drachmæ sex.

ANTIDOTVM argiuorum. Cap. 2.

Confert tussi antiquæ,lumborum dolorem & colicum cruciatum curat,stranguriã & ischurian soluit,calculos tam renum quàm uesicæ ocyus frangit atque expellit,sanguinis fluxum undequaque prorumpens compescit,flatus explodit, sudorem prouocat,brachiorum & coxarum imbecillitati sæpius acceptũ medetur,ad paralysin cum succo elesiphaci potum optimum auxilium est. Recipit autem crocomagmatis,id est crocispissaméti, hedychroi ana drach.22.opobalsami,Cinnamomi,galangæ,spicę,costi,opii,carnis dactylorũ,anisi ana drach. 12.garyophyli,schoenanthos,petroselini drach.10. croci,glycyrhizę,cedoarię,styracis calamitici,galbani,myrrhæ, thuris, pyrethri, asari, petroselini agrestis,seselis,piperis albi, sinoni, macedonici,apii ana drach.8.rhapõticæ,mãdragoræ, castorei ana drach. 6.ligni aloes anthophylli,folii,casiæ ruffæ,anacardi, mastiches,tragacanthæ,euphorbii,serapini,therebinthinæ, sanguinis draconis, celticæ gentianæ, roris syriaci,macro & melanopiperis,carpobalsami, limini,erucæ,sileris,amomi,asphalti ana drach.2. Mellis quantum satis est. Propinatur febriẽtibus cum aqua tepida,non febrientibus cum uino.

Alterum autem exẽplar clarissimi uiri Do. Ambrosii Iũgy Antidotum hoc omnino non habet.

ANNOTATIO.

Antidoti huius inscriptio ambigua etiãnum apud nos est. Quoniam codex manuscriptus ex pergameno uetustissimus eruditissimi uiri Adolphi Occonis Physici Augustani,non quidem blattis & tineis corrosus,cognomentum huius antidoti nobis ademit:

ſed quia extimum illud libri primum folium per tot luſtra toties in manibus uerſatum, & contrectatũ fuerat, ut in titulo antidotarii deſcripti tantum tres priores literas arg oculis ꝑuidere licuerit. Inclinabat itaque primum eò animus, ut putarem antidotum hoc ab excellentia argẽteum fuiſſe nuncupatum olim ſicut Alexandri aureum: adumbratio tamen elementorum latinorum magis ad argiuorum quàm argenteum alludere poſtremum uidebatur. Cæterum qui uim & uirtutẽ medicaminis expendere uelit, in uſum familiarem uocare illud facile poterit utcunque appellauerit. Admonere tamen uoluimus candidum lectorem ſcrupuli quem penitus diſcutere ob caligantem oculorum aciem, & longo uſu cõſumptam ſcripturam nequiuimus.

ANTIDOTVM Hadrianum. Caput 3.

HAdrianum appellatur ab Hadriano Imperatore Romanorũ, qui primus hoc fertur compoſuiſſe. Efficax autẽ eſt ad omne capitis uitium quod conciliauit frigiditas, ad oculorum caligationem, ad hemicraneã Exhibetur porro cum uino excalefacto, in quo ſaluia decocta ſit ueſperi inſtar auellanæ. Vtiliter etiam porrigitur quartanariis cum decocto gentianę uel origani ante inuaſionẽ. Quod ſi in lithiaſi dare uelis, uino oportet admiſceas in quo bulierit ſaxifragum uel lithoſpermon. Habet autem opii Thebaici drach. 3. Caſiæ ligneę, hyoſcyami ana drach. 2. & ſemis, Euphorbii, piperis albi ana drach. 7. & gra. 6. ſeſelis, ſeminis apii ana drach. 1. ſcrupulum ſemis gran. 2. folii, origani ana drach. 1. ſcrup. 1. Opobalſami, petroſelini, macis, ſtyracis, calami, zingiberis, xilobalſami, cyperi, carpobalſami, macedonici ana drach. 1. Moſchi gra. 6. ſeminis fœnicu

Lithoſpermon, ideſt lapidoſum ſemẽ, hodie milium ſolis appellatur.

li ſcrup.2.& gra.8.Calami aromatici,drach.2.gran. 2.Cinnamomi,Coſti,Croci,rhæipôtici pyrethri,acori,dauci Cretici,aniſi ana drach.ſemiſ.gra.6.caſtorei drach.1.& ſemiſ.Serapini,Myrrhæ,roſæ,Cardamomi,amomi,rutæ agreſtis,ammis ana ſcrup.1.grana.4.Caſiæ fiſtulæ ſcrup.1.Quidam addunt Eleliſphaci drach.2.mellis quantum ſufficit.

ANNOTATIO.

MANVSCRIPTVS codex addit quod ad omnes uitæ deſperationes præualeat,ad epilepſian,melancholiam cum decocto coſti,ad ſcotoma cũ uino albo,cephalalgiã cum aqua tepida. Ad dolorem & frigiditatem uentriculi cum poſca calida,uel cũ abſinthii decocto:iecinoroſis cum apozemate eupatorii,ſpleneticis cum decocto capparum : nephreticis cum apozemate xylocaſiæ,ſtranguarioſis cũ decocto lithoſpermi & melonis & citrulli ſeminis: Calculoſis cum decocto ſaxifragi:Colicis cum uino in quo cuminum uel caſtoreum fuerit decoctum: Periodicis febribus ante horam inuaſionis in apozemate pigani.Eius namq; uirtutem ſapientes plurimi ſunt experti,Accipiebant equidem gallum morſum à ſerpente,& ei in os uel aurem inſtillabãt antidotũ hoc, & continuo liberatur.

ANTIDOTVS Hadriani poſterior. Cap. 4.

Recipit piperis drach.20.ſeminis Hyoſcyami albi drach.20.opii drach.10.Croci drach.5. ſpicæ nardi,euphorbii,Amomi, pyrethri,cyperi,Cardamomi,phylli, rutæ ſiccæ, caſiæ, Caſtorii, ſeminis dauci,myrrhæ,petroſelini ana drach.1.roſarum ſiccarum drach.unam & dimidiam,ſeminis apii drachmam &dimidiam,zingiberis,opobalſami ana drach.2.mellis quod ſatis eſt.

ANNOTATIO.

APTISSIMVM est hoc antidotum cephalalgicis, scotomate laborantibus, epilepticis cum hydromelite, dentium doloribus, thoracem purgat, iecinorosis, ictericis cũ œnomelite si febris absit, pleuriticis cũ hydromelite: oẽs causas renum laborantiũ cum tepida administratũ curat. Calculos cum apozemate apii frãgit & expellit. Secundas educit cum hydromelite. Periodica frigora cũ decocto gũmi hędere emẽdat, propinatũ ante horã inuasionis. Morsus à uenenatis inflictos cũ hydromelite potũ & plagę impositum ꝑcurat. Aetius lib. 13. cap. 108. addit dari ad summũ nucis ponticæ magnitudine de hoc antidoto, minimũ uero fabæ Ægyptiæ modo. Facit autem, ut habet Cornarii trãslatio, ad colicos ante somnum data ex aqua calida, Stomachicis & qui reuomũt cibum ex posca, in urinę stillicidio ex aqua calida, Hęmoptoicis ex posca, dysentericis eã in catapocia redigito, & ab eorũ deglutitione modicã poscam absorbendã prębeto. Tabidis ad noctẽ cum hydromelite dato: aride uero tussientibus cũ melle delingendam exhibeto. Morsis à phalangiis & uiperis cum uino mulso. Educit & menses cum uino mulso accepta, in quo pulegium aut calaminthe aut ruta sit incocta. Colicis cum aqua mulsa datur.

ANTIDOTVS Acharistos. Cap. 5.

SIc appellata est qđ ei nemo gratias satis dignas referre posſit. Magna est enim hęc antidotus & admĩrabilis ad ꝑsanandos arthriticos, tusſiẽtes morbos pectoris & pulmonũ, ad uomituriẽtes ꝑpetuo, ad dyscrasiã iecinoris rõne spiritus flatuosi lienis, ad intemperatum lienẽ propter chronicum morbũ. Ad hæc pleuritidi, ileo, idest uoluulo, nephritidi & strãgurię peculiariter medetur. Insuꝑ hæmoptoicis

& dyspnoicis summum remedium est, itidem & torminosis, colicis, & omnibus uenenosis morsibus.

ANNOTATIO.

Edoctus hoc à Gal. qui tũ alibi tum li. 7. cap. 5. De cõpo. secundũ loca, tradit medicamina optima non prius esse danda, quã mercedem acceperis. alii Selini id est apij. Manuscriptus codex producatus casfius, habet tantũ casiam.

Nicolaus statim exigendam mercedem arbitratur, quia Acharisti nomen non sine munere interpretari possit, & pharmacum hoc semper & in quauis causa suum euentum sortiatur. Recipit itaque costi, galbani, opii, phœnicon Indi, hyssopi, sem. lini ana drach. 6. spicæ, croci, xilobalsami, casiæ fistulæ, xilocasiæ, calami aromatici, reupontici, Myrrhæ, styracis calamitici, opopanacis, bdelii, armoniaci, libani, cicidon id est gallarũ, celticæ, abrotani, acori, asari, blacte, roris syriaci, scyllie, daphnidon, pyrethri, amomi, anisi, psillii, ozimi, dauci, libystici, marathri, meconis, trium piperũ ana drach. 4. floris syriaci drach. 4. Helenii drach. 3. Veratri nigri, zingiberis ana drach. 2. mellis quantum sufficit. Exhibeatur drach. 1. febricitantibus cum calida, non febricitantibus cum uino. Hactenus Nicolaus.

Phoenica palmam appellant Græci, ut est apud Diosco. lib. 1. cap. 119. nascuntur in Ægypto, Syria, & Romæ etiam fructus palmarum Dactyli habentur & sunt Thebaicæ palmulæ & Tamarindi. CECIDA Græci appellant gallã, de qua consule Dioscor. lib. 1. cap. 127. BLACTE. Scriptus in pergameno codex excellentissimi doctoris Adolphi Occonis non blacte, sed brathi habebat: & putamus hanc esse lectionẽ genuinam. siquidẽ Discor. 89. cap. lib. 1. ita orditur iuxta translationem Virgilii: Brathy, sunt qui barython & qui borathon uocent, Romani herbam Sabinam dicunt. MECON Græcis significat papauer. HELENIVM uero nostri tum Enulam, um Inulam appellant.

Sabina.

ANTIDOTVS achariſtos altera. Cap. 6.

COnfert hæc ad omne uitium quod interne in corpore humano naſcitur, ad ſcotoma, tumefactos, tusſientes, ad apoſtema pectoris & pulmonis, ad pleuritida, deſiccat & purgat, ructum malum curat, coctionem uentris iuuat. ileon & nephresin ſanat. hæmoptoicis medetur additis tribus guttulis oxylei ideſt olei acetoſi. Datur & mulieribus quæ non purgantur, ſi non ſint impregnatæ. Recipit autē myrrhæ, caſiæ fiſt. ana drach. 5. & ſcrup. 1. croci drachmæ. 7. ſpicæ drach. 4. & dimidiam, ſeminis libyſtici drach. 3. aniſi drach. 2. & dimidiam, caſtorei, galbani ana drach. 2. coſti, piperis albi & nigri ana drach. 1. mellis quantum ſufficit. Exhibeatur inſtar auellanæ febrientibus cū tepida, non febrientibus cū uino.

ANNOTATIO.

AETIVS lib. 13. cap. 105. paulo aliter diſpoſuit hoc antidotum, latinus equidem factus inquit, Achariſtos antidotus habet Caſiæ, myrrhæ, piperis albi & nigri, caſtorii, galbani, ſtyracis, croci, coſci, opii, ſpicæ nardi, ſingulorum par pondus. mellis quantum ſatis eſt. Datur magnitudine fabę: facit ad omnia diuturni temporis purulenta in thorace, & ad hepaticos cum aqua mulſa, & ad colicos eodem modo, ad ſplenicos cum aceto mulſo. Reperias autem ipſam & ad alias plurimas affectiones approbatam.

ANTIDOTVS Athanaſia magna. Cap. 7.

HÆc eſt eximie admirabilis. Curat enim dolorem capitis, oculorum & aurium cum ſucco accōmodo inſtillata: ſtomachicis opitulatur & cibum non cōcoquentibus. Sanguinem e naribus erumpentem compeſcit cum ſucco pentaphylli diſ-

ſolutum & fronte illitũ uel naribus inſtillatũ, Sangui-
nis anabroſin, diaſtomoſin, & diapedeſin ſiſtit, ſiue
ex pectore, pulmone, uel iecinore fiat, cõmixta cum
polygonati, id eſt proſerpinace ſucco. Cum poſca po
ta potenter arcet menſes muliebres: cum uino in quo
uerbena decocta eſt pota potenter aſtringit. Vteri ſuf
focationi, gonorrheæ, diabeti, & omnibus ueſicæ im
modicis fluctionibus medetur, cœliacis, cholericis
cum aqua in qua amylũ infuſum eſt, opitulatur. Dy-
ſentericis cum decoctione gallæ, lienum uitiis cum
apozemate balauſtiorum, apoſtematicis cum aqua
tragacãthę, & iis qui uenenum abſorpſerunt cũ oleo
& melle, à ſerpentibus morſis cum decoctione Ari-
ſtolochiæ auxiliatur. Porrò in cõfectura recipit Cin-
namomi, caſsiæ fiſtulæ ana drach. 10. & ſcrup. 2. Cro
ci, ſchœnãthos, ſtyracis, phu, ſileris, hyoſcyami, apii,
dauci, aniſi, opii ana drach. 9. & ſcrupu. 1. ſpicæ, folii,
caſtorii, myrrhæ troglodyticæ, Auripigmenti, Aſari,
acori, mandragoræ, corticis, polleos, lauri, meu, pipe
ris longi & albi, petroſelini ana drach. 3. mellis quod
ſufficit. Doſis uſque ad drach. 3.

ANTIDOTVS Athanaſia minor. Cap. 8.

Conducit nauſeæ, fœtenti ori, empyis, hæmo-
ptoicis, iecinoroſis, ſpleniticis, pleuriticis, ne-
phriticis, & colicis, morſibus canis rabioſi &
uenenatorum aliorum. Recipit autem ſpicæ, croci,
coſti albi, myrrhę, phu, amomi, dauci, petroſelini ana
drach. 6. piperis nigri drach. 2. mellis quod ſatis eſt.
Doſis in quantitate nucis myriſticæ. Febrientibus cũ
tepida, non febrientibus cum uino.

ANNOTATIO.

AGRICOLA. Hactenus Nicolaus Athanaſias
prodidit. Variant autem nonnihil Aetius & Paulus
Ægineta. Aetius lib. 13. ca. 150. Ægyptiorum inuen-

tum esse tradidit, & fieri ex croci, spicæ nardi, phylli, costi, fœnigræci, glycyrrhizæ, radicis Eupatorii, Petroselini, styracis, casiæ, opii, singulorum partibus æqualibus, mellis .q.s. Darique ad summum nucis auellanæ magnitudine hepaticis, si nõ febriant cum uino mulso, febrientibus uero cum aqua mulsa, ad dies ex ordine septem. In angina cum melle delingenda, in affectionibus pulmonis & pleuriticis cum aqua mulsa. Stomachicis & qui non concoquunt cibum cum posca. In fluxionibus uero stomachi & alui in catapocia informatam dãdam, quibus deglutitis aquam frigidam bibendam. Ad exulceratam uesicam & uuluam cum tepida aqua, in morbo arquato, hydrope & renum morbo cum uino mulso. Ad febres diuturnas per circuitum redeuntes summe auxiliatur ante accessionẽ accepta. his qui diuturna oculorum fluxione laborãt, datur ad noctẽ & frons ex ea illinitur. Hæmoptoicis & dysentericis ex posca ante somnũ exhibetur. Paulus aũt lib.7.ca.11. uocat Athanasiã anodynam uel pleuriticã Oribasii: nomẽ uero ab immortalitate sortitę sunt oẽs Athanasiæ. Placat hęc Oribasii Athanasia dolorem costalem, & est cõflata ex Casiæ drach.8. spicæ nardi, amomi, croci, opii, styracis, myrrhæ, costi ana drach.4. mellis despumati quod satis est. Adultis datur nucis auellanæ quantitate, minoribus natu fabę instar, pueris ciceris magnitudine. Reperitur insup Antidotũ Mithridatis Athanasia dictũ, aduersus letifera uenena & animantiũ ictus, quæ uirus eiaculantur efficax: stomachicis & qbus in uentriculo cibus coacescit, sanguinem excreantibus, tussi longa cõflictatis, iecinorosis, lienosis, uteri & uesicæ affectibus, & recipit piperis candidi grana.40. mæi, asuri, acori, dauci, petroselini, nardi Indicæ, negyritæ, calculi, ana semunciam: costi, myrrhę ana unciam,

Athanasia Oribasy.

Athanasia Mithridatis.

cinnamomi, casiæ ana drach. 12. mellis quantum erit satis: in quibusdam Agaricum & scordiū adduntur.

Antidotus quid significet.

HIC obiter animaduertendū propter uarii generis antidota, quæ Nicolaus hactenus descripsit, & posthac allaturus est: quod prisci authore Paulo Ægineta Antidotos appellabāt facultates, quibus morbis succurritur, non quæ extrinsecus imponūtur, sed quæ intro in corpus sumuntur: quarum tres enumerant differentias. Quædam enim letalium medicamentorum gratia offeruntur: Quædam propter feras ictu uel morsu uirus eiaculātes: Quædam deniq; affectionibus ex praua uictus ratione prouenietibus opitulantur. Nonnullæ uero tres cōmoditates promulgant, è quorum numero etiam Antidotus quæ Theriaca uocatur, esse creditur.

ANTIDOTVM Aurelii. Cap. 9.

EXpertum ad dolorem stomachi, Epatis, Splenis, etiam Hydropicis in modū auellanæ oblatum, siquis febricitauerit, cum tepida, si non febricitauerit cum uino. Et postquam acceperint, leuiter exercitentur, quod Calendis Septembris, usque ad Calendas Iulii septem diebus continuis per mensem accipiatur, & qui hoc ita usus fuerit Antidoto, non tentabitur à suspirio tussis, neq; dolore cordis & iecinoris, & coli tormento, ab Ilii dolore, renum & coli: neq; Ischii dolorem, nec spasmum patietur. Recipe Cassiæ, Origani, Abrotani, Sabinæ, Chamędryos, barbæ Iouis, Eupatorii, Cyperi, Serpilli, Gentianæ, Aristolochiæ lōgæ, Radicis Agrimoniæ, Radicis Dracōtii, Acori, Sansuci, Leucopiperis, Marathri, Cimini Thebaici, Pilionis, Petroselini, seminis Citri, seminis Rapæ, Astrancię, seminis Iunci, Lapsanæ, id est rapæ agrestis, seminis Rutæ agrestis, semi-

nis Harmoraciæ,ſeminis Arnogloſſæ, ana drach.9.
Mellis quantum ſufficit.

ANNOTATIO.

Lapſana à uerbo lapſæ,quod lābere ſignificat,nominata eſt:quia foliis humum lambat.Syluestre olus eſt,& prodit altitudine pedali, tribus hirſutis foliis, cætera Napi ſimilis,niſi quod flos eſt cādidior, Vulgus Braſsicam ſyluestrem uocat. Vide Dioſcor.lib. 2.Galen.& Plinium lib.20.cap.9.

ANTIDOTVM Aſclepiadeū Maius. Cap. 10.

ANtidotum hoc eſt mirabile,quoniā facit ad omnes paſsiones pectoris, & ſtomachi, & Phthiſicis non febrientibus confert, Renum & coli dolorem emendat.Periodicis paſsionibus ſingulariter medetur ante horas acceſsionis cum erucæ ſucco potatum:ſed maxime hoc medicamēto in Quartanariis utimur,eo quod in lōgum pertrahuntur,nam ut multum in contraria potione ſanantur. Recipe Opii Thebaici drach.31. Spicæ, Myrrhæ, drach.19.& ſcrup.2.Schoenanthus,Melanopiperis, Apii,Sinonis Syriaci ana drach.18. & ſcrup.2. ſeminis Anethi,drach.15.ſeminis Coſti drach.10. & ſcrupul.1.Croci,Leucopiperis,Petroſelini,ana drach.9. & ſcrup.1.Styracis calamitæ, Crocomagmatis,Aſari,ana drach.6.Reupontici,Caſsiæ fiſtularis,Macropiperis,ana drach.4.& ſeminis Cinnamomi,Seſelis, ana drach.4.mellis quantū ſufficit.Doſis eius drach. 1.in febricitantibus cum tepida, non febricitantibus cum uino.

ANTIDOTVM Aſclepiadeū minus. Cap. 10.

ANtidotum hoc eſt aptū Pleuriticis,Nephreticis,Colicis,& Calculoſis, menſtruis impe-

rat, Hydropicis prodest, & periodicis passionibus utile est. Recipe Cinnamomi drach. 12. Thiu apyru drach. 7. Costi, Euphorbii, Mandragoræ, Aristolochiæ longæ, ana drach. 3. Myrrhæ, Opii, Libani, Melano piperis, cardamomi, hyoscyami, ana drach. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ, febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

Theion apyrō Græci appellant quod latini sulfur uiuū, eo quod ignem non est expertū: quod quidē est habendum probatissimum Diosc. lib. 5. cap. 78.

ANTIDOTVM Apollonii Laodicēsis. Cap. 11.

Congruit dyspnoicis, anhelosis, & antiquæ tussi, ad dolorem pectoris, stomachi, & interaneorum ita expertum, ut in huiusmodi passionibus cæterorum medicaminum uirtutes uincat, & ægros infra tertium diem quietos reddat. Recipe Leucopiperis drach. 20. Croci drach. 6. Cinnamomi, Hyoscyami ana drach 4. Asari drach. 2. mellis quod sufficit. Dosis eius in modum nucis myristicæ.

ANTIDOTVM Augustini. Cap. 12.

Qvod facit ad uertigines capitis, ad frigiditatem pectoris, & ad duritiem, & dolorem, & inflammationem uentriculi: digestionem procurat, pallorem aufert & colorem bonum facit, Dolorem interaneorum soluit, Hepatis & Splenis uentositatem expellit, & bonum appetitū procreat. Recipe zingiberis drach. 32. spicæ drach. 32. & scrupul. 1. Amomi, Baccharis drach. 32. Lybistici, Petroselini ana drach. 16. Melanopiperis, thymina drach. 4. & scrupu. 1. mellis quantum sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ANTIDOTVM QVOD HELENÆ Augustæ cōficiebatur. Cap. 13.

FAcit ad uertiginem capitis, & faciei tumores, tussim & stridorē pectoris sanat, & debilē uocem corroborat, Stomachi dolorem & duritiem cum tepida oblatum emendat, Hepatis & splenis tumorem deponit, Tensiones laterum & puncturas intestinorum sæpius sumptum aufert, Stranguriā & dysurian soluit, Menstrua deducit, & conceptum confirmat. Recipe Cinnamomi, zingiberis, Leucopiperis ana drach. 8. Galangæ, Libystici, ana drach. 6. Caroi, Petroselini Macedonici, Apii, seminis Marathri ana drach. 2. mellis qd' sufficit. Dosis eius drach. 3. cum tepida.

CAPVT 14.

ANtidotum aptum Epilepticis, & ad Cartarchum, & tussim ueterem, stomachicis, Epaticis, Pleuriticis, Nephriticis, Colicis, Cœliacis, & ad Hæmoptoicorum dolorem prodest. Recipe Spicæ, Croci, zingiberis, Casſiæ, Macropipiperis ana drach. 27. & scrup. 3. gentianæ, seminis Selini ana drach. 18. & scrupu. 2. Opii, Leucopiperis, anisi, ana drach. 9. & scrup. 1. mellis quod sufficit. Detur in modum Auellanæ cum tepida.

Selinō Græcæ latinis Apium dicitur quasi Elus se uomenō hoc est, paludibus impulsū. Quare Homerus Eleothrepton Apium cognominat, quod paludosis enatum lætius exurgat.

CAPVT 15.

ANtidotum aptū Orthopnoicis, & ad clarificandam uocem, & ad omnia quæ secundum frigidam distemperantiam superueniunt impedimenta. Recipe seminis rutæ drach. 18. & scrup. 2. zingiberis, Melanopiperis, Petroselini ana drach. 9. & scrup. 1. Aceti phialam unam, mellis quod sufficit. Conficitur sic. Acetum cum melle ad cōsumptionem buliatur, & inde Antidotum temperetur in modum nucis myristicæ cum tepida.

CAPVT 16.

Ntidotum probatisſimum ad capitis dolorem, Scotoma, ad ſanguinem, & oculorum dolorem, lachrimas potenter ſtringit, & uiſum clarificat, humoresq; in capite malos cõgeſtos deſiccat, ſtomachum calefacit & confortat. Recipe Ariſtolochiæ drach. 27. & ſcrup. 2. Spicæ, Coſti, Croci, hyoſcyami, Cynogloſſæ, ana drach. 9. & ſcrup. 1. Melanopiperis drach. 4. Laſeris ſcrup. 2. Mellis qđ ſufficit. Doſis eius drach. 3. cum tepida.

CAPVT 17.

Ntidotum probatisſimum ad diuerſas infirmitates corporis, ad Maniacos, Epilepticos, Lunaticos, & ſolitudinem amantibus, & timidis medetur. Recipe Ambari ideſt ambræ, Moſci, Styracis, Galbani, opoponacis, Laſeris, Myrrhæ, caſtorei, Bituminis iudaici, ſanguinis Draconis, Vertrus, Veronicæ, Splenis equi, Cordis talpini, Petrolei, ana drach. 30. mellis qđ ſufficit. alii addunt Scãmoneam. Secundum libitum dẽtur drach. 3. triginta diebus continuis, cũ drach. duabus pulueris onagrini cerebri, cum tepida ſi febrierint, ſi non febrierint cum uino.

Fortaſſis legendum Veratri.

ANNOTATIO.

Ambram Ambaron Græci appellant. Annotauit autem Hermo. Barbarus in lib. 1. cap. 119. Dioſcor. Ambram illam, ſuccinum orientale cõmode appellari, incõpertumq; ueteribus Aetio excepto, & multis locis ſcaturiens bituminis aut ſulphuris modo.

CAPVT 18.

Ntidotum quod facit ad paſſiones capitis, Aſthmaticis, Empyicis, Pleureticis proficit,

Cauſas

Causas renum & coli compescit, Periodicos typos emendat. Eius Antidoti uirtus non est parui pendenda. Præcedit enim alia Antidota in uirtute. Recipe Selini drach.10. Croci, Castorei, Opii ana drach.9. & scrup.1. myrrhæ, drach.8. Melanopiperis, petroselini ana drach.7. Spicæ, schœnanthus, Casiæ fistulæ, anisi ana drach.6. Styracis, Costi, Nitri, Asari, Sinonis ana drach.3. macropiperis, sileris, amomi ana drach. 2. mellis quod sufficit. Detur in modũ auellanæ cum tepida.

CAPVT 19.

ANtidotum, quod medetur Asthmaticis, tussientibus, phthisicis, & pleuriticis, ex calido & sicco patientibus, quod recipit Penidiarum drach.50. Pinearum purgatarum, passularum, enucleatarum amygdalarum, carnis dactylorum, Glycyrhizæ, zingiberis ana drach.7. Amyli, tragacanthæ, thuris, mastiches, fabæ farinæ commidionis, seminis lini ana drach.4. mellis quod sufficit, cõficitur sic. Penidię cum melle lento igne coquantur, & inde Antidotum temperetur. Detur ex eo mane seu uesperi. Dosis eius drach.3.

ANNOTATIO.

COMMIDION. Simon Genuẽsis scribit esse gũmi quodcũq;, apud Græcos uero exotica haberi omnia nomina neutrius generis in i præter meli tradit Athenęus. Existimo autem hinc Nicolaum nostrum hic loqui de gummi Arabico: pleraq; enim suis descripsit ex Græcis, quoniam deprehendimus ferè Galenũ & alios medicos uetustiores simpliciter cõmi, ita enim appellant gummi, pronũtiare absq; Arabici adiectione uel arboris etiam unde colligitur.

CAPVT 20.

ANtidotum aptum tussientibus, Phthisicis & periodice febrientibus. Recipe Croci orientalis & hortensis, Glycyrhizæ, ana drach. 8. Cinnamomi, Spicæ, Styracis, Opii, Myrrhę, Galbani, Anisi, Apii, dauci, Hyoscyami ana drach. 3. mellis qđ sufficit. Datur in modum nucis cum calida.

CAPVT 21.

ANtidotum congruens tussientibus, & ad dolorem stomachi, & Pleuræ, iliosis, Nephriticis & Colicis optimum est, Quartanarios absque mora sanat. Recipe Thibapyri, Opii, Melanopiperis, ana drach. 18. & scrupul. 2. Spicæ, Croci, Cassiæ, Xylobalsami, Euphorbii, Castorei, Pyrethri, Iridos Celticæ, Anisi, petroselini, apii, hyoscyami, Sinonis, Dauci, Alexandri, ana drach. 9. & scrup. 1. Caryophylli drach. 16. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum calida.

Thibapyrũ, corrupte dixit pro thio apyro idest sulfure ignẽ non experto quemadmodum ca. 10. ãnotauimus.

ANNOTATIO.

ALEXANDRI. Vtitur non raro Nicolaus Alexandri dictione, iuxta idioma gentis suæ Italicæ, quę alio nomine hoc idem simplex medicamẽ uocat Maceronem, quasi Macedonem dicere uelit. Diosc. lib. 3. cap. 72. ita meminit huius simplicis Smyrnium dicens Cilices Petroselinõ, id est in petris nascens, apiũ dicunt &c. Ioan. Manardus lib. 9. epist. 3. breuibus dilucidat Smyrnium dicens, quicquid alii sentiant, mihi est id, qđ nunc Alexandrum uocãt, uoce ab olusatro deflexa, Florentię Macerones, corrupta & ipsa à Macedone nominatione.

CAPVT 22.

ANtidotum, quod facit ad flatuositatem & frigiditatem stomachi & præcordiorũ, Hydropicis & nephriticis salutem præstat, & causis

uesicæ medetur. Recipe zingiberis, Hyssopi, Leuco-
piperis, & Melanopiperis, Petroselini, Sileris, ana
drach. 4. Helenii, Macropiperis, ameos, Anisi, Mara-
thri ana drach. 2. mellis quod sufficit. Dosis drachmę
tres cum tepida.

CAPVT 23.

ANtidotum quod facit ad rheumatismum faucium, & uuæ, arteriacis ex catarrho tussientibus prodest, ad frigus & dolorem, seu stridorem pectoris & stomachi aptum est, uomitum abscindit, coctionem procurat, hepatis & splenis dolores & tumores resoluit. renes & uesicā calefacit & purgat. Recipe zingiberis, Dactylorum, Ameos, Carui, libystici, apii, Fœniculi ana drach. 19. & scrup. 2. Cinnamomi, petroselini Macedonici ana drach. 9. & scrupu. 1. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanę cum uino, seu cum aqua diuretica.

CAPVT 24.

ANtidotum ad pectoris frigiditatem & stomachi duritiem: interaneorꝝ apostemata purgat, anhelitum bonū facit, & defectis corporibus pristinas uires reuocat. Recipe seminis lini assi, nuclei purgati, ana drach. 36. & scrupul. 2. Cinnamomi, zingiberis, pyrethri, leucopiperis ana drach. 7. Ameos drach. 5. Apii drach. 4. mellis quod sufficit. Detur in modum nucis myristicæ cum mulsa.

CAPVT. 25.

ANtidotum ad stomachi & præcordiorū dolorē, Hæmoptoicis, & Cœliacis auxiliatur, colicis & hæmorrhagiis oībus extēplo succurrit, & piodica frigora emēdat. Recipe costi drac. 36. & scrup. 4. cinnamomi, castorei purissimi, leuco-

piperis, Opii apuli, ana drach. 18. & scrup. 2. Moschi drach. 2. mellis quod sufficit. Dentur de eo drach. 2. mane uel uesperi, si febris non fuerit cum uino.

ANTIDOTVM Pythagoræ. Caput. 26.

QVo Pythagoras Samius utebatur cõtra omnia quæ in stomacho dolent, hoc Antidotũ multos ab hoc uitio liberauit, & expertum dilectis communicauit. Recipe Iridos drach. 18. & scrup. 2. gentianæ drach. 5. zingiberis drach. 4. & semis. melanopiperis drach. 4. mellis quod sufficit. Datur in modum nucis, febrientibus cum tepida.

CAPVT 27.

ANtidotum quod peculiariter curat Phthisicos ex catarrho factos, pectoris causas mitigat, & tussim compescit. Recipe zingiberis, pegani, Iridos, Abrotani, Narcissi, Betonicæ, prassii ana drach. 9. & scrup. 1. Pulegii drach. 4. & scrupu. 2. Thuris, opoponacis, opii ana drach. 2. Melanopiperis, & leucopiperis ana drach. 1. laseris scrup. 2. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum uino in quo decoctum est papauer.

ANTIDOTVM immortale. Cap. 28.

QVod facit ad tumorem, & dolorẽ, & tussim hepatis, dicitur enim immortale. Recipe eupatorii drach. 36. & scrupu. 1. Spicæ, Cassiæ, Costi ana drach. 12. Glycyrhizæ drach. 6. Reupontici, Asari, ana drach. 4. Caryophylorum, croci, folii, styracis optimi, petroselini ana drach. 2. mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum tepida.

CAPVT 29.

ANtidotum ad collectionem Hepatis & tussem, educit ex cerebro per nares pituitam, & malos humores ibidẽ collectos. Recipe Co

sti, Croci, aloes, Styracis, Myrrhæ, amygdalarũ amaræ, gentianæ, Absinthii, Cyperi, Daphnidon coctarum, Melanopiperis, petroselini, anisi, Fœnigręci, ana drach. 10. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

Daphnides sũt lauri baccæ, ut Diosc. li. 1. c. 91. et Cor. Celsus lib. 5. c. 19. de Epispastico emplastro ad extrahendum pollente: & Diadaphnidon idest ex baccis lauri confecto insinuãt.

CAPVT 30.

ANtidotum optimum ad splenis dolorem & uentositatem ex duritia: quod omnium interaneorũ tormina curat, & emphraxin aperit. Recipe Spicæ, Schœnãthus, casiæ ligneę, Reupontici, Laccæ Polii, radicis Capparis, Aristolochiæ longæ, Aloes hepaticę ana drach. 5. mellis quod sufficit. Alii addunt de aloes ad põdus omnium specierum. Datur in modum nucis myristicæ cum tepida. si autẽ necesse est subpurgare, addatur Diagridii drach. 1. uel dimidia.

CAPVT 31.

ANtidotum quod facit ad uentositatem & duritiem splenis. Recipe periclymeni drach. 75. Cardamomi drach. 42. Scyllæ assæ drach. 18. & scrupu. 2. Costi drach. 9. myrobalani, Chebulorũ, foliorum myricæ, Herbæ scolopendriæ ana drach. 6. Vmbilici Veneris, Cotyledonis, Xiridis, hyperici, baccarum Hederæ nigræ ana drachm. 2. Lacrimarum ammoniaci drach. 1. mellis quod sufficit. Detur de eo drach. 3. mane cum Oxymelitæ uel aceto Scillitico.

Xiris est iuxta descriptionem Dioscor. Gladiolus luteus, uel Iris siluestris inter sepes prouenιens. Vide Diosc. 4. cap. 24.

ANNOTATIO.

SVSPICOR Vmbilicum ueneris ad seriem orationis additã esse expositionis gratia. Est enim unum & idem simplex medicamen Cotyledon siue Cymbaliõ. Romanis umbilicus Veneris appellatũ. Apud Diosc. lib. 4. cap. 87. in Ruellii uersione ca. 93. Quidam appellant Acetabulum Veneris.

ANTIDOTVM CONTRA FLVXVM sanguinis, & uomitum & debilitatem Stomachi. Cap. 32.

RECipe succi Citoniorum & corticis Citri, & integri mali Granati ana drach. 37. & scrupu. 1. Caryophylli, Amyli, Mastiches ana drach. 18. & scrupu. 2. Macetis Cinnamomi, Corallii, Acaciæ, ana drach. 9. & scrup. 1. ligni Aloes, Galliæ Moschatę, Croci, seminis Basilici, seminis quinqnerui ę, ana drach. 4. & semis, Camphuræ scrupul. 2. Moschi scrup. 1. mellis rosei quod sufficit. Conficitur sic, Succi cum melle lento igne ad spissitudinem decoquantur, & inde puluis terendorũ temperetur. Datur mane & uesperi cum aqua pluuali.

ANNOTATIO.

CAPHVRA, ut Aetius prodidit, arbor in India tanta magnitudine uisitur, ut sub eius umbra hominum centuriæ condi possint. Nascitur in mõtibus mari uicinis, materia leui, ferulacea, quæ gummi aut lacrimam fundit, eiusdem quo arbor nominis. Quũ frequentibus cœlum fulgetris corruscat & tonat, uel terra motu concutitur, largioris huius prouentus augurium est.

CAPVT 33.

ANtidotum quod facit contra omnes fluxus uentris, Dysenteriacis & Liętericis summum remedium est. Proficit Hæmoptoicis, & eis qui ex internis sanguinẽ fundunt. Recipe Mastiches, Caryophylli, Cinnamomi, costi, Opii, ana drach. 10. Laccæ, Acaciæ, Boli, Balaustiæ, Myrrhæ ana drach. 8. *Gallię Lemnię, sanguinis Draconis, roris Syriaci, succi Hypocistidos ana drach. 4. Dragacanthæ, Thuris, seminis Psyllii, foliorũ qnqueneruiæ ana drach. 2. Plantaginis, Polygoniæ, quinqȝ folia Pegani, Tu-

*Marginalis annotatio habebat pro Boli, Polij. *Cõycio Sigilli Lemnij legendũ esse de quo Dioscor. lib. 5. c. 67. Gal. lib. 9. c. 3. Simpliciũ medica. Rhodomeli per mel Roseum intelligit hic & pluribus locis sequentibus.*

rionum senticis uerni, ana manipulum.1.mellis rosei quod sufficit. Conficitur sic, Herbas omnes biduo in melle infunde, tertio uero die lento igne decoque, & cola, & inde puluerem terendorum tempera. dabuntur ex eis drach.2. uesperi, si sine febre fuerit cum uino myrtino.

CAPVT 34.

ANtidotum quod facit ad Hydropicos ex frigiditate ex emphraxi splenis & hepatis laborantes. Recipe Cinnamomi, Schœnãthus, Asari, Mastiches, Absinthii, Anisi fœniculi ana drac. 6. Reubarbari, Spicæ, Aristolochiæ longæ, Petroselini, ana drach.4. Caryophylli Croci, Calami Aromatici, Cardamomi ana drachm.2. mellis quod sufficit. Dentur de eo drach.4. cum tepida.

CAPVT 35.

ANtidotum quod prodest Pleuriticis, & Empyicis, ad tussem uero ita probatũ est, ut sub una potione liberet ægrotantem. Recipe Castorei, Opii ana drach.4. fecis Balsami, Cinnamomi, Spicæ, succi Mandragoræ, Amomi ana drach.2. Croci, Cassiæ, Dauci, ana drach.1. & semis, Costi, Myrrhæ, Galbani, leucopiperis ana drach.1. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

CAPVT 36.

ANtidotum expertum ad Ilii dolorem, Lapides renum & uesicæ frãgit & expellit, arenas discutit, & urinã prouocat. Recipe Margaritarum, Caryophyllorũ, Lapidis lyncis, aluminis africani, radicis capparis, & asparagi, Saxifragæ, Alexandri, seminis petroselini, cucumeris purgati, seminis citri, carnis dactylorũ purgatæ ana drach.9. & scrup.1.

De Alexandro scripsimus in cap. 21.

mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum tepida in balneo.

CAPVT 37.

ANtidotum quod facit ad Ilii dolorem & in nephriticis lapides renum & uesicæ frangit & expellit. Recipe glãdularum purgatarum drach. 20. Lapidis Gagatis, granorum milii solis, Seminis Libystici. Saluatici, Saxifragæ ana drach. 18. & scrup. 1. uel. 2. Galangę, zingiberis, Cimini, petroselini, Aneti, radicis Brusci, & Asparagi, ana drach. 9. & scrup. 1. cinnamomi, spicæ, costi, Melanopiperis, ana drach. 4. & semis balsami, olei pulegini ana drach. 1. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

ANNOTATIO.

GAGATES lapis est niger squalens & crustaceus nullius ferè põderis, & in urẽdo bituminis odore sentitur. Miscetur accopis & podagricorum remediis. Nascitur in Lycia prope flumen Gagan iuxta Plagyopolim urbem. Dioscor. lib. 5. cap. 99.

ANTIDOTVM AD DOLOREM Renum, Coli, & Vesicæ. Cap. 38.

REcipe Croci, Hyoscyami ana drach. 8. Opii, Thuris ana drach. 7. myrrhæ drach. 5. Physalidos, Saxifragæ, petroselini ana drach. 4. Euphorbii, Cyperi, Dauci, Anisi ana drach. 2. Comii drach. 1. mellis quod sufficit. Datur in modum nucis myristicę, febricitantibus cum uino Amineo tepido.

ANNOTATIO.

PHYSALIS Halicacabus latine dicitur, Arabes corrupte Alke kengos uocant quasi halicacabũ dicere uellent. Est enim secunda Solani species quam Plin. Vesicariam appellat. Nasciturq; passim apud nos in croceis uesiculis.

COMMEON puto corrupte nõnihil pro gummi Nicolaum ponere. Commeos enim dicendum erat, quo generatim intelligitur Gummi Arabicum.

CAPVT 39.

ANtidotum anodynũ ad Nephriticos, & ad ulcera renum & uesicæ. nam statim dolorem tollit. Recipe Amygdalarũ amararũ drach. 27. leucopiperis, hyoscyami ana drac. 20. Croci, opii ana drach. 10. Euphorbii, pyrethri, seminis Apii, Cucumeris domestici, seminis Lapathi ana drach. 6. seminis Conii, Coriãdri ana drach. 4. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

ANNOTATIO,

CONION Greci, latini Cicutã appellãt. Quare suspicor esse legẽdum Corii, id est Coriandri. Nicolaus enim passim affectat uocabula græca: id quod in plerisq; patres nostri fecerunt in rebus medicis.

CAPVT 40.

ANtidotum quod facit ad renum dolorem & uesicæ, calculos frangit, & dysuriã soluit. Recipe Spicæ, Costi, Glycyrhizæ, Agarici, Cyperi, Hyssopi, Helenii, meu, Melanopiperis, Saxifragæ, petroselini, betonicæ ana drach. 9. & scrup. 1. mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum decoctione granorum solis, & troximæ.

ANNOTATIO.

SOLEM Cichorium ne uocet, quã sponsam solis etiam appellant, an Heliotropion, quam solarẽ nominãt, an neutram, prorsus ignoro, fortassis autẽ qui sint uersati in medicina Arabum diuinabunt.

TROXIMAM uero scribit Genuates esse Taraxacon Endiuiæ syluestris speciem. Scariolam alii uocant, quæ spinosos aculeos habeat in dorso &c.

REDEO ad Solis grana, quæ aliquando grana baccarum lauri putabam esse, eo quòd hæc arbor

Apollini à poetis tribueretur, & per pharetratum Phœbum, solem nobis exprimerent, Amboq; hæc Antidota.40.&.41.ad urinam prouocandam & lapillos comminuendos prosunt, ad quæ etiam lauri baccæ ualent: Attamen Simon Barbaricæ medicinæ non ignarus, annotauit Lithuspermon, milium Solis uocatum, & grana Solis idem esse medicamen. Proinde neq; in hoc Antidoto.41. separari debent, sed alterum alteri pro expositione connectendum est.

CAPVT 41.

ANtidotum quod facit ad eos, qui urinã cum cruciatu reddunt, lapides renũ & uesicæ frangit & expellit. Recipe Caryophyllorum, anthophylli, galangæ, cicadarum siccarum, Granorum Solis, Melanopiperis, petroselini, seminis Asparagi, Lithuspermatos, Libystici, Saxifragæ, ana drach.3. mellis quod sufficit. Dẽtur ex eo drach.2. diebus.15. continuis cum lacte. Et si uolueris de puluere antidoti dare cum lacte utilissimum est. Huius Antidoti efficaciam si quis probare uoluerit, hoc modo probet: In ampullam uitream infra puluerem calculũ recondat, & ibidem die & nocte dimittat, octauo die mane cum requisierit, inueniet eum comminutum.

ANTIDOTVM AD FRIGIDITATEM lumborum, & uenereos actus, & ad defectionem seminis. Cap. 42.

REcipe Penidiarum, Pinearum, Auellanarum, Amygdalarum, nucum, Pistaciarum, Sesami, seminis lini assi, Satyrionis ana drach.15. Galangę, zingiberis, Secacul, Caudę Scinci, radicis Asparagi, Anisi, Seminis papaueris albi & Bauciæ, Bulbi usualis, Seminis Vrticæ, & Erucæ ana drach.7.& se-

mis. Been albi & rubei, Melanopiperis, fœniculi ana drach. 3. & semis, Caryophyllorũ, nucis moschatæ, Cardamomi, fructus Nerę, ana drach. 3. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ ieiunis cũ uino.

ANNOTATIO.

SECACVL Itali Fraxinellam uel geniculatã uocant & Dioscor. Polygonaton. Hoc sibi mulieres faciem extergunt & fucant: sed & radix saccharo conditur ad rem uenercam. Ant. Musa, & Manardus lib. 5. Epistol. 1.

BVLBVM Auicenna uocat cepe syluestre: Serapio cepe campestre coitum adaugens: habet cepulas similes cepulis Croci, flores ut uiola, folia instar porri, Vide Dioscor. lib. 2. cap. 161.

BAVCIAM interpretantur esse idem quod Staphylinon agrion, id est. Pastinacam agrestem, Vide Dioscor. lib. 3. cap. 54.

ANTIDOTVM AD FRIGIDITATEM renum & excitandam libidinem. Caput 43.

Recipe Satyrion, Enulæ, Melanopiperis, Sinonis ana drach. 18. & scrupul. 2. Opobalsamĩ Cinnamomi, zingiberis, Euphorbii, Sileris, Nitri, Erucæ, ana drach. 10. Caudarum Scinci, Saturegiæ, Sansuci ana drach. 9. & scrup. 1. seminis porri, Coriandri, seminis Nasturcii, Sinapis ana drach. 4. & semis, mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum tepida.

ANTIDOTVM AD LIBIDINEM retinendam. Cap. 44.

R Ecipe Agni florum, ſeminis Rutę ana drach. 20. foliorum matris ſyluæ & ſeminis drach. 15. Caſtorei, Cimini ana drach. 10. mellis q℞ ſufficit. Datur in modum auellanæ ueſperi, cum decoctione Pegani.

ANTIDOTVM AD LVXVRIAM amputandam. Cap. 45.

Andrachne enim hoc eſt portulaca ueneris impetus inhibet authore Dioſcor. lib. 2. c. 113.

R Ecipe corticis Mandragoræ, Spodii, Periclymeni ana drach. 9. & ſcrup. 1. Reupontici, coſti, opii, uiolarũ, ſeminis Andrachnes, & hyoſcyami, Caphuræ ana drach. 2. Diacodion, & Roſei mellis quod ſufficit. Dẽtur ex eo drach. 3. in meridie, & ueſperi cum aqua pluuiali.

ANTIDOTVM AD DOLOREM VTERI ex pituita uel frigiditate. Cap. 46.

Calefaciunt nãque radix & ſemen ſeſeleos, & proſunt ſtrangulatu uuluæ concidentibus, Dioſco. lib. 3. c. 56.

R Ecipe Coſti, caſſię, opii, galbani, caſtorei, Melanopiperis, leucopiperis, ſeminis pentadactyli, Seſeleos ana drach. 6. Opoponacis drach. 2. mellis quod ſufficit. Dentur de eo drach. 2. uel. 3. cum apozemate Calaminthes uel Artemiſiæ.

ANTIDOTVM AD FILIOS PROcreandos. Cap. 47.

R Ecipe Leucopiperis gran. 200. Tuſſilaginis, Auellanæ, Phyſalidos, ſeminis Opii, Mandragoræ, coaguli caprini & Leporini, ana drach. 4. Cinnamomi, Spicę, ſanguinis draconis ana drach. 2. mellis quod ſufficit. Bibant in balneo in modũ nucis Ponticæ, in die purgationis cum uino tepido.

ANTIDOTVM AD CONCEPTVM & filios procreandos. Cap. 48.

Crocomagma Dioſcor. deſcribit lib. 1. ca. 26.

R Ecipe Euphorbii, Epithymi, ana drach. 4. galbani drach. 2. Crocomagmatis, Croci orien-

talis,myrrhæ,mastiches,opoponacis,Castorei, Hele nii,corticis Mandragoræ,ana drach.2.melanopipe-ris,Amomi,Libystici seminis ana drach.1.mellis q́d sufficit.Detur de eo drach.1.Viro & mulieri mane diebus septem cōtinuis,tempore mensium, cum ui-no optimo,& ieiunet mulier ad quartā uel quintam horam,& uesperi similiter utrique accipiant,& circa septimam noctis horam à marito in utero cōcipiat.

CAPVT 49.

ANtidotum ad coxendicis dolores probatissimum.porrò prius exige mercedem, quia ex medicamento hoc semel ꝓpinato multi per-sanati sunt.Recipe Brathei,Chamędryos ana drach. 2.uel.3.Myrrhæ,melanopiperis,folioꝝ hederæ ana drach.2.mellis quod sufficit.Dentur ex eo drach.2. cum uino in quo decocta est Chamædrys.q́d si uo-lueris medicamen melius efficere,sine melle de solo puluere drach.1.cū suprascripto apozemate dabis.

Brathy Ba-rythō & Borathon herbam Sabinā appellari tradit Dioscor. lib.1.c.89.

CAPVT 50.

ANtidotum ad dolores coxendicis & Arthri-ticos magnopere aptū. Recipe Euphorbii, Costi,Agarici,Castorei,zingiberis,melanopi peris ana drach.6.mellis q́d sufficit.Detur cū mulsa.

ANTIDOTVM EXPERTVM CONTRA frigidam podagram & omnes pedum dolores. Cap. 51.

REcipe Hermodactylorū,Diagridii ana drach. 60.Turbit,Euphorbii ana drach.20.Caryo-phyllorū,Nardi,Cinnamomi,zingiberis, Ga langæ ana drach.10.Aristolochiæ longæ,Costi,Cy peri,Saxifragæ,milii solis,seminis Brusci, Asparagi, & Vrticæ ana drach.7. Zedoariæ,Myrrhæ, Cimini, Melanopiperis,Dauci,seminis citri ana drach.4.mel lis quod sufficit.Dentur ex eo drach.3.uel.4.in bal-

neo cum condito.

CAPVT 52.

ANtidotum contra guttam & podagram calidam ꝓbatiſsimũ. Recipe Hermodactylorum, Mannæ, uiolarum ana drach. 10. medullæ caſſiæ fiſtulę, Myrobalani, citrini corticis, olei roſei ana drach. 4. Myrobalani, Chebuli Indi, Bellirici, Emblyci, cuſcutę, ana drach. 3. Tamarindi, ſeminis Marathri & ſcariolæ ana drach. 2. Syrupi Roſacei quod ſufficit. Doſis eius drach. 3. cum tepida.

ANNOTATIO.

GVTTAM recentiores medici generatim appellant dolorem omnem qui accidit ligamentis & neruis iuncturarum ſiue ex affluxu ſubſtantiæ, ſiue ex intemperie, ſiue ex flatuoſo ſpiritu. Cuius ſpẽs quatuor faciũt: Arthritida, podagrã, chiragram, & Iſchiada.

ANTIDOTVM Andronis. Cap. 53.

Zerma idẽ ſignificat quod Impetigo, ſicut Simõ ex ſentẽtia Caſſii Fœlicis docet. Quãquã recẽtiores eã tantum impetiginem hoc nomine uelint accipiendã eẽ que ad hulcus peruenit, falſo tamẽ, ut Manardus li. 7. Epiſt. 2. teſtatur.

QVod facit Maniacis, Cephalalgicis, Melancholicis, Lethargicis, & eis qui per ſomnum mortem meditãtur, ad oculorũ paſsionem, & aurium ſurditatem, dentiumq; dolorem, & ad omnia cerebri uitia optimũ eſt, Apoplecticos, Arteriacos, Aſthmaticos, Orthopnoicos ꝑfecte purgat, ſtomachi uitia, Hepatis, Splenis, renumq; aufert. Ictericis, & decoloratis ꝓprios reddit colores. Colericis Cœliacis, Dyſentericis q̃bus purgari neceſſe eſt, medetur. Paralyticis, Arthriticis, Iſchiadicis ſubuenit. Lepras & Zermas mundat, febres, interaneorum uitia medicatur. Recipe Diagridii, Coloquintidæ interioris, Agarici, Ammoniaci Scillæ aſſæ, Ellebori nigri, Hyperici, Silphii ana drach. 10. Caſſiæ, Bdelii,

Epithymi, Polypodii, Chamædryos, ſucci braſsicæ, ana, drach. 7. Cinnamomi, Opoponacis, Caſtorei, Myrrhæ, Serapini, Ariſtolochiæ, Abſinthii, Melanopiperis, Leucopiperis & Macropiperis, Petroſelini, ana drach. 4. Ameos drach. 3. mellis qđ ſufficit. Doſis eius drach. 3. febrientibus cum tepida, non febriẽtibus cum uino.

CAPVT 54.

ANtidotum proprium ad cauſas capitis, & ad oculorum caliginem, ad tinnitum aurium, & faucium tumorem utile eſt: Stomachi querelam & omnia interaneorũ uitia emẽdat: renes & ueſicam purgat, menſtruis imperat, & matricis cauſis medetur. Recipe Aloes Amomi, Macis, Colocynthidis, ana drach. 36. & ſcrup. 2. Diagridii, Opoponacis, Galbani, Serapini, Myrrhæ, Abſinthii, ana drach. 18. Ellebori nigri, drach. 23. & ſcrup. 1. Caſſię fiſtularis, Schœnanthus, Agarici, Elaterii, ſalis Armoniaci, Hyperici, Sileris ana drach. 18. & ſcrup. 2. Caryophylli, Coſti, Reupõtici, Carpobalſami, Scillæ coctæ ana drach. 14. Cinnamomi, Spicæ, Cyperi, acori, laureolæ, Ellebori albi, Melanopiperis, Leucopiperis, & Macropiperis, Cardamomi, Fœniculi, Apii, Affuſsi, Dauci, Alexandri, Coccignidii ana drach. 9. & ſcrup. 1. Balſami drach. 4. & ſemis. mellis quod ſufficit. Datur in modum auellanæ febricitantibus cum tepida, non febricitantibus cum uino.

Fortaſsis Aſarum intelligit. Nam ita interpretatur in Synonymis ſuis Stephanus aſſaſum.

ANNOTATIO.

LAVREOLA à Græcis daphnoides appellatur, & lac non emittit, habetq; feruentem & erodentem guſtum. Mezereon ab hac diuerſa eſt, quæ chamelęa dicitur, progignitq; fructũ coccognidium appellatum, conſtatq; lactariam eſſe herbam.

ANTIDOTVM CHRYSVN, IDEST aureum. Cap. 55.

QVod prodest melancholicis, Cephalalgicis, Timidis, ex Cholerico incēdio factis, & oculorum doloribus medetur, Emphraxin hepatis habentibus, & Ictericis optimū est, Quotidianariis, Tertianariis, bis uel ter datum salutē præstat. Recipe Myrobalani citrii, Chebuli Indi, Santali Citrini, uiolarum ana drach. 3. Reubarbari, Galliæ moschate, Bellyrici, emblyci, cuscutæ, Schœnāthus, Tragacanthæ. Mastiches, Senæ, Turbit, Agarici, Epithymi, Asari, Absinthii, Ammii, Rosarū ana drach, 2. Cinnamomi, Caryophyllorum, ligni aloes, Spicæ, cassiæ ligneæ, salis gemmæ, Terræ lazuli, seminis marathri ana drach. 1. Syrupi quantum sufficit. Deinde Recipe Zachari, libras. 4. aquæ. 2. radicum fœniculi, apii, & Troximæ ana drach. 5. capilli Veneris, seminis lactucæ ana drach. 2. Et conficitur sic, Omnia commixta cum aqua decoquantur, & diligenter colentur: deinde Zacharum in eadem aqua soluatur & iterum bullire dimittatur, donec aqua consumatur, cumq; percoctum fuerit, inde puluis specierū temperetur. Dosis eius drach. 3. Febrientibus cum tepida, non febriētibus cum uino.

CAPVT 56.

ANtidotum optimum ad eos qui post acutas passiones dolorem capitis, & tinnitū aurium patiuntur, facit ad caliginem oculorū ex calido ardore, & cruciatum Stomachi, Hepatis & Intestinorum, uentrem deponendo extirpat, Ictericos & ueros Tertianarios perfecte purgat. Recipe uiolarū drach. 50. myrobalani citrini, Chebuli Indi ana drac. 16. radicum Troximę, polytrych. ana manipul. 1. Syrupi uiolati, quod sufficit. Mox cōficitur sic: In aquæ libra una, radices Troximæ & polytrychum coquātur &

tur, & colétur, deinde medulla cassiæ fistulæ, Ibidem manibus soluta cum Syrupo, lento igne iterum ad cõsumptionem aquę bullire dimittatur, & ita puluis specierum ammisceatur. Datur in modum castaneæ cum tepida & Syrupo uiolato.

ANTIDOTVM AD EXPELLENDOS lumbricos latos, longos, & rotundos. Caput 57.

RECIPE Diagridii, colocynthidos interioris, eupatorii, Aristolochiæ rotũdæ, Baccarum lauri ana drach. 9. & scrup. 1. Nitri salis, salis Ammoniaci, Gẽtianæ, cyperi, Cardamomi, nigellę, seminis canabis, pulueris cornu ceruini usti, ana drach. 2. lactis Tithymali, & mellis qđ sufficit. Dentur drach. 2. uel. 3. cum decoctione foliorum Persici.

ANNOTATIO.

HACTENVS Nicolaus Antidotos recensuit quas efficaciores deprehẽderat & laudabiliores. Nã Antidota raro. sed præcipue interdũ necessaria sunt, sicut scribit Cornelius Celsus lib. 5. cap. 23. qa grauissimis casibus opitulantur, ea recte quidem dantur collisis corporibus, uel per ictus, uel ubi ex alto deciderunt, uel in uiscerum, laterum, faucium, interiorumq; partium doloribus. Maxime autem desideranda sunt aduersus uenena uel per morsus uel per cibos aut potiones nostris corporibus inserta.

Antidotis quando utendum.

ANTIDOTVS Ambrosia. Cap. 58.

HIs tamen adiiciẽdum putauimus Antidotum quod citato loco C. Celsus describit sub nomine Ambrosiæ quod Zopyrus regi Ptolomęo dicitur composuisse, atque Ambrosiam nominasse. Cõstat ãt ex his Costi, thuris masculi ana dena. quinq;, Piperis albi denar. tribus, floris Iunci rotũdi,

denar.2.Cinnamomi denar.3.Casſiæ nigræ dena.4. Croci Cilicii denar.4.Myrrhæ,quam Stacten nominant denar.5.Nardi Indici denar.5.Quæ ſingula cõtrita melle cocto excipiuntur.Deinde ubi utendũ eſt, id quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem impleat, in potione uini diluitur.

Crocus Corycius omnium optimus.

ARTERIACA Andromachi. Cap. 59.

QVæ facit ad uocis amputationem,& ad omnia uitia arteriarum. Recipe amygdalarum drach.7.Myrrhæ,Leucopiperis ana drach. 6.Tragacanthæ drach.4.Croci, Vuarum paſſarũ enucleatarum ana drach.1.paſſi,& mellis quod ſufficit.

ARTERIACA Scribonii. Cap. 70.

FAciens ad raucedinem uocis & aſperitatẽ faucium ex phthiſica paſſione effectã. Recipe nucleorum pini.30.Amygdalarum recentiũ.24. Ouorum aſſorum uitellos.6.ſeminis lini,coſti,drac. 4.Tragacãthæ drach.1.Paſſi,& mellis quod ſufficit.

CAPVT 71.

ARteriaca quæ arterias lenit,tuſſim ſiccam cõpeſcit,uocem ex acuta febre debilitatam,aut ex phthiſica claram reddit. Recipe Amygdalarum,pinearum ſeminis,Comidionis, ana drach.6. Tragacanthæ, ſucci Glycyrhizæ, Gũmi Arabici ana drach.4.zingiberis,Aniſi, ſeminis Citrulli, Melonis & cucurbitæ purgatæ drach.1.Penidii quod ſufficit. Detur in modum fabæ,ſub lingua retinendo.

ANNOTATIO.

IN EXEMPLARI Scribonii Largi hę Arteriacæ aliter paulo leguntur. Quoniam cõpoſitione 110.Arteriacam Scribonii Ruellius ex ſeptimo de compoſitione ſecundũ locos ita reſtituit. Recipit ra-

dicis dulcis, denarios. 8. Myrrhæ denar. 24. Terebin-thinæ denar. 32. Tragacanthæ denar. 38. Singula sic-ca seorsum tundito & cernito, Resinaq; in pilam con iecta excipito. Vbi in unitatem coierunt in formulas digerito, quæ Ægyptiæ fabæ magnitudinem æquēt, & in umbra siccato, cumq; usus poscet unam aut al-teram sub linguam tenendam dato, ut illiquescēs de-uoretur. Hęc enim Arteriaca quod sub lingua tenea-tur Hypoglossis appellatur, & facit ad abscisionem uocis. Altera Arteriaca à Largo describitur compo-sitione. 74. quæ conducit ad fluorem & raucitatē ar-terię, Item ad tussim, & abscissum sonum uocis. Tra-gacanthi denar. 6. Cōmis alexandrinæ denar. 5. Myr rhæ denar. 1. Thuris denar. 2. Croci denar. 1. Piperis albi gra. 20. Cariotarum recētium trium pulpas me-dias, detracta exteriore cute, interioribusq; uenis, uel Vuæ passæ nouæ & incorruptæ, purgatis interiori-bus gra. 8. cōmis & tragacāthum, passo Cretico uno die & una nocte macerari oportet & postero die pi-la & pilo mundo cōtundere, & cætera trita mortario curiose admiscere, Inde dare fabæ magnitudinē, glo bulum sub lingua tenere deuorantem quoad liquefa ctum fuerit. Hoc medicamentum, pipere detracto, & ad tumorem arteriæ facit. Seruandum aūt pyxide bu xea. Tertia arteriaca à Scribonio omniū optima esse asseritur, & refertur ab Asclepiade, & facit ad omnia superius dicta efficacius, & quicqd in Arteria uitii est. cōstat ex his: Myrrhæ optimę pinguis denar. 24. Tra gacanthi cādidi denar. 28. Glycyrhizę, radicis denar. 18. Resinæ terebinthinæ ueræ, denar. 18. tragacanthū sicut est cōtundere, & p cribrū tenuibus foraminibus eiicere oportet: Deinde Myrrhā tritā seorsum admi-scere, & rursus utraq; in unū diu terere, atq; ita in pi-lā coniicere & ibi cū coaluerint ictu pili, terebinthinā paulatim miscere, donec oīum unitas fiat, postea gly-

Arteriaca.

Hypoglossis

Arteriaca Scribonij altera ad raucum Arteriæ asperæ conducibilis.

Arteriaca Asclepiadis. Vide plures arteriacas apud Alexādrum Benedictum li. 8. ca 23. & sequentibus.

cyrhizam cõtusam & cribratam, mortarioq; nihilo-minus tritam sensim aspergere oportet. Vbi hęc bene mixta fuerint, dum calet medicamentum, plures accedant, & pilulas faciant magnitudinis fabæ. Fit.n. durissima hæc arteriaca, & hoc ipso præcedit cæteras: quia linguæ subiecta nõ facile soluitur, & ita diutius exhibet suum effectum.

ANGELOCALON IDEST NVNCIVM bonum. Caput 72.

DAtur patientibus acutas febres cum Syrupo uiolaceo, uel aqua frigida datur Tertianariis & duplici Tertianæ obnoxiis, cum scrupu.2. aut.3. boni Reubarbari & aqua tepida contemperatum, & bibitum mirabiliter medetur, & datur contra caliginem oculorum patientibus ex fumo & calore uel ex acuta febre. Hepaticis, Ictericis, datur cũ succo Scariolæ, uel fœniculi, aut cum decoctione capillorum Veneris. Recipe Myrobalanorũ citrinorum chebulorum corticis ana drach.7. Schœnanthus, seminis portulacæ, uiolarum, Scariolæ, ana unciam semis, Belliricorum, Emblicorum ana drach.1. & gra. 7. Masticheś drach.2. & scrup.1. Tamarindorum uncias.3. floris Nympheæ, Berberis, Been rubei, Reubarbari ana drach.1. & gra.4. Medullæ cassiæ fistularis unc.4. Conficitur sic. In duabus libris aquæ pone Syrupi uiolarum unciam semis, & bulliat donec nõ nihil trãspiret aqua, postea ab igne deponatur, & aliquantulum infrigidari permittatur, & deinde coletur de eadem aqua, accipiatur quod sufficiat ad abluendum Cassiã fistul. & Tamarindos cola per catiam, & cum alia aqua addatur libra una, & semis Zuchari, & bulliat usq; ad aquæ consumptionem, postea addatur lotura cassiæ fistulę, & Tamarindorum, & iterum bulliat ad spissitudinem. Si uis probare num coctum

sit,ponatur super marmore,& si adhereat quasi mel, rite,coctum est,& tunc ab igne deponatur,& aliquãtulum infrigidari permittatur,deinde supradictarum specierum puluis super inspergatur,& cum spatula agitetur,donec incorporetur.Dosis eius est drach.3. ut superius dictum est:uesperi & mane cum aqua tepida datur.

ANTIMORON IDEST CONTRA mortem. Cap. 73.

QVod facit Cephalalgicis, Lethargicis, Stomaticis,Ischiadicis,Podagricis, & è matrice laborãtibus,Discoloratis,Nephriticis,& omnibus qui multum tenui aut uiscoso phlegmate affligũtur,& his qui cibos nõ digerunt,phlegma & choleram purgat & aquosos humores cum uentositate: 8.pars confecta est libra.1.Recipe Aloes drach.5.& semis,& grana.6.Casiæ fistulæ drach.1.& gra.6.& semis.Marathri,Mastiches,Asari,ana scrup.2.& gra. 5.Croci drach.semis.Xylobalsami scrup.2.& gra.2. & semis.Cinnamomi scrup.2.& gra.5.Iridos drac. 1.Ari,Dracõtii ana scru.1.& gra.2.& semis. Agarici, Coloquintidæ,Nitri,Euphorbii,Castorei ana scrup. 2.& gra.5.Alexandri,Apii,Petroselini ana scrupu.2. & gra.5.Ellebori nigri drach.semis.Diagridii scrup. 2.& gra.5.Coccognidii scrupu.2.gra.5.mellis quod sufficit.Datur in modum castaneæ,cum aqua calida uesperi.

ANTIDOTVM HÆMAGOGVM, ID EST sanguinẽ menstrualẽ ducens. Cap. 74.

VAlens ad multas mulierũ passiones matricis: quæ non solito purgantur,purgat mirabiliter, menstrua educit, & fœtum in utero occisum extorquet,& post partum quę non sunt purgatæ ex

purgat,& ad salutem reducit, petram in uesica rumpit,& expellit,urinam mouet,Strangurian sanat,Hepatis Emphraxin curat,Sclirosim in splene persanat, & ad omnia interiora multum adfert commodi, & ad stomachi indigestionem,& eorum sopit dolores qui Colicam patiuntur,Nephriticis prodest:hoc.n. qui biberit,sanitatē obtinebit. Hæmorrhoidas prouocat,meatus totius corporis aperit,& fœtum mortuum & secundas educit, & uesicam purgat, stomachum calidum reddit,Ventositatem cōsumit,uomitum compescit,Neq; quicquam pro mulieribus inuenitur fortius ad omnia quę illis sunt salutaria:propter quod cauendū est patientibus hæmorrhoidas, aut fluxum uentris aut dysenteriam.nona pars confecta est libra una. Recipe Asari, Acori, Amomi,seminis Atriplicis,Marathri,ana scrupu.1.& gra.6.Anisi, scrup.2.Aristolochiæ longæ,Artemisiæ,Casiæ fistularis,ana scrup.2.& gra.14.Centaureæ minoris scru. 1.& grana.6.Centaureæ maioris,Dauci Cretici ana scrupu.2.Helenii scrup.1.foliorum Lauri scrup.1.& semis & gran.3.Glycyrhizæ drach.1.& scrup.1.Lupinorum drach.2.Melanis scrup.2.Myrrhæ scrupul. 2.& grana.14.Orobi scrup.1.Stypteriæ scrup.2.Macedonici scrupu.2.& grana.14.Pyrethri scrupu.2.& grana.14.Piperis,drach.1.& scrupu.2.& grana.7.seminis Rutæ,Spicæ,Pulegii ana scrupul.2.& gra.14. Peoniæ scrupul.1.& gran.6.Cyperi,radicis Capparis,Cimini,Zingiberis ana scrupul.1.Sinonis scrup. 2.Schœnanthus scrup.1.grana.13.Gari scrup.2.apii, sabinæ,ana scrupul.2.& gran.13.Xylobalsami scrup. 1.&gran.14.mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ maioris cum aqua calida post balneum si febris infestet. Si uero absit febris cum uino aut mulsa dabis.

ANNOTATIO.

MELANIS scriptus habebat codex. Melan autem Græcis dicitur quod nobis atramentum scriptorium est, ut testatur Dioscor. lib. 5. cap. 103. Cæterum Melanthium legere malim, idest nigellam. Hæc enim pota menses, urinam, & lac prouocat, ut tradit idem Dioscor. lib. 3. cap. 84.

STYPTERIAN Græce appellauit Alumen eo quod ualidissime adstringit, apud Diosc. lib. 5. ca. 77.

GARVM est liquamen ex piscibus carnibusq; maceratis: habetq; uim proritandi & exulcerandi, sicut prodit Dioscor. lib. 2. cap. 31.

CAPVT 85.

APOZEMA quod prodest ad capitis dolorem, & melancholiam. Recipe Myrobalanorum citrinorum drach. 27. Myrobalanorũ Chebulorum drach. 18. Myrobalanorum Indorum drach. 9. Cinnamomi, Spicæ, Schœnãthus, Costi, Epithymi, Agarici, uiolarũ, ana semiunciam, aquæ quod sufficit. Confice sic, species omnes tritas, in aqua sufficienti die & nocte infunde, alio uero die ad lẽtas prunas paulatim ad medietatem decoque & diligenter cola, cumq; opus fuerit, mane & meridie cũ uiolaceo syrupo uel Zucharo plenam phialam propina.

ANNOTATIO,

AETIVS lib. 13. ca. 125. potiones ex melle & uino confectas Propomata appellata fuisse prodit, ita Trallianus lib. 3. cap. 43. propomata facit ex aniso, Apio, Althæa, Absinthio, malis medicis, mastiche, ad colli dolorem repellendum: quæ potiones syruporum locum tuebantur. Aliquando autẽ in inflammationibus iecinoris Trallianus potiones ex aqua per decoctionem exhibuit loco syruporum, ut ex apii decoctione, & uocarunt hæc Apozemata. Quibus potionibus humores concoquebant,

Propomata.

Apozema. idest feruefactum.

quia calorem naturalem augent. Poteſt autem apo-zema interpretari defrutum uel deferuefactũ: erãtq; ex herbis uel radicibus decocta, & frequenter poſt catapocia exhibebantur.

Defrutum.

APOZEMA AD OS MALE OLENS, ET colorẽ bonum faciendum. Cap. 76.

Recipe Caryophyllorũ, Cinnamomi, aniſi, ana drach. 10. Spicę, zingiberis, Caroi ana drach. 8. ligni Aloes, Baſilici & ſeminis Marathri ana drach. 6. aquæ & roſei mellis quod ſufficit. Conſice ſic, In aqua ſufficienti & melle puluillos ſubtiliſſime tritos per dies tres infunde, quarta uero die lento igne ad medietatẽ decoque, deinde per ſacculum diligenter cola, cumq; infrigidatum fuerit, mane & meridie plenum calicem offerre licebit.

CAPVT 77.

APozema quod proficit tusſiẽtibus ad cauſas pectoris & pulmonis. Recipe Aquæ fontanæ phialas. 15. mellis. 1. carnium Dactylorũ, Amygdalarum, zingiberis, papaueris Gallici ſeminis ana drach. 12. Croci, Styracis optimi, Tragacanthæ albæ, Melanopiperis, Cimini, ana drachm. 7. Thymi, Pulegii, Hyſſopi coleni, Pegani, Iridis Illyricæ, ana faſciculum unũ. Cõfice ſic. Herbas, dactylos, amygdalas, & nucleos contrita, & pulverem ſpecierũ ſubtilisſime tricoſcinatum tribus diebus in aquam infunde, quarto uero die phialã mellis adiunge, & ad medietatem bullire facias, & cum tepefieri cœperit per ſacculum guttatim cola, & inde quotiẽs opus fuerit, plenam phialam porrige.

Coſcinos & coſcinon cribrum ſignificat. Inde coſcinizin idẽ eſt quod cribrare.

CAPVT 78.

APozema ad dolorem & tumorem uentriculi & hepatis. Recipe aquæ phialas. 15. Betonicæ Celticæ, foliorũ Apii ſimiliter cum radi-

cibus ana fasciculos.3.Iridis,Eupatorii, Basilici ana fasciculos.2.Absinthii,Sisymbrii,Helenii ana fasci.1. Cinnamomi,Galangæ,Spicæ,Zedoariæ,anisi,carui, Seselis,Sinonis, seminis Marathri,ana semiunciam, mellis quod sufficit.Confice sic,In aqua cōtusas herbas,radicesq; & puluerem specierū seminumq; diebus duobus cōtinuis infunde,tertia autem die lenes ad prunas ad medietatem decoque,& diligenter cola,& cum opus fuerit mane & uesperi phialam unā tepide propina.

CAPVT 79.

APozema ad tumorē & dolorem & calorem hepatis & stomachi & præcordiorum. Recipe Betonicæ, Asari,Eupatorii,polytrichi,Hepaticæ herbæ,foliorum Apii & radicum,ana fasciculos duos.Cinnamomi,Spicæ,Reubarbari uel pontici,xylobalsami,Schœnanthus,anisi,Marathri,Dauci,Basilici seminis, ana semiunciam: aquæ & mellis quod sufficit.Confice sic,Herbas omnes cōtusas die & nocte in aqua infunde,alio autem die ad medietatem decoque & cola,deinde puluerem specierū præter Cinnamomum & Reubarbarum decoctioni adde,ut die ac nocte bene commixta infundantur.Alio autem die exiguum bullire permittas, & diligenter cola.Ad ultimum uero Cinnamomi & Reubarbari subtilissimum puluerem adde,optimeq; commisce, & cum opus fuerit,inde mane & meridie patienti phialam unam offeras.

APOZEMA QVOD CONDVCIT AD Ictericos & calorem præcordiorum.
Cap. 80.

REcipe aquæ phialas.12.Zuchari,mellis rosei Babilonici ana uncias.6.Rosarum optimarū, Violarū ana uncias.4.Diagridii optimi unc.

2.Sandali albi & rubei,Spodii,seminis Peponis,& anguriarum ana unc.1.succi Glycyrhizæ, Tragacanthæ,seminis portulacæ,ana semiunciam, Polytrichi, radicum Troximæ ana fascicul.2.Camphuræ scrup. 4.Confice sic,In aqua rosas,Violas,Polytrichũ,Troximę radices & semina,zacharum,& mel quatriduo infunde,quinto uero die léto igne bullire procures, ad medietatem decoquendo.Deinde puluerem specierum & Diagridii admisce,iterumq; bullire facias. Ad ultimum camphoram in rodostomate solutam adde,& optimo uase recõde,Cumq; opus fuerit patienti,mane plenam phialã da,& ieiunet ad quatuor horas mox insequentes.

ANNOTATIO.

MEL Plinius lib.11.cap.13.& Dioscor.lib.2.c. 74.optimũ esse docent quod ab Hymetto monte Atticæ Hymetium appellatur. Deinde ex Cycladibus insulis & ex Sicilia quod Hybleum à ciuitate Hybla dicunt,& puto tamen Nicolaum hic de Manna locutum esse,quæ est ros supra folia arborum in India feliciq; Arabia & mõte Libano coagulatus.De qua uidetur Dioscor.tractare nihil.Galen.in.3. Aliment. in Græcia raro,in monte aũt Libano quotannis persæpe mãnam pluere scribit,uocariq; id roscidũ mel, aut aereum.Hinc est quod Platearius ca.2.Mannam in India & alicubi in Græcia inueniri tradit. Manardus huc refert antiquorum saccharum lib.2.Epist.2. Zuccharum autem in plantæ pulpa latere in Siciliæ & Canariæ insulis,arundini similis.Hodie etiã apud Calabros colligitur trium generum:unum supra folia omnium perfectissimum,& dicitur Manna de folio,Alterum supra lignum & caudices arborum:tertium in terram cadit,cæteris deterius,ut scribit Ant. Musa.Et est Mãna liquida ut mel.Tereniabin autem

est Manna coagulata, granulosa supra lapides & terram cadens, & affertur ex Oenotria.

APOZEMA AD DOLOREM ET TVMOrem splenis. Cap. 81.

RECipe radicum uiridium capparis frondium asplenii urticarũ, Polypodii, Mercurialis, Tamaricis ana fascic.3. Absinthii, Eupatorii, Buglossæ, Carthami, Apii, Epithymi, Chamędryos, ana fascicul.2. Xylocinnami, Myrobalani citrini, Chebuli, Agarici, Anisi, seminis fœniculi, ana unc.1. Galangæ, Zingiberis, Zedoariæ, Melanopiperis, ana semiunciã, Aquæ & mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes contritas & semina in aqua die & nocte infunde, Alio uero die lenes ad prunas, ad medietatem decoque & diligẽter cola, abiectisq; herbis, mel & subtilissimum puluerem terendorum decoctioni adiunge, iterumq; modicum bullito, & ab igne depositum in uase reconde, cumq; opus fuerit diebus nouem continuis mane phialam unam propina, & ieiunet ad tres horas.

Alypias est Chamelæa, quam uulgus Mezeriõ uocant. De cuius admirãda uirtute nõ nulla habentur apud Alexand. Trallianum li.1. ca.21. paragrapho.11.

APOZEMA QVOD CONFERT HYdropicis, Hyposarcicis, & Asciticis. Caput. 82.

RECipe Scillæ interioris, alypiados, radicis Esulæ * Magatis corticis medianę, radicum tenerrimarum Tithymali, ana fascic.2.uel.3. polypodii, Iridis, Chamædryos, Mercurialis, Vrticæ foliorũ, ana facisc.2. Zingiberis, Melanopiperis, Anisi, petroselini, Marathri seminis ana unc.1. Cinnamomi, Galangæ, Spicæ, Xylobalsami, Asari, ana semiunciã, aquę partes duas, uini Aminei.1. mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes & semina cõtrita in aqua & uino diebus tribus infunde, quarto die ad tertiam

** Magatis corrupte scriptũ arbitror pro megalis, ut intelligat esulam maiorem.*

decoque & cola, Deinde puluerem specierum addito melle modico, decoctioni adiunge, exiguũq; bullire curabis, & optimo uase recõde, cumq; opus fuerit mane patienti diebus nouẽ alternatis diebus phialam una propina, ieiunet ad.3.horas.

APOZEMA ad ilii dolorem. Cap. 83.

Recipe aquæ phialas.9.polypodii, alypiados, Asari, Mercurialis, Betonicæ, Saxifragæ, ana fasci.1.Diagridii, Euphorbii, Schœnanthus, Cyperi, grana solis, petroselini Macedonici, seminis urticæ ana unciam & semis: mellis q.s. sufficit. Confice sic. Herbas omnes in aqua ad lenes prunas ad tertiam decoque & cola, abiectisq; herbis, mel & puluerem specierum admisce, & iterum bullire patiare modicum, & inde patienti phialam.1.tepidam mane propina, & ieiunet ad tres horas.

APOZEMA utile pleuriticis. Cap. 84.

Recipe aquæ Phialas.10.Hyssopi fasci.4.Pegani, Thymi ana fasci.1.asari, Iridis, Glycyrhizæ, ana semiunciã: mellis quod sufficit. Confice sic, In aqua omnes herbas die & nocte infunde, altero uero die lento igne ad medietatem decoque, & cola deinde mel & puluerem terendorũ admisce, iterumq; pauxillum bullito, & inde quotiescunque patiens uoluerit bibat.

APOZEMA QVOD PROFICIT NEphriticis & calculosis. Cap. 85.

Recipe Betonicæ, saxifragæ, Phu, Meu, Sisymbrii ana fascic.3.Basilici, Senationis, apii, frondiũ Vrticæ, Petroselini Macedonici ana fasci.2.hederæ terrestris baccarũ, granorum solis, seminis citri, cucurbitæ, citruli, Melonis ana drach.1.cinna-

momi, anthophylli, Nardi, Schœnanthus, Xylobalsalmi, Melanopiperis ana semiunciam: aquæ, uini, & mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas omnes, Baccas hederę, grana solis, Citri, Cucurbitę, Cituli, melonis seminis semoti cōtriti, & in aquæ partibus duabus & uini una pridie infusi, lento igne ad medietatē decoque & cola. Abiectisq; herbis decoctioni mel adde: ad ultimum uero myristicarum puluerem per cribratū infunde, modicumq; bulli, & cum opus fuerit in balneo patienti calicem plenum diebus septem continuis ieiuno porrige.

ANNOTATIO.

CVCVMERES citrinos, Itali suos cucumeres Citrulos uocant, quasi citrinos dicere uellent à colore quem habent quum maturuerint. Et sunt Plin. lib. 19. cap. 5. teste, qui in uarias formas à Columella cōponuntur: aquam amant, & refugiunt oleum, & si in cannam flos ponatur, fiunt longissimi. Ant. Musa.

CAPVT 86.

APozema qđ salutare est ad Stranguriā, & dysurian, id est difficultatē urinę. Recipe Ciceris albi drach. 2. herbæ capillaris, radicum graminis, Asparagi, Libystici, Petroselini, Alexandri, apii & pastinacæ, ana fascic. 1. Anisi, Dauci, Citruli, Melonis seminis, Neræ ana semiunciam. Olei muscelini, Nardini, Sambucini, uel opobalsami, ana drachm. 2. Aquæ profluentis & mellis quod sufficit. Cōfice sic, Herbas omnes in aqua biduo infusas, lento igne ad tertiam decoque & diligenter cola, abiectisq; herbis decoctioni semina bene cocta die & nocte infunde. Sequēti uero die manibus fricando cōmisce, oleisq; superfusis subtilissimo linteolo cola, cūq; opus fuerit, calicem plenum patienti diebus tribus continuis propina, insidenti & se calefacienti in aqua decoctionis misci, graminis, maluę hortēsis, lini seminis & fœ-

Nere iuxta Isaacum & Syluaticum est Cerasus syluestris cuius cortice adulteratur casia.

Fortassis legendum musci, quam recētiores Vsneā & Dios. lib. 1. cap. 2. Bryō appellant.

nigræci, addito modico oleo, & caueat ne admittat frigus.

CAPVT 87.

APozema ad menses ciendos, & secundas expellendas. Recipe Periclymeni, Helenii, Calaminthæ, pegani ana fasc. 3. Artemisiæ, Brathei, Glechonis, brancæ Vrsinæ ana fascic. 2. Cinnamomi, Spicæ, zingiberis, Nitri, Melanopiperis, ana unc. 1. aquæ & mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas omnes contritas in aqua lento igne ad tertiã bulli & cola, deinde mel & puluerem specierum adde, & super encathisma decoctionis Calaminthes, Brancæ Vrsinæ, & Maluæ cum opus fuerit calicem plenum propina ieiunis, diebus quinq; continuis.

Glechona maluit dicere more patrum nostrorum qui nunquã nõ Græca rebus medicis miscuerunt, quã pulegiũ, quod Græci uocãt Glechona uide Diosc. li. 3. cap. 1.

ANNOTATIO.

ENCATHISMA appellant medici insessionem à uerbo καθίζω hoc est sedeo. In hoc sedetur umbilico tenus facto decocto herbarum radicum & aliorum Huius usus ualet in affectibus renum, uesicæ, intestinorum, sedis, & uteri.

Brancam apud Diosco. lib. 3. ca. 18. Acanthũ appellatum cõtendunt eruditi.

CAPVT 88.

APOZEMA quod confert ad sitim & siccitatem in magnis febribus. Recipe Glycyrhizæ & succi eius, ana drach. 20. seminum Cucurbitæ, Citruli, Melonis, ana drach. 15. Tamarindorum medullæ, Casiæ fistulę ana drach. 10. Tragacanthæ, Amyli ana drach. 5. Aquæ & syrupi Rosacei qđ sufficit. Confice sic, Semina omnia diu trita & Glycyrhizam in aqua in qua siliqua Ægyptia & Tamarindi liquētur pridie infusa ad medietatem decoque & diligenter cola, Deinde Glycyrhizæ succum, Tragacanthum, Amylum in puluerem redacta cum syrupo decoctioni adde, & iterum lento igne modicum bulli, & uase optimo cõde, cumq; opus fuerit omnibus horis ægroti eo utantur.

ACOPVM DECAMERON, ID EST EX decem partibus conflatum. Cap. 89.

MIrabile ad dolorem & frigiditatē capitis, pectoris & stomachi, appetitū incitat, digestionem procurat, Vomitū depellit, morbis Lūborum & Vesicæ peculiariter subuenit. Venereos actus proritat, affectus matricum componit, partū accelerat, & secūdas educit. Typica frigora crurum pedumq; emendat. Recipe Balsami, olei Nardini ana drach. 12. Nucis Myristicæ, Ceræ, ana unc. 2. Spicæ, Mastiches, ana unc. 1. Alii addūt Styracis, & euphorbii ana unc. 3. Confice sic. Oleum, ceram, Terebinthinam simul solutam omni cum diligentia cola, deinde puluerem terendorum subtilissime tricoscinatum pedetentim insperge, & exagitádo sine intermissione cōmisce, & cum coagulatum fuerit, uase argēteo siue crystallino cōde, cumq; opus fuerit ad suprascripta utere. Est namq; præciosissimum, ocyus odoris suauitas cōfortat, calorem reparat, & delicata uiscositas cadentem naturam releuat.

Acopa sunt discutiendis lassitudinibus dicata medicamenta, reficiunt enim tedia earum. Quæ Gale. lib. 6. Salubriū appellat euaporantia.

ANNOTATIO.

AETIVS lib. 12. adscribit Decamœron hoc Oribasio, & componit ex Spicæ nardi, folii, Euphorbii, Piperis, Costi, Adarces, singulorum uncia una, Mastiches sesquūcia, Opobalsami quadrante, Ceræ sexcunce, Vnguenti Nardini libra una.

Adarce quæ & adarcos & limnesis dicitur ut est apud Gal. li. 6. salubrium. Et est ueluti gelata salsugo in palustribus locis proueniens, tota specie molli & inani Halcyonio est ꝗ ueluti palustre Halcyoniū. Dio sco. lib. 5. ca. 61.

ACOPVM Dià Opubalsamu. Cap. 90.

OPtimum ad omnes frigiditates & dolores totius corporis, casum Stomachi cōponit, renum & uesicæ uitia excludit, & Typica frigora ante horam accessionis ad ignē inunctū emendat.

Recipe opobalſami, olei nardini, Amaracini, uel malabathrini ana unc.24. ceræ, Spicæ, Nardi celticæ, ana unc.12. olei Irini, folii, amborum unc.6. Amomi, Piperis ana unc.4. Hyſſopi Hygri, medullæ ceruinæ, ana unc.3. Euphorbii, Terebinthinæ, ana unc.2. Styracis optimi, Myrrhæ electæ, ana unc.1. Confice ſic, In Amaracino & Irino oleo Hyſſopũ, per tres dies infunde, quarto uero die ſimul cum Terebinthina & cera lenes ad prunas bulli, ſpatha non deficiente, cumq; omnino bene commixta fuerint, omni cũ diligentia cola, & ſic puluerem terendorũ oleumq; nardinum deſuper affunde, & exagitando optime commiſce, ad ultimum uero decoctioni balſamum infunde, & cum commixtum fuerit & tepefactum, optimo uaſe conde, cumq; opus fuerit ad ſupra deſignata utere.

Hyſſopum Hygron id eſt humidã Hyſſopũ appellat, more quorundam recẽtiorum. ſordidã ouiũ lanam, quam eruditi œſypum uocant. Vide Dioſc. de lanis lib. 2. cap. 66.

ACOPVM VIRIDE. Cap. 91.

Qvod præſtat Paralyticis, arteticis, hydropicis, Nephriticis, Iſchiadicis, & podagricis, & ad omnia quæ ex frigore corpori damnum adferunt. Recipe olei Muſcelini, populini, Sicyonii, Scillitici, amaracini, Glechonis, Tenerrimarum frondium Danidis, Minoris calamenthæ ana unc.12. Eliſphaci, Libanotidos floris, Sabinæ herbæ Paralyſis, Euphorbii, aphronitri, ſalis Gemmæ, Melanopiperis, Sinapis ana unc.8. Styracis, Maſtiches, galbani, guttæ Amoniacæ, Medullæ Ceruinæ, Coſti, zingiberis, pyrethri, adarces ana unc.6. Baſilici, Balſamitæ, Myrthe, Libyſtici, foliorũ Millefolii, adipis Phocæ, ſeui urſini, ſeui ceruini & lupini ana unc.4. olei Hiſpani & Ceræ Aphræ quantum ſufficit. Confice ſic, Herbas omnes, ſpecies, & ſemina cõtrita diebus ſeptem in ſufficienti oleo infunde, octauo uero die lento igni ſufficienter decoque & cola, gummi omnia cum Si-

Oleum muſcelinum dicitur, ut Iac. Manlius ſcribit, quia moſchum recipiat, cuius cõfecturam require in Lum. magno.

Fortaſſis legendũ Myrti.

cyonio

cyonio & Scillitico oleo solue & coctioni adde, sic adipes & Axungias solutas & colatas super affunde. Postremo uero in Nardino & Populino oleo cerã liquefactam funde, & indeficienti spatula omnia com misce bene, cumq; tepefactũ fuerit, uase optimo con de, & usui reserua.

ANNOTATIO.

Daphnini olei legendum esse puto pro Danidis, Sic autem appellatur oleum laurinum. Vide Diosc. lib.1.cap.39.

ACOPVM Dià Castorii. Cap. 92.

PRoficiens Paralyticis, Contractis, & ad diutur nos membrorum dolores. Recipe olei uete- ris, ceræ ana unc.9. olei Styracini, medullæ cer uinæ ana unc.4. Hyssopi, Ceroti Terebinthinæ ana unc.3. Ammoniaci, Galbani, Opoponacis, Castorei, adarces, aphronitri, Euphorbii, Leucopipis ana unc. 2. Confice sic. Hyssopum, ceruinam medullã, & gum mi cum oleo & cera lento igne solue & cola, deinde puluerem terendorum subtilissime tricoscinatũ de- coctioni adde, Ad ultimum uero, Irinum, populinũ, Styracinum superfunde & modicum bulli, & condi- tum usui reserua.

ANNOTATIO.

ACOPVM ex abietino semine non erat hic præ tereundum, Eo quod aptissimum est ad omnem las- situdinem, seu sponte ortam, seu alia quauis ratione contractam. Vti nanq; eodem expedit his, qui in car ne & tota corporis mole succos cõgesserunt, qui aut concoqui desiderent aut per halitum digeri. Com- positionem Vide lib.4. Salubrium circa finem.

ACOPVM Chloron, id est uiride. Cap. 93.

QVod ꝓdest Cephalalgicis, & hemicranicis, ad pectoris indispositionem, & ad frigidita-

tem uentriculi & omnibus articulorum doloribus proficit. Recipe olei cyprini, Gleucini, ana unc. 72. olei Irini, populini, Schœnini, Terebinthinæ, ammoniaci Thymiamatis, ceræ, ana unc. 12. Hyssopi, Chlori Brathei, Sansuci, Aphronitri, æruginis, ana unc. 6. Smyrnes, Galbani, opoponacis, ana unc. 6. uel. 4. Euphorbii, Adarces ana unc. 2. aceti quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes in aceto triduo infũde. Quarto die lento igne penè ad consumptionem aceti decoque. Deinde oleum Cyprinum, Gleucinũ desuper infunde, & tãdiu bulli, donec acetum consumatur, & diligẽter cola. Post hęc Gũmi omnia in oleo Irino, Schœnino, populino, soluta & colata adde, & sic ceram. Ad ultimum autem cum tepefieri incipit, puluerem terendorum subtilissime tricoscinatum adiũge, & indeficienti spatula agita donec omnia bene commisceantur, cumq; optime commixtum fuerit, optimo uase conditum usui reserua.

Pro populino Actuarius habet oleum laurinum.

Chlorõ Bratheũ Actuarius non habet sed eius loco legit Thuris i põdere hyssopi & æruginis.

ANNOTATIO.

ACTVARIVS in lib. de composit. medica. describit inter Acopa hoc ipsum Chloracopon. Gleucinum autem oleum Aetius lib. 12. cap. 44. absoluit traditq; ex. 38. ferè rebus constare eius confecturam. Porrò ipsum dolores & lassitudines neruorũ quàm maxime sedat. Habet enim uim calefactoriã relaxantem, facit ad affectiones uuluæ & ad omnem neruorum per consensum affectionem, ad rigores per circuitũ repetentes quotidianæ & quartanæ febris. Omni enim acopo præstantius est.

Testatur insuper & Gale. lib. 3. Salubriũ Gleucinum oleũ esse acopum & relaxans.

ACOPVM Dià cissu. Cap. 94.

QVod utile est ad dolorem scapularũ, coxarum, genuum ex frigido proueniẽtem. Recipe Ceræ unc. 36. Olei nardini unc. 27. Gũmi hederæ, adarces ana unc. 3. Euphorbii, Styracis ana

unc.2.folii,nardi,Amomi ana unc.1.Confice sic, In oleo Styracem solue & cola,deinde ceram immisce, ad ultimum uero puluerem terendorum decoctioni adiūge & certatim agita,donec eadem miscella fiat, & cum tepefactum fuerit, uase optimo reconde,& usui reserua.

ACOPVM Dià Halosanthus. Cap. 95.

CONueniens conuulsis ex repletione, stupida membra ad sensibilitatē reuocat,proficit Hydropicis,Spleniticis,arthriticis,Ischiadicis & podagricis summum remedium est.Recipe olei populini unc.24.olei Irini,cerę,ana unc.12.olei Gleucini,laurini,Terebinthini,ana unc.6.halosanthus, idest floris salis,Euphorbii ana unc.4.Axūgię salitæ,Mānus,Opoponacis,nitri, propolidos,castorei,coccognidii,Costi,Tibapyri,Melanopiperis ana unc.1.Cōfice sic.Axungiam solutam oleo populino cōmisce, deinde Opoponacem & Terebinthinam in laurino, Irino,& Gleucino oleo soluta & bene colata prescripto oleo adiūge,sic Halosanthus,& ad mitiores carbones bulli modicum,post ceram immitte,& cum liquefactum fuerit sic puluerem terendorum adiunge, denique commisce,cumq; refrigidatum fuerit recon de,& usui reserua.

Pro tipapyro legēdum est thiu apyru,idest sulfuris ignem non experti.

ANNOTATIO.

PRO mannus autem puto reponendā esse mannam.Siquidem māna uti in acopis receptum fuit priscis,ut patet in Anthi uiridi acopo apud Aetium lib. 12.cap.44.Noluimus tamē immutate probe expressis literis exaratam lectionem.

ACOPVM Ischiadicon. Cap. 96.

QVo Troilus Archita utebatur contra omnes dolores & frigidas pasſiōes totius corporis. Recipe Cucumeris agrestis poma.30.Cerę,

Sulfuris uiui, Terebinthinæ, Diptami ana unc. 6. Euphorbii, Thapsiæ ana unc. 2. Pyrethri, Staphysagriæ, Nitri, Caroi, ana unc. 1. olei ueteris sextarium. 1. Confice, sic, Poma in oleo sufficienti coque & abiectis pomis cerá adde, deinde Terebinthinam, ad ultimum terendorum puluerem adiunge, & cum mixtum fuerit conde, & usui reserua.

ACOPVM Dià Daphnidon. Cap. 97.

Daphnides Græci baccas laurinas appellant.

VTile ad lumbos debiles infrigidatos & ad frigiditatem Vesicæ, & Veretri, & ad eos q congredi cum muliere non possunt, siue ex debilitate ætatis, seu ex paralysi, renum, Coli, & uesicæ, reuocat enim stupida membra ad sensum, renibus, Pectini, inguinibusq; iuxta ignem inunctũ. Recipe olei ueteris unc. 20. Ceræ unc. 6. olei Laurini, Peganini, Pulegini, Sulfuris uiui, salis, fimi columbini sicci, baccarum Lauri, seminis Erucæ, Melanopiperis, seminis Nasturtii ana unc. 3. Euphorbii, Nitri, Terebinthinæ, ana unc. 1. Confice sic, In oleo ueteri ceram, & Terebinthinam solue, & cum cōdensari incipit puluerem terendorum adiunge, & diu exagitãdo admisce. Deinde oleum Laurinum, Puleginum, & peganinũ tepidum supermitte, cumq; bene commixtum fuerit cōde & usui reserua.

ACOPVM Pentameron. Cap. 98.

QVod facit ad frigidum dolorem, uentositatẽ stomachi, hepatis & interaneorum omnium, dolorem Ilii placat, renes debilitatos & Vesicam corroborat. Recipe olei Nardini unc. 12. Balsami, ceræ ana unc. 4. Mastiches unc. 3. Styracis Calamitæ unc. 2. Confice sic, in oleo Nardino, ceram lento igne solue, deinde puluerem Mastiches immitte, donec liquefiat bulli, ad ultimum uero Styracem in

balſamo ſolutum decoctioni adde,& bene commi-xtum in optimo uaſe conditum uſui reſerua.

ANNOTATIO.

AETIVS lib.12.cap.44. Pentamœron hoc eſt quinquemembre illud unguentum ſimiliter Nicolao deſcribit iuxta tranſlationem Cornarii,dicens.Reci-pe Styracis unc.1.Maſtiches ſextantē,ceræ albæ quadrantem,opobalſami trientem,unguenti nardini qn-cuncem.Ceram cum nardino ſuper prunas liquefacito,ſtyracem uero cū opobalſamo terito,& ad ceratum unà cum maſtiche iniicito, liquefactaq; percolato,ac in mortario diligenter terito donec quamalbiſsima fiant.Vtitor.

BLANCA maior. Cap. 99.

VTilis Cephalalgicis,& oculorum doloribus & ſanguinolentis tumoribus & lippis,optime facit contra omnia quæ offendunt imaginationem rationem & memoriā.Paralyticis, hydropicis,& Spleniticis,trementibus,& Epilepticis ſingulariter medetur.Recipe opoponacis,Terebinthinæ, Galbani,Aſæ,Sagapeni,Caſtorei, Antimonii, Sulfuris,Bdelii, Aſpalathi, Ammoniaci, Styracis liquidi, carnis Leonis,Diagridii,Euphorbii,Agarici, Coloquintidæ interioris,Ellebori nigri, polypodii, Thapſiæ,Pyrethri,Schœnanthus,peucedani,Aſari,Cyperi,pæoniæ,Betonicæ,Chamædryos, polii,Amomi, Libyſtici,ſeminis rutę,ſanguinis draconis ana drach. 9.& ſcrup.1.Cinnamomi, Caryophyllorum, Macis, Cardamomi,Aniſi,Marathri, Balſami ana drach.1. & ſemis,ambræ ſcrup.2.mellis quod ſufficit. Dentur de ea drach.3.uel.4.febrientibus cum tepida, nō febrientibus cum uino.

Blancam interpretatur Platearius cōmentator quaſi albam ſignificet, quoniā purget albos humores.Vocabulum barbarū & Italicum.

BLANCA media. Cap. 100.

VSualis quam alii Fetidam uocāt,optima Epilepticis ſi detur cum recenti ſanguine ſtatim

occisi leporis, Melancholicis cũ anacardi decoctione, Maniacis, & paralyticis cũ uino in quo Elelisphacus, & Castoreum infusum fuerit. Quartanariis, Dendrolibani & pegani apozemate. proficit Hydropicis Spleniticis & nephriticis. Recipe terebinthinę, Opoponacis, Galbani, Asæ, Serapini, Ammoniaci, Aspalathi, Antimonii, Castorei, Sulfuris, Styracis liquidi, Aloes, Diagridii, Agarici, Coloquintidæ, Bratheos, Scordii, dentis equini ana drac. 9. Alii addunt sanguinis draconis, Anacardi, Libystici, Petroselini, Balsami ana drach. 9. & scrup. 1. mellis quod sufficit. Detur de ea in modum nucis mane, aut uesperi cum decoctionibus suprascriptis.

Dendrolibanum uel potius dẽdrolibanotidaros marinum uocarunt nonnulli, de qua uide Diosc. lib. 3. c. 79. Ba. 85. & Simonẽ Geuuensem.

ANNOTATIO.

SCORDION nascitur in locis montanis folia chamędryi similia habens, maiora tamen, allii odorẽ referẽtia, subamara, uirgulas quadratas à quibus flos subrubens dependet. Huius tanta uis est, ut quæcũq; occisorum corpora in pręlio supra illud ciciderant manserint incorrupta, uide Manardum lib. 5. Epist. 3. & lib. 6. Episto. 3.

DENS equinus uel caballinus est tussilago, idest hyoscyamus authore Syluatico, & Genuates ab Arabibus appellari Bengi quoque insinuat. Alibi tamen esse Sulfuracam tradit, plantam uidelicet quæ pone flumina nascatur.

BLANCA minor. Cap. 101.

QVæ bene facit Paralyticis, Cardiacis, Nephriticis, & podagricis subuenit. Recipe hieræ Picræ drach. 10. Pegani drach. 6. Opoponacis, Ammoniaci, Aloes, Coccognidii ana drach. 5. zingiberis, Costi, Pyrethri, Macropiperis baccarum ana drach. 3. Euphorbii drach. 2. Galãgæ, salis Gemmę, seminis apii ana drach. 1. mellis quod sufficit. Dentur

de ea drach.3.mane.

BARBATI Antidotum. Cap. 102.

QVod confert Cephalalgicis, Maniacis, Hepaticis, Spleniticis, Hydropicis, Nephriticis, podagricis, Ischiadicis auxiliatur. Recipe Euphorbii, Aloes, Nitri, Aristolochiæ, Polypodii ana drach.18.& scru.2. Zingiberis, Myrrhæ, Mastiches, Acori, Melanopiperis, Cimini, Petroselini, Hyoscyami ana drach.9.& scrup.1.mellis quod sufficit. Dentur ex eo drach.3.febrientibus cum tepida, nõ febriẽtibus cum uino.

BASILICON Anteri. Cap. 103.

QVod optime purgat capitis imaginationem, rationem & memoriam restaurat, & omnia q̃ intra uẽtriculos capitis nocẽt exterminat: Phthisicis, Cardiacis, Hepaticis mirabiliter subuenit: Iecinoris, Iliorum, & matricis uentositatem sine molestia expellit & omnia qete agit. Recipe Diagridii, zaccari ana drach.20. Cinnamomi, Caryophyllorũ, Galangæ, Spicæ, zingiberis, Costi, Croci, Schœnanthus, Xylobalsami, Turbith, Agarici, Senæ, corticis Myrobalani citrinę, Tragacanthæ, masticches, Iridos, rosarum, Melanopiperis, Carui, Anisi, fœniculi, ana drach.2.mellis phialas.2.lactis Tithymali.1. Conficitur sic. Lac cũ melle lento igne coquatur donec rubescere incipiat, & ab igne amoto iam tepefacto eo puluere terendorum temperetur, & exinde drach.3. mane uel uesperi cum tepida seu cum uino dentur, & si uolueris inde catapotia facere cũ lacte Tithymali informa, quorum nouem deglutienda exhibebis.

BEN Pontica. Cap. 104.

BEnedictam hanc uocant fragmenta impressa, quæ optime purgat Peripleumoniacos, stomachicos, hepaticos: ad dolorem & plenitu-

dinem renum saluberrima est .proficit etiam podagricis & arteticis. Recipe Turbith, Zaccari drac.20. Diagridii drach.10.rosæ, Hermodactyli, Caryophyllorum, Spicæ, zingiberis, croci, Saxifragæ, Macropiperis, Amomi, seminis selini, salis gemmæ ana drac. 2. Alii addunt Galangæ, Macis, Carui, seminis fœniculi, seminis asparagi, seminis Brusci, grana solis ana drachm.2. Dentur ex ea drachm.4. mane uel uesperi cum calida.

Selinon latine apiū uocant. Grana Solis idest mily Solis uocati.

ANNOTATIO.

BENEDICTAM ponticam scribendum autumo, quādoquidem, ut habet codex impressus, Benedicta meretur appellari, expensis diligēter operationibus ad quas usurpatur præstandis. Habet tamen liber impressus par pondus esulæ cum Turbith, cardamomi cum amomo, & petroselinon pro Selino.

BESTIANVM antidotum. Cap. 105.

Meminit Aetius lib.10. cap.6.

QVod cohibet subuersionem stomachi, Hepaticos, Spleniticos, & hydropicos purgat, calculos in renibus & uesica mirabiliter cōfringit & expellit, strangurian & dysurian aperit & dissoluit. Recipe Euphorbii, Saxifragæ, ana drachm.18. & scrup.2. Cinnamomi, Spicæ, Folii, Costi, zingiberis, Schœnanthus, pyrethri, Casliæ fistulæ, Asari, Acori, Meu, cyperi, Helenii, Capparidis corticis, pegani, hyssopi, Glechonis, Melanopiperis, Leucopipis, & Macropiperis, carpobalsami, seminis citri, apii, anethi, libystici, petroselini, Alexandri, marathri, cimini, Dauci, Baccarum lauri Hederæ & Iuniperi, sanguinis hirci, secundum disciplinam dynamidiorum compositi balsami ana drach.9. & scrup.1. mellis quod sufficit. Dentur mane uel uesperi cum decoctione seminis Citri, & Apii Macedonici, Citroli & melonis apozemate.

ANNOTATIO.

BIS sanguinem hirci in lithiasi docet exhibere. In hoc enim instituto efficacissimum remedium existit. Sumitur autẽ in Augusto sanguis hirci annorum quatuor ad ollam rite lotã, dimittitur donec coaguletur, deinde sectus in frusta & linteis suspensus sub dio donec queat puluerizari, & scrupulus unus in uino bono efferuefacto, uel in aqua apii porrigitur iuxta Auicénam, Serapioné, & alios. Rasius idem pollicetur de sanguine cerui.

BESTIANVM antidotum alterum. Cap. 106.

QVod facit Hepaticis, Nephriticis, Calculosis & ad uesicæ uitia optimũ est. Recipe Spicæ drach. 10. Myrrhæ, Cimini ana drach. 8. Cinnamomi, Schœnãthus, Casiæ fistulæ, Helenii, rosarum, ana drach. 4. Hyssopi, Carpobalsami, Petroseliní, Alexandri ana drach. 2. uel. 3. Croci, Costi, Saxifragæ, seminis anethi, ana drac. 2. Folii, Acori, Asari, Meu, Leucopiperis, Dauci, Balsami, ana drac. 1. & semis: mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum Posca aut cum aceto Scillitico.

BORGOTON antidotum. Cap. 107.

HOc conducit ad Rheuma capitis & ad omnia quę articulis incõmodant ex Rheumate, orthopnoicis, Tussientibus sine mora succurrit. Recipe Scillæ drach. 54. & scrup. 2. Orobi pollinis drach. 27. & scrupul. 2. Lilii syluatici drach. 18. & scrup. 2. opoponacis drach. 9. & scrup. 1. Ammoniaci drach. 3. & semis. Acori drach. 1. mellis quod sufficit. Dosis eiusdrach. 3. cum uino seu tepida.

BARBARION antidotum. Cap. 108.

HOc conpetit ad omnem imbecillitatẽ & emphraxinstomachi hepatis & Splenis, Renes

& uesicam, si ex frigidis mẽbris suprascriptis distemperantia superuenerit, calefaciendo confortat & aperit. Si uero ex sanguine & cholerico incendio contigerit, diuretica uirtute aperit & purgat, maxime ea quæ in sima hepatis contingunt. Recipe Reubarbari drach. 44. & scrup. 2. Cinnamomi, Caryophyllorũ, nucis Muscatæ, Folii, Spicæ, Galangæ, Croci, Costi, zingiberis, Xylobalsami, Schœnanthus, Laccæ, Mastiches, Myrrhæ, Asari, Aristolochiæ longæ, Phu, Iridis, Gẽtianæ, Absinthii, Carpobalsami, Cardamomi, Amomi, Macropiperis, Anisi, Marathri, Petroselini ana drach. 2. mellis quod sufficit. Dẽtur ex eo drach. 3. mane & uesperi febrientibus cũ tepida non febrientibus cum uino.

ANNOTATIO.

IRIDEM duplicem distinguunt recentiores: lilium cœleste uocant alterum, cuius magna copia in uiridariis uulgo reperitur: alteram Illyricam odoratam habemus peregrinam nempe apud nos inodoram tantum reperibilem, id est ferè inutilem, yreos dicitur à nostris inepte. Pandectarius de hac scribit dicens: Alia species est lilii agrestis quæ dicitur yreos herba folia habens, idest uirgas similia Iridis, florem croceum uel album saporis amari parum, semẽ molle, & radicem odoram digitalis spissitudinis: prouenitq; sub arboribus & locis umbrosis.

BOTANICON. Cap. 109.

HOc prodest Melancholicis & his qui expauescunt: Hypochondriacis & spleniticis ꝓdest, & contra omnia uitia quæ ex Melancholia proueniunt, optimũ est. Recipe Aquæphialas. 6. Iuiubarum, Damascenorum siccorum ana drach. 10. radicum Scariolæ & fœniculi ana drach. 6. Myrobalani Citrini drach. 5. Tamarindorum, Passularum ana

drach.4.& ſemis.uiolarum drach.7.Maluæ, medul-
læ Caſsiæ fiſtulæ,Epithymi ana drach.ſemis : Roſa-
rum,Abſinthii,ſeminis Citruli,Melonis,Cucumeris,
ana drach.2.Fumi terræ,Myrobalani Chebuli,Indi,
Aniſi,fœniculi,Schœnanthus ana drach.1.Reubar-
bari ſcrup.2.Maſtiches ſcrup.1.Adianti, Borraginis
ana manipul.1.Zacchari quod ſufficit.Confice ſic.
Radices Scariolæ,Fœniculi,Violas,Roſas,Epithy-
mum,Abſinthium,coque in aqua lento igne ad ter-
tiam,& cola:& abiectis herbis,decoctioni Adiantũ,
Borraginem,Iuiubas,Damaſcena,Paſſas,ſemen Ci-
truli,Melonis, Cucumeris,fumum terræ adhibe,&
iterum ad medietatem bulli & accuratius per linteo-
lum cola,& ſic puluerem Myrobalani Citrini, Che-
buli,Indi,Aniſi,Fœniculi,Schœnanthus, Reubarba
ri,Maſtichesin ſucco toto die ac nocte infunde.Alio
uero die diligenter cola,& Tamarindos, Mannam,
Caſsiam fiſtularem in eodem ſucco manibus frican-
do ſolue,& cola.Deinde Zaccharum quantum ſuffi-
cit adde,& inde phialam unã & ſemis aut quod ſuf-
ficit mane patienti propina tepidam & ieiunet ad ſex
horas.

BVPHAGON Antidotum. Cap. 110.

HOc utile eſt ad omnes Rheumaticas paſsio-
nes: Aſthmaticis,& ſuſpirioſis prodeſt:Tuſ-
ſim antiquam & recentem potenter emẽdat.
Peripneumoniacis,Phthiſicis,Pleuriticis & uniuer-
ſis Empyis peculiariter medetur.Recipe Butyri re-
centis nouies abluti,Caricarum pinguium,paſſula-
rum ana drach.36.carnium Dactylorum, Nucleorũ
pini,amygdalarũ amararũ ana drac.20.ſucci Glycyrhi
zæ,tragacãthæ,Hyſſopi ana drac.15.Iridos,Thymi,
ſatureiæ ana drach.12.Praſſii,Glechonis,pegani ana
drac.10.cinnamomi,zingiberis,pyrethri ana drac.9.

Caryophyllorũ, Galangæ, Melanopiperis ana drac. 3. ligni Aloes, nucis Myristicæ, Spicę, ana drach. 1. & semis. mellis & aquæ quod sufficit. Confice sic, In uase æneo stagnato, aquę libras. 4. Cariculas passulas & dactylos ante in mortario bene tritos diebus tribus infunde, & circa diem quartũ, lento igne ad medietatem decoque, & per sacculũ uiolenter exprime, deinde butyrũ in ipso tepido succo puris manibus fricando solue & additis mellis lib. 6. iterum lenes ad prunas ad mellis spissitudinem bulli, & uice secũdaria, deinde amygdalas pineasq; in modum electuarii tritas decoctioni adde, & in mortario sine intermissione terendo commisce, ad ultimum uero terendorum subtilissimum puluerem superinsperge & diutius admiscendo confice. Cumq; bene confectũ fuerit congruo uase conde & usui reserua, & cum opus fuerit, mane & uesperi cochleare unum cũ mulsa decoctionis Hyssopi propina.

BVPHAGON. Cap. 111.

HOc prodest ad affectus pectoris & pulmonis: Asthmaticis, & suspiriosis medetur. Recipe butyri abluti drach. 18. & scrup. 2. Cinnamomi, Galangæ, Zedoariæ, zingiberis, Glycyrhizæ, Libystici, ana drach. 9. & scrupul. 1. Anisi, Hyssopi, ana drach. 4. & scrup. 2. Caryophyllorũ, Spicæ, ana drac. 2. Detur mane uel uesperi cum uino tepido.

BECHICON Asclepiadeum. Cap. 112.

EXpertum ad tussem ueterem & nouã aridam & siccã. Recipe Myrrhæ, Pegani, Iridos. Thymi, Hyssopi, Melanopiperis, Apii ana drac. 10. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ mane uel uesperi cum uino tepido.

BECHICON. Cap. 113.

Hoc est ad tussim siccã

QVod optime cõducit ad Xerobechen, arterias exasperatas lenit, siccis Phthisicis & Peripneumoniacis medetur. Recipe amygdalarum purgatarum, Amyli ana drach. 18. & scrup. 2. Tragacanthæ albæ, succi Glycyrhizæ, & radicis, fabæ pollinis, seminis cõmidionis, seminis bombacis, portulacæ, Cucurbitæ, peponis, Angurii ana drach. 4. & scrup. 2. seminis Lini scrup. 3. Syrupi rosacei, qđ sufficit. Datur in modũ nucis Myristicę mane uel meridie cum frigida.

BECHICON. Cap. 114.

QVod confert ad tusses & affectus pectoris & pulmonis, ad Stomachi dolorem hepatis & splenis utilissimum est, Nephriticis & Arteticis auxiliatur, & urinam prouocat. Recipe Aristolochiæ rotũdæ, Cyperi, Origani, Pulegii, Eupatorii, Chamędryos, Gentianæ, Melanopiperis, Anethi, fœniculi, saluiæ montanæ, Cimini ana drach. 9. & scrup. 1. mellis quod sufficit. Detur in modum nucis maioris mane uel uesperi cum uino calido.

BECHICON. Cap. 115.

APtum ad tussim & pectoris & stomachi & interaneorum dolorem. Recipe carnium dactylorum, Pinearum, Cinnamomi, Spicæ, Costi, Mastiches, Hyssopi, Origani, Thymi, Pulegii, Melanopiperis & baccarum Lauri, ana drachm. 25. mellis quod sufficit. Datur in modũ auellanæ cum tepida.

BECHICON. Cap. 116.

HOc facit ad tussim ueterem & nouam, & uitia pectoris emendat. Recipe Galbani, Opii, Terebinthinæ, ana drach. 6. Styracis drach. 4.

Iridos drach.3.Myrrhæ drach.2.mellis qđ sufficit.

CEPHALICON magnum Galeni. Cap. 117.

HOc prodest ad omnia uitia capitis, Lacrimas stringit, Paralysim oculorum, labiorũ, & linguæ emendat, & debilem Stomachum cõfortat, & Cardiacis, Arthriticis, & Podagricis peculiariter subuenit, Typicisq; frigoribus prodest. Recipe Hermodactylorũ drach.27.& scrup.2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Reubarbari, Spicæ, Folii, Costi, zingiberis, zedoariæ, Xylobalsami, Croci orientalis, Cassię, Pyrethri, Calami Aromatici, Coralli rubei & albi, Melanopiperis, Leucopiperis, & Macropiperis, Cardamomi, Anisi, carpobalsami, succi Glycyrhizæ, ana drach.12.& scrupu.2. Euphorbii, Agarici, Aloes, Colocynthidos, Anacardi, Turbith, Opoponacis, Styracis Calamitę, Galbani, Sagapeni, Asæ, ãmoniaci, Myrrhę, Castorei, Libani, Mastiches, Styracis rubei, Tibapyri, lapidis Lyncis, Bdelii ana drach.12.& scrup.2. Reupontici, Celtici, Mandragoræ corticis, Cyperi, caudę Hipposetæ, Saxifragę, Seselis, granorum Solis, sanguinis draconis ana drach. 11. Balsami, Moschi, Cãphoræ ana drac.9.& scru.1. mellis qđ sufficit. Detur in modũ auellanę cũ tepida.

Legendum thiu apyru, idest sulfuris ignẽ non experti.

ANNOTATIO.

HIPPOSETAM uocat quam Græci Hippurim & latini appellant Equisetum & caudam equinam, de qua affatim cõsiderat Dios.lib.4.c.44.&.45.

CEPHALICON Iustiniani. Cap. 118.

HOc appositum est ad capitis dolorem & tinnitum auriũ ex anathymiasi factũ. Dosis eius drach.3.cum tepida. Nephriticis, calculosis, Colicis, sumptũ in modum castaneæ cum Diagridii scrup.3.mirabiliter prodest. Recipe Cinnamomi, fo

Anathymiasis.i. euaporatio eleuata sursum uersum.

lii, Spicæ, Costi, ligneæ Casiæ, Aristolochiæ longæ & rotundæ, Hyssopi, Pulegii, Helenii, Artemisiæ, pentaphylli, Leucopiperis, Saxifragæ, Orobi, Petroselini, libystici, Olusatri, seminis asparagi, seminis urticę, Iuniperi, Sileris, Apii, fœniculi, seminis rutæ, baccarum lauri ana drach. 8. & scrup. 1. mellis quod sufficit.

CEPHALICON Strephologium. Cap. 119.

HOc accommodatum est ad impedimentũ linguæ, quicquid per guttam Paralyticam à capite descenderit & in ea collectum fuerit tribus potationibus emẽdat, Aufert dolorẽ hepatis & splenis, & Strophos deponit, Arteticis, Nephriticis, Ischiadicis & podagricis peculiariter medetur. Recipe hermodactylorum drac. 54. & scru. 6. Aloes hepaticæ drac. 27. & scru. semis, Diagridii, Ellebori nigri, polypodii, croci, Melanopipis ana drac. 18. & scrup. 2. Scillæ interioris, agarici, myrti, aristolochię, betonicę, castorei, cẽtaureæ, chamędryos, cimini, ana drac. 9. & scru. 1. mellis qđ sufficit. Dẽtur drac. 2. cũ mulsa.

Strophi sũt graues dolores qui in anteriore homine à stomacho usque ad umbilicũ torquent, & tormina latine dicuntur. Cõÿcitur legendum esse scrup. semis pro scru. 6.

CEPHALICON Leucadium. Cap. 120.

OPtimum Epilepticis sensibilibus & insensibilibus, Melancholicis, Maniacis subuenit. Recipe Diagridii, Euphorbii, aloes, Agarici, casiæ fistulę, Colocynthidos, Edelii, Sagapeni, ellebori nigri, Scillæ assæ, cinnamomi, croci orientalis, aristolochiæ rotũdæ, prasii, melanopiperis, dauci cretici, petroselini ana drac. 9. mellis qđ sufficit. Detur in modũ auellanæ, aut secundũ uires ægrotantis cũ calida.

CLIMAX HERMAICVS QVÆ DICItur Dieta, uel Cyriaca. Cap. 121.

QVæ collecta est apud Heliopolim in ara Solis scripta literarum cilicum characteribus,

constat autem ex ſpecieb.60.& ideo climax appella
tus eſt,quod drachmatice ab una drach.ad quinde-
cim aſcendit,ita tamen ut per ſingulos gradus qua-
ternas ſpecies componat in hunc modum penſantes
à prima drach.uſque ad quindecim. Quæ perfecte
facit ad caliginem oculorum,& uulnera oris & fau-
cium,& his qui ex nigra cholera uel uino multo a-
mẽtes ſunt.omnes dolores ſtomachi cum uino de-
coctionis cimini ſemel potatus curat Hęmoptoicis.
phthiſicis cum calida ſubuenit.morbo regio, Spleni
ticis,Nephriticis,& calculoſis ex cauſis frigidis me-
detur.ad pleumatoſin & tormina præcordiorum &
inteſtinorum cum hydromelite exhibitus,extemplo
liberationem præſtat.Iſchiadicis & podagricis cum
aqua aſſumptus auxiliatur.His qui uenena biberint,
uel ab aliquo terreſtri aut marino animali commorſi
fuerint,potatus uel uulneribus ſuperpoſitus cũ om-
ni celeritate ſuccurrit. ex quotidiano, tertiano, ſeu
quartano Typo laborantibus cum Apozemate Pe-
gani,uel calaminthes bibitus opitulatur.& adhuc a-
liud mirabile operatur.quod ſi potatus fuerit, infecti
aeris mali odores,neq; diuerſarum aquarum pota-
tiones corporibus aliquid nocumenti inferre præua
lent.Recipe Opoponacis,Caſtorei,Myrrhæ,Thuris
ana drach.1.Euphorbii,Croci,Lazeris ſeminis, bal-
ſami ana drach.2.Hyſſopi,Abſinthii,Petroſelini Ma
cedonici,ſeminis Sinapis ana drach.3.Pyrethri, Ari-
ſtolochiæ,Gentianæ,praſſii ana drach.4.Centaureę,
Melanopiperis,Aniſi,Seſelis,ana drac.5.Chamomil
læ,Iridis,Chamædryos,Symphyti ana drach.6.Scil
læ aſſæ ,foliorum baccarum Lauri,Citri,ſeminis ſa-
licis ana drach.7.Anchuſæ radicis,Origani, Thymi,
Silphii ana drach.8.Cinnamomi,Spicæ ,Caſſiæ fiſtu
laris,Amomi ana drach.9.Frondium lauri, Cocco-
gnidii,carpucareos,cimini,ana drach.10.Lithargyri,
alumínis

alum inis ſcisſi, Balauſtiæ, ſeminis ſelini ana drac. 11. Aluminis rotundi, amyli, cyperi ana drach. 12. Terebinthinę, ſucci mali citri, pegani, marathri, ana drach. 13. radicis Eringii, pæonię, radicis Rubi & coccu ana drach. 14. Helenii, argemones, mille folii, Artemiſiæ ana drach. 15. mellis quod ſufficit. Cauendum eſt autem ne ſpecies pro ſpeciebus mutētur, aut in hac miſcella aliquid augeatur, uel minuatur.

Per coccum intelligit fructum & grana, uel baccas rubi.

ANNOTATIO.

HELIOPOLIS una narratur fuiſſe in Cilicia, Chryſippi Stoici patria, de qua fortasſis author hic noſter intelligendus eſt, & Plin. lib. 13. cap. 1. Crocinum unguentum in urbe Solis Ciliciæ diu maxime laudatum fuiſſe ſcribens. Altera in Ægypto fuit mille millibus paſſuum ab Alexandria diſtans. Tradit etiā Volaterranus in Heliopoli Solis tēplum fuiſſe, ubi in ſepto quodam Meium bouem nutrierint ſicut Mēphitæ Iſidem uaccam.

Hæc ut teſtatur Simeon Sethi fons ſolis & urbs ſolis dicta eſt, ubi tradit Balſamelion hoc eſt orobalſamū colligitur ex arbuſto paruo quod duos cubitos nō excedit.

PNEVMATOSIN appellant Græci uentoſitatem & flatuoſos ſpiritus, ut eſt apud Gal. li. 1. de feb. ad Glauconē, & etiam apud Trallianum in tractatione Antidotorum ad uentriculum frigidum. Teſtatur aūt Corinthusin Dialectis peripleumoniam & peripneumoniā per cōmutationē l & r recte dici poſſe.

CLIMATION. Cap. 122.

HOc ualde in multis rebus expertum eſt & magnum: quoniam conuenit ebriis, Scotomaticis, aſthmaticis, Phthiſicis, Hepaticis, Spleniticis, Hydropicis, atque Pleuriticis. contra uenenum quoque & morſum reptilium, quadrupedumq; animalium ita expertū eſt, ut hora illa qua accipitur aut plagis ſuperponitur, ab omni dolore uel tumore patientē liberet. Recipe Libani, Praſſii, Centaurię, Stoechados, Saniculæ, Rande, radicis Cucumeris agreſtis, Agni floris, ſeminis Porri canini ana drachm. 1.

Costi, Croci, Betonicæ, Eringi, Helenii, ungulę equi, mellis piperis, Vrticæ seminis ana drachm. 2. Spicæ, Scillę Assę, Chamędryos, seminis Apii, Seseleos, anethi, Marathri ana drach. 3. Zedoariæ, Brathei, Polii, Argemones, Pæoniæ, Saxifragæ, seminis Fraxini: fœnigræci ana drach. 4. Galangæ, Zingiberis, Myrrhæ, Daphni Cocci, Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ, Pegani, Diptami, ana drach. 6. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Vngulā caballinam intelligit per ungulā quæ & ungula asini, Tussilago, farfara et Bechion dicitur lib. 3. ca. 17. apud Diosc. Daphni coccos affectate appellat baccas lauri.

CLIMAX Alexandrinus. Cap. 123.

HIc optime confert ad tusses & grauitatem pectoris ex rheumatismo factam, Hęmoptoicis potēter subuenit, Stomachi inflammationem amputat. Digestionem procurat, fastidium aufert & interaneorum uitiis peculiariter medetur, Venerē irritat & mēses ꝓuocat. Recipe seminis Erucæ drach. 1. Melanopiperis drach. 2. fœniculi drach. 3. Helenii drach. 4. mellis quod sufficit. Alii addūt in primo gradu anisi, Sileris montani ana drach. 1. In secundo, Spicæ, Sinoni Syriaci, ana drachm. 3. In tertio, Galangæ, Petroselini ana drach. 3. In quarto cinnamomi, Amomi, ana drach. 4. Vnde distemperātiam Stomachi ex frigido ortam uigore caloris extirpat, & imbecillitatem eius aromatica suauitate confortat.

CLIMAX Mercurialis. Cap. 124.

VTilissimus Epilepticis, Melancholicis, Arteriacis, Tussientibus, ad dolorem & frigiditatem Stomachi, hepatis, & interaneorum omnium optimus est. Recipe Zingiberis, Castorei, Thuris, Hyoscyami seminis ana drachm. 1. Opoponacis, Opii, Croci, Euphorbii ana drach. 2. Hyssopi, Absinthii, Petroselini, sinapis ana drach. 3. Galbani, Pyrethri, Gentianæ, Aristolochiæ ana drach. 4. Centaurię,

Melanopiperis, Anisi, Seselis ana drac.5. Helenii, Iridos, Chamæmeli, Chamædryos ana drach.6.mellis quod sufficit. Detur cum uino tepido.

CLIMAX Botanicus. Cap. 125.

QVi optime congruit ad omnem frigiditatem capitis, Asthma, Tussim & ad oẽs affectiões pectoris & pulmonis frigiditatem & dolorem Stomachi amputat, appetitũ conciliat, emphraxin Hepatis, Splenis, & renũ aperit, & mulierũ mensibus imperat. Recipe Melanopiperis, seminis Erucę, Sileris montani ana drach.1. Zingiberis, Hyssopi, Sinoni, ana drach.2. Spicæ, Amomi, fœniculi ana drac. 3. Galangæ, Helenii, Petroselini ana drach.4. mellis quod sufficit. Detur mane & sero cum tepida seu cum uino.

CALISTI ANTIDOTVM anodinum. Cap. 126.

SOmnum pręstat. Asthmaticis & suspiriosis subuenit, Tusses, & dolores pectoris & interaneorum aufert, Pleuriticis & Colicis, mire opitulatur. Recipe Styracis, Myrrhæ, Bdelii, Opii, Hyoscyami, ana drach.8. Galbani, Olibani ana drachm. 3. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ mane uel uesperi cum tepida, seu cum uino.

CHARAPOEON. Cap. 127.

MIrabiliter soporem inducẽs, peculiariter medetur dolori Stomachi & anatropæ, Pleuritida, & Iliorum dolorem compescit, Ventositatem intestinorꝵ expellit, renũ & Coli causas curat, Quotidianos, & Quartanos typos placat, & ad alia multa facit. datur in modum nucis Myristicę cũ uino tepido post cœnam. Recipe Melanopiperis, seminis

Anatrope est euersio uel subuersio anastrophe reuersio, anatrophe nutrimentũ. Nunc hoc nũc illo Nicol. utitur proinde hic placuit admonere ne quis græcarum literarũ rudis idẽ per omnia significari arbitraretur.

Hyoſcyami ana drach.5.Opii drach.2.& ſemis,Opobalſami, Nardi,Coſti, Pyrethri, Styracis, Maſtiches, Euphorbii,Lithargyri,ana drach.2.Croci orientalis, mellis qđ ſufficit.Huius Antidoti uirtus non eſt paruipendenda,mirifice enim omnia ſupraſcripta complet & præſtat.

CONDITVM. Cap. 128.

EXpertum Aſthmaticis,Cōducit etiam optime ad diuerſas tuſſes & uitia pectoris. Recipe uini libras.12.mellis.2.Thymi,Hyſſopi,Ambrę, Glechonis,pegani,Eleliſphaci,Calaminthes uiridis, Zingiberis,Pyrethri,Melanopiperis,Fœni gręci,Cimini ana drach.2.Cinnamomi, Caryophyllorū,Spicæ,Helenii,Iridos,Glycyrhizæ,ana drachm.1.Aniſi, Libyſtici,Fœniculi ana drach.ſemis.Confice ſic.Herbas omnes contritas & Ciminum,& Fœnum gręcū ſimiliter in uino & melle biduo infunde,Tertio uero die ad lenes prunas modicum bulli & diligenter cola,deinde puluerem ſpecierum ſubtiliſsime tricoſcinatum decoctioni commiſce & inde omni die mane & ueſperi meridie quoq; patienti phialam.4.ꝓpina.

Cōditū quid ſit.Vide inferius. c.618.

ſcriptus codex uidetur hic pro drachmis uncias uſurpaſſe.

ANNOTATIO.

TRICOSCINATVM nunquam nō ponit Nicol.pro κεκοσκινισμένον,ideſt cribratum, ſemel igitur huius admonuiſſe ſatis ſit,norintq; lectores hunc neuum identidem eſſe in ſequentibus emendandū: qui non ex ignauia authoris,ſed culpa deſcribentium irrepſiſſe uidetur.

CONDITVM QVOD CALDA uocatur. Cap. 129.

VTiliſsimum ad tuſſem ex frigido rheumatiſmo,& ad omnem frigiditatē pectoris & Stomachi: maxime conducibile eſt mulieribus poſt partum ſi quotidie eo utantur.Recipe uini opti

mi lib.5.mellis.1.& semis, foliorum Pegani uiridiũ & amaraci, Pinearum purgatarum ana drach.4. Elelisphaci, Basilici uiridium, Amygdalarum purgatarũ ana drach.2. Cinnamomi, Caryophyllorum, zingiberis ana drach.1. Galangæ, Spicæ, Melanopiperis ana drachm.2. Confice sic. Pineas, Amygdalas simul diu contusas & bene contritas uino & melli tota die infunde & lento igne ad medietatem bulli & cũ omni diligentia cola, & abiectis herbis subtilissimũ puluerem adde, cumq; opus fuerit post prandiũ & cœnam calicem propina.

CONDITVM. Cap. 130.

EXpertum Hæmoptoicis, Phthisicis & Empyicis. Recipe uini optimi lib.10. mellis.1. Polygoniæ, Senticis, Neræ, Pentaphylli, Arnoglossæ, succi symphyti ana drach.3. Amyli, seminis Meconis, seminis Hyoscyami & Abrotoni ana drac.2. Macis, Xylocinnami, Caryophyllorum, ana drach.1.& semis, Croci, Thuris masculi, Galliæ, Balaustiæ, ana drach. semis. Opii purissimi drac.2. Confice sic, Succos oẽs in uino & melle lento igni semel bulli, deinde opium in sufficienti aqua solutum adde, & iterum donec misceantur bulli, & ab igne depositũ diligenter cola, ad ultimum uero specierũ certarum puluerem subtilissimum tricoscinatũ desuper insperge & per saccellũ stillãdo guttatim in uase collige & cum opus fuerit patiens mane & uesperi phialam unam accipiat.

Polygonõ à diligentioribus herbularijs cõuincitur esse herba quæ sanguinalis & cẽtinodia uel etiã proserpinaca uulgo dicitur. Sed polygonatõ indicãt esse eã quæ Salomonis sigillum uel Mariæ sigillum & Secacul appellatur.

CONDITVM. Cap. 131.

QVod compositum est ad tumorem & inflammationem Hepatis & Splenis, maxime accõmodũ auriginosis. Recipe uini aminei optimi lib.9. mellis, Tenerrimarum Vrticarum ana lib.1. Absinthii, Eupatorii, Spicæ, zingiberis, Melanopiperis ana drach.3. Schœnanthus, Asari, Xylobalsami,

Anisi ana drach.4.Carui,seminis marathri,Dauci,Libystici ana drac.2.Chamædryos, Capparis,Senationis,Cinnamomi,ana drachm.3.Confice sic.Herbas omnes tusas, in uino pridie infusas lento igniculo bulli,& cum omni diligentia excola,& sic mel decoctioni admisce,ad ultimum uero subtilissimũ puluerem specierum super insperge,& inde cum opus fuerit in balneo calicem plenum tribus diebus continuis patiẽs accipiat & coopertus quiescat, donec ad sudorem perueniat,& hoc quater in mense faciat.

CONDITVM. Cap. 132.

VTilissimum Iliosis,omnes uentositates utrorumq; Iliorum & dolorem expellit semel aut bis potatum:quadrat etiam nephriticis & iis qui lapides in renibus & uesica habent,Stranguriosis & Colicis medetur.Recipe uini optimi lib.9.mellis unc.8.mercurialis drach.6.Polypodii, Iridis Illyricæ,radicis uiridium & foliorũ Alypiados ana drach.3.Euphorbii,Cyperi,Asari,Schœnãthus, seminis petroselini,grana solis,seminis saxifragę,Diagridii ana drach.1.Galangæ,Zedoariæ,zingiberis ana drach.6.Cõficitur sic.Herbas radicesq; tusas,in uino pridie infusas lento igni ad tertiam decoque,& summo studio cola,deinde melle addito puluerem specierum asperge,& patiens in solio mersus,tribus diebus iniunctis in hebdomada calicem plenum accipiat,& ieiunet ad sextam.

CONDITVM EXPERTVM QVOD Viride dicitur. Cap. 133.

CItra molestiam purgat flauã bilem ex stomacho Hepate,Renibus & Vesica.Recipe uini rubri optimi lib.20.mellis.3.Radicis polypodii,& Iridis Illyricę,succi frondiũ Mercurialis & succi laureolę ana drac.5.succi saxifragę,Phu,Meu,uiolæ ana drac.3.amaraci,Basilici,betonicę,pimpinellæ

Manuscriptus codex legebat Pipinellæ.

ſucci ana drach.2. Abrotani, Fragulæ, mille folii ſucci, ana drach.1. cinnamomi, caryophyllorum, Spicæ, zingiberis ana drach.15. Galangæ, Folii, Zedoariæ, Melanopiperis ana drach.8. Confice ſic, Succos omnes cum uino & melle diutisſime commiſce, deinde adde ſpecierum puluerem ſubtilisſime tritũ & ſimul omnia die & nocte dimitte, poſt hæc lento igni aliquandiu bulli, ad extremum ſacculo infunde, & inde guttatim ſtillando in uaſe collige, et cum opus fuerit dabis ex eo calicem unum ante prandium, & in medio prandii, & poſt prandium.

CONDITVM. Cap. 334.

VTilisſimum ad expellẽdos lapides & arenas de renibus & ueſica. Recipe uini Aminei lib. 7. mellis drach.8. Betonicæ, Saxifragæ, Phu, Baſilici, Polypodii uiridium ana drach.3. Cinnamomi, Spicæ, Schœnanthus, ſeminis petroſelini, ſeminis urticæ, & Aſparagi drach.8. Galangæ, folii, zingiberis, Casſiæ ligneæ, Melanopiperis, ariſtolochiæ longæ ana drachm.4. Confice ſic. Herbas in uino infuſas lẽto igni ad medietatẽ decoque, & cola, deinde mel commiſce, & ſic puluerem ſpecierum decoctioni adiunge, cumq; opus fuerit inde patiens omni diluculo poculum plenum tepidum accipiat.

CONFECTIO aceti Scillitici. Cap. 135.

QVæ appoſita eſt Epilepticis ſi ex eo cyathos 2. ſorbeant ieiuni, & ſi quotidie morbus ſolitus eſt uexare tribus uicibus, uel quatuor, per ſingulas uices tantũdem bibant, quoniam aufert ſurditatẽ, oculos clarificat, Polypos de naribus eiicit: ſi gargarizatũ fuerit, & os male olẽs ſi ex eo lotũ fuerit iucũdius redolere facit: uocẽ purgat, ſuſpirioſis ꝓdeſt, phthiſicis cũ paululo aq̃ uel uini dulcis ieiunis mire ꝓdeſt, uenas pulmonis & arterias expurgat, &

uelociter respirare facit, in stomacho cibos ascendere non permittit, sed acidos ructus gargarizatū emēdat, nauseam compescit, ad uomitum proficit ut facile quis uomere possit, huic intendentes cibos & potus quos ingerere uolumus securius accipimus, & eos bene digerimus. Siquis autem aquā inter cutem habuerit, morbus terminabitur per urinam tam expedite, ut patiens non sentiat: & si à iecore morbus fuerit cum mellis uel passi cyatho. 1. & huius cōfectionis cyatho commixto porrigitur: Si uero à splene cito extenuabitur. Hoc etiam quibus uenter uel crura turgida fuerint tepidum ieiuni sumant, uentositatem de tumoribus exterminat, colorē optimum facit & quotidie acceptum incolumitatem præstat. Conficitur sic. Scillam sume, in qua durissima & tenerrima quæ ℞ abscinde, & medium per aliquot dies dimitte ut arescat, post ex ea lib. 1. & drach. 6. sume & in aceti sextariis. 12. macerari sinas ad solē. 21. diebus quibus expletis per sacculum diu extilla, & abiecta scilla in uase uitreo conde, & ad suprascripta utere.

ANNOTATIO.

Puscas autē duas Aetius lib. 3. c. 81. describit uentris mollitorias & contraria puscæ operatione pollentes. Similiter & Paul. lib. 7. c. 10. & 11. Et Actuarius in ca. de Electuariis purgantibus.

SCILLA alba purgata suspenditur per dies 40. deinde mina in optimi aceti. 12. sextarios mergitur & dies. 8. soli exponitur, post exprimitur & acetū defecatum transfunditur. Actuarius in cap. de liquoribus medicatis.

CONFECTIO puscæ frigidæ. Cap. 136.

HÆc est ad modum utilis Hæmoptoicis uniuersis & ad omnes uentris fluxus. Recipe puscæ usualis lib. 6. succi Plantaginis & Polygoniæ, & capitis papaueris hortensis ana drachm. 3. Acaciæ, amyli, Tragacāthæ, ana drach. 1. Croci, Mandragoræ corticis, Hyoscyami seminis ana drach. semis. Cōfice sic: terendorum puluerem cum pusca &

ſuccis triduo commixtum & infuſum lento igni in-deſinenter exagitando ad medietatẽ decoque & co-la.cumq; colatum fuerit in uaſe ſtanneo reconde & cum opus fuerit dabis Hæmoptoicis mane & ueſpe ri cyathos.3.cũ pulueris upupę & hæmatitidis drac. 1.ſeu Corallii,& pulueris cornu ceruini uſti,Cœlia-cis cum decoctione balauſtiarum.

CONFECTIO Puſcæ calidæ. Cap. 137.

HÆc eſt utilisſima ad Rheumatiſmum uuæ & faucium ex frigida cauſa,gargarizata:ad den tium dolorem cum Licro in ea ſoluto & te-pefacta & in ore retenta optima eſt: Hæmoptoicis & Cœliacis cum omni celeritate ſuccurrit.Recipe Pu-ſcæ uſualis lib.5.ſucci mororum immaturorũ & bac carum Myrthi,Cicoreæ,Symphyti ana drach.2.Thu ris maſculi,Myrrhæ,Dragacãthæ,aluminis ana drac. 1.Sandaracæ Limmas,Pyrethri, Opii ana drach.ſe-mis, Confice ſic.Puluerem terendorum in puſca & ſucco biduo infunde,tertio uero die in mortario ad ſolem diutisſime exagitãdo commiſce,& ſic in uaſe fictili lento igni ad medietatem decoque & diligen-ter cola,& in uaſe picato reconde,cumq; opus fue-rit dabis Hæmoptoicis cyathos.3.mane meridie & ueſperi cum uino in quo pridie puluis hæmatitidis infuſus fuerit,Cœliacis cum decoctione alapſæ.

Vel Adarcẽ quæ Limne-ſis dicitur in telligit uel lẽ nium Sigil-lum.

Alapſa non-nunquã pro galla uſurpa tur. Simon Genuenſis.

CONFECTIO Viantina. Cap. 138.

HÆc facit ad diſtemperantiam uuæ & faucium gargarizata Hæmoptoicis auxiliatur, ad fri-giditatem,imbecillitatem,faſtidium & indige ſtionem ſtomachi optima eſt, Vomitum ſtringit,He par & Splenem confortat & fluxibus uniuerſis me-detur.Recipe uini optimi ueteris lib.10.radicis Lilii purgatæ ſiccæ unc.8.myrti, Casſiæ, Amomi, Opo-

balſami ana unc.1.Confice ſic.Specierum puluerem & radicis Lilii ſubtilisſime tricoſcinatum cum uino & Balſamo tẽpera & in optimo uaſe recõde. Cumq́; opus fuerit cyathos duos uel tres patiẽtibus mane & ueſperi propina.

ANNOTATIO.

SAPA hæc compoſita appellari poteſt. Nam Plinius lib.14.ca.9.Sapam,uel Siræon,uel hepſema,muſtum uocat ad tertiam partem decoctum uocat,duabus partibus per cocturam conſumptis. Defrutũ uero eodem ad dimidiam redacto. Hepſema tamẽ aliquando pro decocto,& nõ pro ſapa ponitur. Fit tamen nonnunquam ſapa ex reſolutione unius partis ex tribus & uocatur Calenũ, ut putauit Anto. Muſa.

CONFECTIO ſapæ. Cap. 139.

MIrifica Aſthmaticis tusſiẽtibus & Empyicis, purgat omnia uulnera in inteſtinis facta. Recipe muſti ſtatim ab uuis expresſi lib.50.nucleorꝝ pineaꝝ recentiũ, Caricaꝝ pinguiũ, pineaꝝ purgatarũ, ſucci maloꝝ Citoniorũ ana unc.20. Hyſſopi, Thymi, pulegii ana drach.1. Xylobalſami, ligni Caryophyllorũ, fœnigræci ana drac.2. Confice ſic. Carnes ficuum & nucleos pini diutisſime tritos cũ ſucco malorũ & muſto manibus refricando cõmiſce, & ſimul omnia die & nocte in uaſe ſtagnato reſerua, alio quidẽ die pineis integris additis lento igne in eodem uaſe donec q̃nta pars muſti cõſumatur, ꝑcoque & exinde diligenter cola, & uaſe optimo cõde & uſui reſerua. cumq́; opus fuerit dabis patiẽtibus mane, & in in meridie, ueſperi uel quoties neceſſe fuerit cyathos quinq; tepidos.

CONFECTIO Careni. Cap. 140.

HÆc ſubuenit tusſientibus, Phthiſicis, Hæmoptoicis, Cœliacis & Dyſpnoicis ſummũ re-

medium est. Recipe Musti fortissimi statim ab uuis expressi lib. 60. succi baccarum Myrti & sorbarũ immaturarum ana unc. 40. succi malorum Citoniorum, seminis hyoscyami, ana unc. 20. Acaciæ drach. 6. Xylocinnami optimi unc. 3. ligni Caryophyllorum unc. 2. Confice sic. Subtilissimum puluerem terendorum cum succo & musto, manibus diu fricando cõmisce, cum autem bene omnia commixta fuerint, in uase æneo stagnato die & nocte dimitte, Alio uero die in eodẽ uase lenes ad prunas decoque indesinẽter exagitando, donec succi & quarta pars musti cõsumatur, ad ultimum autem per sacculum gnauiter cola & cõditũ usui reserua. Cumq; opus fuerit dabis ex eo post cœnã tussientibus calicẽ. 1. cũ decoctione Hyssopi, Hæmoptoicis, cũ apozemate plãtaginis, cœliacis & Dyspnoicis cũ decoctione Cecidõ mane & uesperi.

Cecida hoc est gallã quã fert quercus Cœliacis, & dysentericis appositã in puluerem redactam, aut etiam potatam utilẽ esse tradit Diosc. lib. 1. c. 37.

ANNOTATIO.

CARENVM Isidorus scribit esse eam Sapam quæ fit per resolutionẽ unius partis musti ex tribus, quia tertia parte careat Ant. Musa reclamat Quia Calenũ dici oportet à Caleno oppido in Caleno mõte olim non procul à Capua campaniæ metropoli sito, ubi uina sunt suauissima, unde etiam phalerna uina nigra dulcia & spumantia proueniũt, adeo ut fictitium Calenum facere uolentes Ferrarienses cogantur ex quinque partibus uini, quatuor partes resoluere per decoctionem, fortassis autem hic quoque pro quarta parte quatuor partes legendum est.

CONFECTIO hydromali. Cap. 141.

QVæ proficit febricitantibus & his qui ex longa ægritudine non conualescunt, sanguinem spuentibus & Cœliacis remedium est. Recipe aquæ cœlestis quæcũq; post caniculares cœlitus

descenderit:lib.10.Malorum Citoniorũ intra & extra purgatorum lib.5.Conficitur sic.Aqua ipsa in uase mundo suscipiatur,& in umbra posita sæpius trãsfusa colatur,tunc citonia iuxta maturitatem intersectis membranosis seminibus purgata & in frusta concisa,aqua immergantur & tandiu cum ea relinquantur,donec in succum transisse malorũ uini colore deprehendatur.Hæc diligenter liquata,& uase picato diffusa huiusmodi loco seruari necesse est.

ANNOTATIO.

PAVL. lib.7.cap.15.fieri docet in hunc modum.Recipe malorum cydoniorum mundorum cõtusorum sextarios.2.mellis sextarios.3.Aquæ sextarios.6.Coquito despumans usque ad tertias.Arabes ferè Miuam Citomorũ ita parant,nisi quod pro aqua uinum apponunt,uide Mesueum.

CONFECTIO Rhodomelitos. Cap. 142.

QVod est utile Phthisicis,Stomaticis,& Hepaticis ex calorifica causa. Recipe aquæ fontanæ lib.5.Rosæ uiridis purgatæ lib.1.mellis 3.Confice sic,aquam in uase stagnato lento igni ad tertiam feruefacito & in eadem aqua feruẽti rosas immitte,& diligẽter uase cooperto tota die & nocte in feruẽti aqua maneat,alio uero die rite colabis,& abiectis rosis iterum aquam efferuefacito, & in eadem aqua feruenti aliam libram recentium rosarum supra scripto modo die & nocte conde,sequenti uero die diligenter curabis expressum,abiectisq; rosis decoctioni feruenti,aliam libram rosarũ adiunge iterumq; suprascripto modo die & nocte manere dimitte,Deinde Zacchari libr.1.& mel decoctioni appone,& manibus rosas fricando bene cõmisce,iterum ad lenes prunas ad mellis spissitudinem decoque, & sic pulueris Camphoræ scrup.3.supersparge,& ab igne

deposito uase uitreo conde & usui reserua. Cumq; opus fuerit mane & meridie uel uesperi cum Rhodostomate uel aquæ frigidæ cochleariis. 2. dabis.

ANNOTATIO.

ACTVARIVS in cap. de liquoribus Rhodomeli commune cõtinere dicit lib. 12. rosarum & mel sufficiens, arteriæ scabriciei & asperitatibus utile. Nec plura ostendit Diosc. lib. 5. Sed Aetius lib. 5. cap. 137. inquit, Succi rosarum partes tres, mellis partem unã calido soli pluribus diebus expone, Aut cribro setaceo excolabis & mitioribus carbonibus decoques si nubilum sit coelum.

CONFECTIO OMPHACOMELITOS Caput. 143.

CVm Pusca frigida gargarizata & in ore retenta faucibus & gingiuis opitulatur: Eruptioni uenæ & Empyicis potata præsentanee subuenit. Vomitum abscindit, Dyspnoicis & fluxui matricis medetur. Recipe Vuarum immaturarũ succi ante caniculares dies expressi, mellis optimi despumati ana lib. 5. Conficitur sic, in uase æneo stagnato succum & mel bene commisce, & lento igni ad consistẽtiam succum decoque, & uase optimo conditũ usui reserua. Restringit autem omnes fluxus sanguinis, superne aut inferne factos. Paulus ad. 40. dies soli iubet exponere.

Paulus lib. 7 ca. 15. iubet accipere succũ Omphaciæ. i. uuæ acerbæ sextarios tres & mellis sextarium unum Hodie syrupum de agresta eodẽ modo cõficiũt, saccarum tamẽ loco mellis apponunt ut est apud Mesuen.

CATAPLASMA AD DOLOREM TOTIVS capitis uel partis alicuius. Cap. 144.

FAcit etiam ad suffusionem & dolorem stomachi ex frigido rheumate uel ex frigida distemperantia. Recipe olei Pulegini, Populini, Scillitici, & muscelini ana drach. 3. Pegani, Amaraci, Calaminthæ minoris, Vrticæ foliorum uiridium ana

unc.2.Lumbricorum terrestrium, cimini Ægyptiaci, Libystici, floris salis ana drach.1.mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas omnes simul diutissime tritas & lumbricos in melle & oleis decoque. Deinde puluerem terẽdorum admisce, & cum decoctum fuerit ad mellis densitatem præraso capiti tepide superpone sæpius immutando.

CATAPLASMA. Cap. 145.

Hoc auxiliatur Cephalalgicis, Hæmicranicis, & dolorem supercilii patientibus ex frigido, optime etiam dolorem Pleurisis parago-rizat. Recipe olei Peganini, Populini, Pulegini ana drach.2. Sabinæ, Libanotidos, Satureię, Absinthii comarum uiridium ana unc.1.zingiberis, pyrethri, Cimini, Libystici, ana unciam semis, mellis cocti colati quod sufficit. Cõfice sic. Herbas omnes tritas in melle & oleis lento igne diutissime coque, deinde puluerem terendorum insperge iterumq; lenes ad prunas bulli, donec cõdensari incipiat in Alapsa lanea statim præraso capiti calidum fronti & tẽporibus impone.

παρηγορέω significat idẽ quod consolor lenio & mitigo, idem fortassis & παρηγορίζω porredit, quo nunquã non utitur Nico.

ANNOTATIO.

ALAPSAM Genuates inueniri pro galla positã scribit. Sed puto Nicolaũ intelligere hapsum qui significat sacculum, aut uelamẽ, aut tectoriũ aliqđ sacculi modo factũ. De quo diximus lib.7.Meth.c.4.

CATAPLASMA. Cap. 146.

Optimum ad dolorem diuersarum partium capitis, & ad suffusionem oculorum ex frigido rheumate factam. Recipe foliorũ Pulegii, Colenæ, Cimini ana drachm.3. Muscellinæ, Saponis muscati, ueteris Labdani ana drachm.2.mellis quod sufficit. Conficitur sic, Labdanum & Saponem in muscelio & melle pridie mollitum solue, deinde puluerem herbarum & cimini decoctioni adde, iterum ad

Alij legunt muscely.

densitatem bulli,& cum opus fuerit in balneo præra so capiti cum uino decoctionis calaminthes loto in alapsam laneam inductum impone & liga,& ne aufe ras usq; ad tertium diem,& iterum simili modo post tertium diem patiens ad balneum ductus faciat usq; ad completam sanitatem.

ANNOTATIO.

COLENAM ueteres nonnulli Origanum appel larunt,ut tradit Genuensis.

MVSCELLINA herba in Sicilia reperitur, ubi mulierculæ eadem pro fuco utuntur,Et est Buglos so similis prædita radice rubra, Lactuca asini dicta, Pandectarius.

CATAPLASMA. Cap. 147.

QVod opitulatur dolori capitis stomachi & splenis,&ad diuersas scabies,&ad ebullitio nes & minutas pustulas in corpore factas cõ fert. Recipe olei laurini,populini,raphanini, Sabini ni,ana unc.3. Iteæ minoris,Psilii,Calaminthes,folio rum Carthami ana drach.2. Foliorum pulegii, Stry chni,Senticis Turionum,punicæ florum ana drach. 1. Pyrethri,Mastiches,Nitri,Cimini ana drac.semis. mellis quod sufficit. Conficitur sic, Puluerem specie rum in oleis triduo infunde,herbas auté probe con tritas triduo in melle infusas lento igne ad medietaté decoque,& sic oleã cum supra scripto puluere affun de iterumq; aliquantulum bulli,& cum opus fuerit patientibus bis in die superimpone. Tertio uero die cum uino decoctionis calaminthes ablue,& iterum atq; iterũ fac,donec ad pristinã sanitatem perueniat.

Iteam Græce maluit appellare Salicem quàm latine id quod innumeris ferè locis facturus est inferius.

CATAPLASMA. Cap. 148.

AD dolorem capitis ex calido & ad ardorem stomachi, prodest etiam ad uulnera calore confusa & omnium locorum furiosos do

lores temperat. Recipe Pollinis, Hordei, Liliorum radicum pollinis, seu arietini recentis nouies in frigida abluti ana drach. 3. succi Strychni, Papaueris agrestis, succi Hyoscyami ana drach. 2. Spodii, plũbi usti & loti, Psimmithii ana drach. 1. Olei rosacei qđ sufficit. Confice sic, Pollines & specierum puluerem in seuo & succis in pila marmorea sine intermissione contunde, deinde oleum rosaceum sufficiẽter superfunde, iterumq; cum omni sollicitudine biduo terendo commisce, & in uase uitreo siue corneo conde. cumq; opus fuerit frondibus colocasiæ stratum loco patientibus sæpius mutando & renouando superimpone.

ANNOTATIO.

COLOCASIA est faba Ægyptia, atra, amaro odore & sapore, in caule admodum spinoso nascẽs. Radix eius Colocasium appellatur. Vide Dioscor. lib. 2. cap. 97.

CATAPLASMA LIXOPERITVM. Cap. 149.

AD dolorem capitis ex calido, facit enim ad ignem sacrum & ad Erysipelatodea uulnera. Recipe Alphiti lenticulæ, & abrotoni seminis pollinis ana drachm. 3. olei Rosacei, uiolarum & Mandragorati ana drach. 1. Spumæ infusionis seminis lini quod sufficit. Confice sic, Pollines & specierũ subtilissimum puluerem in pila marmorea cum ferreo stilo cum oleo & sufficiẽti succo diebus duobus commisce, cumq; permixtum fuerit uno die dimitte, & iterum quarto die partibus duabus succis & rosis una supermixtis diu exagitando tere & in uase uitreo conde. Cumq; opus fuerit in alapsa statim locis dolentibus superimpone.

Alphitõ Medici usurpãt *non pro alia farina quàm pro ordeacea fricta*, Lingua ta*men communi quælibet farina alphiton appellatur.*

CATAPLASMA

CATAPLASMA AD DOLOREM PLEVrisis & Iliorum & Renum. Cap. 150.

REcipe calcis uiuę, tartari, Cimini ana drach. 2. Thuris, baccarum Lauri excorticatarũ, seminis sinapis ana drachm. 1. mellis quod sufficit. Confice sic. Calcis & omnium specierum subtilissimum puluerem biduo in melle infunde & in uase fictili sæpius exagitando lento igne ad mellis spissitudinem decoque, & duplici linteo inuolutum calidũ quantum uidelicet patiens sustinere poterit patientibus superimpone. probatissimum est.

CATAPLASMA aureum. Cap. 151.

PRobatum contra omnem caliditatem & inde dolores factos. Phreniticis quietem momentaneã inducit. phlegmonas in loco patiẽtibus & renibus cum oleo rosaceo solutũ & iniectũ optatam anesin doloris & somnum præstat, prodest etiã ad ignem sacrum & ad erysipelatodea uulnera. Recipe papauerum uiridium capitũ, olei uiolacei, Rhodostomatis ana drach. 3. radicum uiridium Lilii domestici, frondium tenerrimarũ Hyoscyami, Seui arietini recentis cũ apozemate hederæ terrestris septies ablutæ ana drachm. 12. Amyli, Acaciæ, Cirræ Croci ana drac. 1. Amei, Mastiches, Opii ana †drach. 1. olei Omphacini quod sufficit. Capita papaueris in oleo triduo infusa, lento igni ad tertiam decoque & diligenter excola, radices Lilii & frondes Hyoscyami in Rhodostomate ad consumptionem Rhodostomatis decoque & in pilam marmoream funde, & addito seuo tandiu simul contere donec ad unum corpus redigantur: post hæc adde subtilissimum puluerem specierum & superfusa sufficienti omphacitide exquisite terendo commisce, cumq; percoctũ fuerit conde, & usui reserua, & cum necesse erit in alapsa purpurea stratum loco patienti impone.

Anesin hoc est remissionem.

Conijcio legendum esse Cirrorũ croci.

† A, segũt unc. 1.

Fortassis omphacino legendum.

ANNOTAITO.

RHODOSTOMA secundum aliquos est mel rosaceum. Quod ego nō approbo, quoniam in descriptione pilularum de Cynoglossa & Trochiscorum de uiolis medicinarum cōfectores rhodostoma interpretantur esse aquam rosaceam. est igitur rhodostoma nihil aliud quàm aqua rosacea Iac. Manlius.

COLLYRIVM Tripheron. Cap. 152.

QVo Archiater Alexāder utebatur ad Phlegmonem oculorum & dolorem. Et conuenit natura debilibus & delicatis cū muliebri lacte & tenui albugine ouorum solutum, & oculis instillatum. Recipe Cadmiæ ustæ & in lacte muliebri extinctæ drach. 45. Psimmithii drach. 36. Pompholygis drach. 18. Opii drach. 9. Tragacanthæ drachm. 4. aquæ pluuialis quod sufficit. Confice sic, Species omnes in subtilissimum puluerem redige, & cum aqua, dragmea collyria informa, & ad umbrā sicca. Cumq; opus fuerit cum præscriptis liquaminibus solutū guttatim in oculos instilla.

COLLYRIVM Trypheron. Cap. 153.

Paremptosis quæ inciden tia latine dici potest, fit ubi in meatum, qui in oculū uidendi facultatē defert humor aliquis aperto uase incidit, quem obturat.

HOc maxime prodest in initio paremptosios oculorum distemperatorū, & sanguineis suffusionibus. conuenit his qui malorum medicaminum mordicationes sufferre nequerunt in Rhodostomate uel succo peristereonis solutum in oculis enchymatizatum. Recipe Psimmithii loti drach. 16. Cadmiæ ustæ, mulierisq; lacte extinctæ & lotæ drach. 8. Croci drach. 4. Tragacanthæ, drach. 2. Opii drach. 1. aquæ pluuialis quod sufficit. Conficitur ut superius.

COLLYRIVM Dià hemeron. Cap. 154.

VTilissimum ad omnes dolores oculorum & tumores, & palpebrarum usturas, lachrymas

ex ſubtili rheumate adſtringit, ſuffocationesq; ſanguinis mitigat in aqua fontana uel Aizoi ſucco oculis enchymatizatum. Recipe pſimmithii loti, Tragacanthæ ana drach. 72. Amyli recentis & odorati drach. 54. Gummi drach. 26. Opii drachm. 2. aquæ pluuialis quod ſufficit. Conficitur ut ſuperius.

δι' ἡμερῶν hoc eſt, collyriū ex mitigantibus et manſuetioribus, atq; anodynis medicamētis. Vel δι' ἱμερῶν idest ex deſideratis confectum.

COLLYRIVM DIA IMERON NARcoticum. Cap. 155.

OPtime paragorizat fortiſſimos dolores & ignitos calores in aqua pluuiali ſolutū & enchymatizatum. Recipe pſimmithii drach. 12. Cadmiæ uſtæ in lacte aſinino extinctæ drach. 11. Giſaſteros, Gummi, Amyli hordeacei, ſucci lactucæ ana drac. 2. ouorum albumina ſubtiliſſima quod ſufficit. Conficitur ſic, ſubtiliſſimum puluerem ſpecierū cum albugine ouorum collige in aqua, drachmea collyria informa, quibus ad umbrā ſiccatis cū opus fuerit utere.

ANNOTATIO.

GISASTER, quę latinis ſtella terrę dicitur, eſt luti ſpecies, quod Arabes Talchum uocāt, gypſo ſimile, ſed tamen diaphanon omnino & tranſparens, in laminas prætenues ſectile. Aduſtum autem amittit illam pellucidam tranſparentiam, & trahit colorem argenti. Vide plura in libro noſtro de medicina herbaria, & in Examine herb. Ant. Muſæ.

COLLYRIVM POLIDEVCOS, HOC EST Pollucis medium apocruſticum. Cap. 156.

IN initio doloris inunctum reprimēs Epiphoras & acres rheumatiſmos, & cicatrices antiquas extinguit & purgat, & cicatrizat mirabiliter in albumine ouorū ſolutū & enchymatizatū. Recipe opii, Glauci ana drach. 36. ſarcocollæ, drach. 18. croci, tragacanthæ, gūmi ana drac. 9. ſucci roſacei quod ſufficit. Conficitur ſic. Tragacanthum in ſucco roſæ ſolue &

sic glaucium solutum admisce, deinde sarcocollam, ad ultimum uero aliarum specierum puluerẽ, cumq; bene commixtum fuerit inde collyria informa, & ad umbram siccata usui reserua.

ANNOTATIO.

EPIPHORA est humorũ ad oculos impetuosior influxus. C. Celsus pituitæ cursum nominat, & uulgus lachrymam.

COLLYRIVM Dia rhodon. Cap. 157.

AD ea ipsa mirabiliter expertum cum Rhodostomate solutum & oculis enchymatizatum. Recipe rosacei mellis drach. 15. Gũmi drac. 7. Opii puri, Spicæ nardi ana drach. 2. Aquæ pluuialis quod sufficit. Cõficitur sic. Rosas roscidas donec deformentur tere, cum quibus cęterarum specierum puluerem commisce, & pluuiali aqua sufficienter addita similiter omnia cõfice, cumq; bene omnia commixta fuerint, inde drachmea collyria informa, & ad umbram siccata usui reserua.

Vide alia tria collyria Dia rhodõ apud Paulũ lib. 7. cap. 16.

COLLYRIVM Macharion. Cap. 158.

SAtis Apocrusticum ad omnem chymosin, idest rheuma oculorum, egregie facit ad Bothrya & Myocephala & staphylomata: detrahit etiam membranas oculis innascentes: & lippos sanat, cum lacte mulieris solutum & enchymatizatum. Recipe gummi drach. 32. Cadmiæ drach. 20. Chalcukekaumenu drach. 15. Medicaminis drac. 16. aquę pluuialis quod sufficit. Cõfice sic. Medicamen cuius immissurus es drac. 16. hoc modo fit. Succi centaureæ partes. 2. Sapæ Creticæ partem unam, coque in olla noua lento igne ex lignis uitis, donec ad spissitudinem redigantur, & exinde drach. 16. in collyrium immitte & cum bene confectum fuerit, drachmea collyria in-

forma,& ad umbram ſiccata uſui reſerua,& cum uo-
lueris utitor.

ANNOTATIO.

BOTHRYON eſt cauũ anguſtũ ulcus Corneę, Latinis foſſula dicta. Auicen.uocat annulum.

MYOCEPHALON eſt procidẽtia uuæ ab eroſione ruptioneve corneæ contingens, quũ adhuc exigua eſt,& muſcæ capiti aſsimulatur. Auicen. formicę rupturam uocat.

STAPHYLOMA dicitur idem malum quum auctum fuerit,ita ut acino uuæ conferri poſsit. Auic. uueam nominat.

COLLYRIVM DIA' POMPHOLYGOS paragoricum,hoc eſt doloris mitigatiuum. Caput 159.

HOc prodeſt ad acres rheumatiſmos,tumores & phlegmonas,& intolerabiles dolores curat ſine mordicatione,cuius uſus optimus eſt ad omnes cholericas diſtemperantias potisſimũ qa narcotica non accipit quẽadmodum alia,neq; mandragoræ ſuccum uel his ſimilia, quæ ſunt narcotica quorum uſus pernicioſus eſt. Recipe Gũmi drach. 40. Pſimmithii loti,plũbi uſti & loti, Amyli ana drac. 25. Pompholygos loti drac. 20. Aquæ quod ſufficit. Conficitur ſic, Vnumquodq; eorũ quæ uruntur lauari oportet donec acrimonia uſtionis abeat,nec aqua infecta appareat,& poſt hęc ſiccẽtur,& ſic terantur ſeptem diebus ſine intermisſione deinde trituræ Amyli & gummi committãtur,ut ſimul omnia comprehendantur,ad ultimum cum ſufficienti aqua colligantur,& inde collyria drachmea informentur.

DIA' MARGARITON. Cap. 160.

MAgnum & precioſisſimũ contra omnes debilitates cordis & diſtemperantiam ſtomachi,

fastidium aufert, coctionē procurat, asthmaticis, dyspnoicis opitulatur, phthisicos & eos qui ex longa ęgritudine extenuati sunt reficit & renutrit, subito deficientes magna cum celeritate releuat & ad miraculum usq; recreat. Recipe Cinnamomi, ligni aloes, caryophyllorum, Spicæ, Calangæ, Glycyrhizæ, Trochiscorum Diaui, id est uiolarū & dià rhodon ana drac. 15. nucis Myristicę, aliptę, zedoariæ, nardi, Macis, reubarbari, Styracis ana drach. 10. Margaritarū integrarum & perforatarum, ossis eboris, ossis de corde cerui, zingiberis, Blactæ Bisantiæ ana drach. 5. Moschi, ambari, cardamomi, seminis libystici, basilici ana dra. 3. Camphoræ drachm. 1. mellis rosei quod sufficit. Dentur de eo drach. 2. mane, & in meridie, aut cum opus fuerit.

TROCHISCVS DIA' RHODON.

Recipe rosarum uiridium drachm. 20. Spodii drach. 10. Sandali rubri drach. 8. Sandali albi drach. 6. Croci drach. 4. Camphoræ drach. 1. Rhodostomatis qđ sufficit. in marmorea pila recentes rosæ sine intermissione terantur, deinde cæterarū specierum subtilissimus puluis immittatur, & cū sufficienti rhodostomate conficiatur, ad ultimum adhibita camphora inde trochisci informentur, & ad umbram siccati usui reseruentur.

ANNOTATIO.

Leucoiō, est uiola alba: ex albis autē uiolis trochiscos hos conficere oportet, De quibus lib. 3 c. 129. Diosc. considerat.

HÆC compositio Trochiscorū dià rhodon est Nicolai. Mesueus omnino aliter componit. Proinde obseruandum ne temere utranq; confundamus.

TROCHISCVS DIANI VEL DIAVI at uero rectius Dià ion.

Recipe florum uiolarū drach. 15. Amyli drac. 9. seminis papaueris albi drach. 7. Reubarbari drach. 5. seminis plantaginis drach. 3. balsa

mi drach.1.Rhodoſtomatis quod ſufficit. Confice ad exemplum proxime præcedentium.

DIA' CAMERON magnum. Cap. 161.

HOc cõmodat Aſthmaticis,tusſientibus,phthiſicis & omnem imbecillitatẽ ſtomachi emendat,debiles lumbos confirmat,uenerem proritat & omnia quę in Dià rhodon Iulii laudantur feliciter præſtat.Recipe antoſili,zingiberis ana drach.56.Cinnamomi, Caryophyllorum ana drach.46.& ſcrup.2.carnis Dactylorum drach.36.Galangæ,Spicæ,zedoariæ,coſti,Pyrethri, Corallii, Tragacanthæ, reupontici,Saliuncæ,Anacardi,osſis dactylorum,carpobalſami,aniſi,fructus ammi,ana drach.28.Leucopiperis,Macropiperis ana drach.18.& ſcrupu.2.Limaturæ auri puri & argenti,osſis de corde cerui ana drach.9.& ſcrup.1.Moſchi,raſurę eboris ana drach.4.& ſemis,Ambaris drachm.3.mellis quod ſufficit. Dentur de eo drach.3.mane & ueſperi.

Anthophali & anthoſoly Mãlius legit,& interpretatur garyophyllos groſſos eſſe uel maiores. Videtur aũt anthophyllos eſſe legẽdum.

DIA' CAMERON minus. Cap. 162.

APtum Dyſpnoicis & ad omnes affectus pectoris & ſtomachi,Hydropicis & Nephriticis conuenit & omni imbecillitati medetur. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Nardi,Zedoariæ,Zingiberis,Coſti,Pyrethri,Rheu pontici,Celtici,ana drach.12.Anacardi,Melanopiperis,Macropiperis,Cardamomi,Aniſi ana drachm.6. pulueris osſis Eboris,osſiũ dactylorũ, osſis de corde cerui,corallii ana drachm.3.Moſchi,Balſami ana drach.1.mellis roſei quod ſufficit.Doſis eius ad modum nucis Myriſticæ cum uino.

ANNOTATIO.

DIA' COMERON Actuarius appellat ubi Antidota deſcribit.Animaduertimus autẽ Spicam pro uno ſimplici cenſeri apud Actuariũ,& nardũ Celticã

itidem pro uno, quanquam Nicolaus distinguit.

DIA' MARGARITON minus. Cap. 163.

QVod paratum est ad omnes debilitates cordis & stomachi, & ad omne uitium uitalium optimũ est. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Glycyrhizæ, ana drach. 3 8. Candi, ligni aloes, nucis myristicæ, Spicæ, Macis ana drac. 1 8. & scrup. 2. Aliptæ, Styracis calamitæ, Margaritæ albæ integræ & perforatæ, Trochiscorum uiolarũ, trochiscorum rosarum ana drach. 9. & scrupu. 1. seminis Basilici, zingiberis, zedoariæ, rasuræ Eboris, seminis libystici ana drach. 4. & semis, Ossis de corde cerui, Blactæ, Bisantiæ, ana drach. 3. Camphoræ scrupul. 3. moschi scrup. 6. Rhodomelitos quod sufficit. Datur mane & uesperi in modum auellanæ.

Blattium Bysantinum appellant Græci Onichē, & latini Vnguem odoratum. Vide Diosc. lib. 2. cap. 8.

ANNOTATIO.

ANIMADVERTIMVS ad hanc compositionem neq; Aliptam neq; Candum assumi tum apud Actuarium, tum apud Iacob. Manlium & alios. Consulto igitur omitti possunt.

DIA' PRASSIV magnum. Cap. 164.

SAnat capitis uertigines, oculorum caligines, abstergit palatum, & arterias purgat, destillationẽ uuæ adstringit, dentiũ dolorẽ mitigat, asthmaticis & suspiriosis peculiariter opitulatur, pectoris & pulmonis causas facile amputat, Stomachi & hepatis dolorem & debilitates sedat, Spleniticorum & Pleuriticorum angustias paragorizat, omniũ interaneorum uitiis prodest, inflationes & torsiones ab eis aufert, Nephriticos, Calculosos, Stranguriosos, & cholericos purgat, & dolorem releuat, sæpius autẽ sumptum colorem pallidum emẽdat, menses deducit & in ordinem debitum redigit, Typos quotidianarios

& quartanarios reprimit. Qui autem hoc electuario usus fuerit à multis conseruabitur morbis. Recipe prasſii uiridis, drach. 100. Tragacanthę, Pinearũ purgatarum, Amygdalarum, Pistaciorum, Dactylorum carnium, ficuum pinguium, Passularum enucleatarũ ana drach. 63. Cinnamomi, Caryophyllorũ, nucis muscatæ, Macis, ligni Aloes, Galãgæ, Spicæ, Zedoariæ, zingiberis, Glycyrhizæ, Reupontici, Anacardi, Styracis optimi, mastiches, Myrrhæ, Galbani, Terebinthinæ, Iridos, Aristolochiæ rotundæ, radicis Capparis, Gentianæ, Melanopiperis, Anisi, apii, Fœniculi, anethi, seminis Macedonici, Saxifragæ ana drachm. 36. Hermodactylorum, Origani, Peucedani, Schœnanthus, Cardamomi, Leucopiperis, Carui, Libystici seminis, Vincetoxici ana drachm. 28. Balsami, Pulegii, Diptami, Costi, Pyrethri, Saturegiæ, Basilici, Peoniæ radicis, Macropiperis, Amomi, Sinoni, Orobi, ana drach. 18. & scrup. 2. Xylobalsami, Casſiæ, Corallii, rasurę Eboris, Carpobalsami, Dauci cretici ana drac. 9. Moschi, Ambræ, Ossis de corde cerui ana drach. 4. Pineas integras cum rasura sua, numero. 4. mellis despumati quod sufficit. Cõfice sic, Pineas, Amygdalas, pistacia, carnes Dactylorum in mortario diutisſime tere, simulq; iunctis cum optimi uini phialis. 4. cõmisce, post hoc passas bene tritas cum prasſio & pineis integris in mel impone, & lento igne ad perfectã decoctionem agitando cum spatula pini indeficiẽter bulli, deinde per sacculum cola, & reliquias prasſii & ficuum & passularum, pineasq; ipsas abiice, & colato melle, confectionem nucleorum amygdalarũ pistaciorum, Dactylorum similiter cum uino cõmisce & leniter bulli cum spatula pini indeficienter exagitando, Terebinthinam cum modico melle calefactam, & per linteolum colatam supra scripto melli adiunge, post hoc inde puluerem specierum in mortario

diutisſime cõfice, Styracem uero cum modico melle liquefactum confectioni admiſce ſine intermisſione, ad ultimum Balſamum, Moſchum & ambram appone, & iterum ſufficiẽter cõmiſce, & uſui reſerua. detur ex eo in modum auellanæ maioris cum aqua calida, aut cum uino.

DIA' PRASSIV minus. Cap. 165.

FAciens Aſthmaticis, Tusſientibus, Phthiſicis, Peripleumonicis, Ventoſitatem ſtomachi, hepatis, Splenis, & inteſtinorum potenter emendans. Recipe carnis Dactylorum, ficuum pinguium, paſſularum enucleatarum, nucleorum purgatorum Amygdalarum, Butyri ſine ſale ana drach. 36. Iridos, hyſſopi, pulegii, origani, Calaminthę, Scillę ana drac. 39. & ſcrup. 2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Spicæ, zedoarię, zingiberis, Glycyrhizę ana drac. 9. Reubarbari, Galliæ, pyrethri, Tragacanthæ, Corallii, Styracis calamitæ, Melanopiperis, Cardamomi, Aniſi ana drachm. 4. & ſemis. balſami & moſchi, ana drach. 2. mellis quod ſufficit. Confice ſic. Herbas omnes uirides, Dactylos, Ficus, paſſulas, Fœni græci, ſemen lactucæ mediocriter contrita in ſufficienti aqua per triduũ infunde, quarto uero die lenes ad prunas donec omnia decocta ſint bulli, & per ſacculum uiolenter exprime abiectiſq; ſtrigmentis adde ſucco butyrum, mel, Amygdalas & nucleos bene tritos & lento igne ad mellis ſpisſitudinem decoque, & exinde puluerem ſpecierum tẽpera & uſui reſerua. detur de eo in modum auellanæ mane & ueſperi cum calida uel cum uino.

Vide Diaprasſiu Tertiũ apud Actuarium in cap. de Antidotis.

DIA' CIDONIV magnum. Cap. 166.

VTiliſſimum Aſthmaticis, tusſientibus, & phthiſicis: Vomitum cohibet, digeſtionem procurat, uentoſitatem præcordiorum emendat & ſtomachi: colorem bonũ facit, & debiles refocillat.

Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, Zingiberis, Melanopiperis, ana drach.9. ligni Aloes, Macis, Galangæ, zedoariæ, Glycyrhizæ ana drach.4. & semis, mellis lib.5. succi citoniorum lib.3. Cõfice sic. Succũ cũ melle in uase stagnato lento igne ad spissitudinem decoque, & sublato ab igne puluerem immitte & bene cõmisce, cumq; tepefactum fuerit optime in uase conde. dentur de eo drachm.3. mane uel uesperi.

DIA' CIDONIV minus. Cap. 167.

APtum ad fastidium, Digestioni proficit, & ad omnia quę magnum diacidonium facit, prodest. Recipe zingiberis, Glycyrhizæ, Melanopiperis ana drach.18. & scrup.2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Spicæ, Zedoariæ, ana drach.9. mellis lib.10. Malorum citoniorum lib.6. Cõfice sic. Mala citonia in aqua pluuiali sufficienti elixata, & intus & extra purgata in marmorea pila in modũ electuarii tere. Cumq; cõtrita fuerint adde mel, & bene commixta in uase ęneo stagnato lenes ad prunas decoque donec inspissari incipiat. Cumq; diligenter coxeris ab igne deponito, & sic puluerem specierũ admisce & exagitando optime commisce & cum infrigidatũ fuerit frondes Lauri intertexe, & usui reserua.

DIA' BVTYRV magnum. Cap. 168.

FAciẽs arteriacis, Asthmaticis, Dyspnoicis, Stomaticis, Phthisicis, Pleuriticis & ad omnem tussem siccam: Apostemata quæ intra corpus nata sunt maturat rũpit & purgat. Recipe butyri recentis sine sale nouies abluti, carniũ Dactylorum, nucleorum Pinearum ana drachm.8. Ficuum pinguium, passularum enucleatarum, Amygdalaum amararum ana drachm.4. succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ,

Medullæ Casſiæ fiſtulæ ana drach.3. Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, zingiberis ana drach.2. Galangæ, Zedoariæ, Hyſſopi, Thymi ana drach.1. & ſemis Cardamomi, Aniſi, Saturegiæ, Fœnigræci ana drach.1. Styracis, Maſtiches, petroſelini ſeminis, fœniculi ana drachm. ſemis, mellis quod ſufficit. Coque ſic, Butyrũ, amygdalas, Ficus, Paſſulas, & herbas omnes uirides & fœnum græcum ſeorſim contuſa in aqua ſufficienti, die & nocte ſimul reponito, poſtridie in ſtagnato uaſe lẽto igne ad tertiam decoque, & per ſacculum cum omni diligentia cola, abiectisq; ſiliqs in ſucco medullam casſiæ fiſtulæ manibus frica, donec liquefiat, & iterũ cola, abiectisq; ſeminibus adde ſucco mellis lib.7. & iterũ lenes ad prunas ad mellis ſpisſitudinem bulli, deinde carnes dactylorum & nucleos in modum electuarii tritos & puluerem terẽdorum cum eodem melle in marmorea pila cõfice, tãdiu tractando donec optime cõmiſceantur, cumq; tepefactum fuerit, conde, & uſui reſerua.

DIA' TRION PIPEREON MAGNVM Galeni. Caput 169.

OPtimum Rheumaticis, Arteticis, Aſthmaticis, tusſientibus, facit ad cãs pectoris & pulmonis, Phlegmonem ſtomachi digerit, Digeſtionem procurat, frigiditatẽ & dolores in eo factos amputat, Hepaticis, Spleniticis, Hydropicis maxime Ictericis conuenit, Hypochondriis tumentibus, renũ & ueſicæ affectionibus utilisſimum eſt, menſtruis imperat, Quartanarios, & quotidianarios typos emendat. Recipe Narduſtachyos, Amomi, Melanopiperis, Marathri ana drac.8. Zingiberis, Hyſſopi, petroſelini, Leucopiperis ana unc.3. Croci, Casſiæ, Hedichroi, Epithymi, Helenii, Betonicæ, Pegani, Sinoniameos, Seſeleos, libyſtici, ana unc.1. mellis quod ſuffi-

cit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

DIA' BVTYRVM minus. Cap. 170.

QVod facit ad tussem & ad rheuma pectoris & constipationem eius, quàmaxime proficit Pleuriticis ad maturandum atque purgandum rheuma. Recipe Butyri recẽtis sine sale, Glycyrhizæ, carnium Dactylorum, anethi, ana drach. 4. Cinnamomi, Spicæ, Pinearum ana drac. 3. zingiberis, anisi, fœnu græci ana drachm. 2. Caryophyllorum, Pyrethri, Carui, libystici, seminis lini, ana unciam unam, mellis quod sufficit. Confice confectura iam proxime prodita. dentur de eo drach. 3.

DIA' TRION PIPEREON MINVS Caput. 171

QVod peculiariter facit ad omnem imbecillitatem Stomachi, & dolorem ex frigiditate & uentositate factum tanta celeritate emendat, ut quasi quoddam magicum esse uideatur, phlegma & apostematum humores potenter desiccat, nephriticis unice subuenit, menstruis imperat, & typos quartanarios paragorizat. Recipe Caryophyllorũ, Folii, zingiberis, amomi, petroselini, dauci, Helenii, asari, Hyssopi, Cyperi, anisi, apii, Seseleos, ameos, Costi, Spicæ ana drach. 4. Leuçopiperis, Melanopiperis ana drach. 3. Macropiperis drach. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Paulus li. 7. c. 11. addit ad tria genera piperis Anisum tantum Zingiber, & thymum Similiter Aetius lib. 9. ca. 24.

DIA' CIMINVM magnum. Cap. 172.

OPtimum ad omnes frigiditates capitis pectoris, stomachi, tusses ueteres & recẽtes compescit, Stomachum ad digerendum componit, hepatis & splenis emphraxin solum, uentositatem interaneorum compescit, & Typica frigora cum de-

coctione carui emendat. Recipe Cimini pridie in aceto infusi & sicci drach. 100. Cinnamomi, Caryophyllorum ana drach. 30. zingiberis, Melanopiperis ana drach. 25. Galangæ, Tymbræ, Calaminthes ana drac. 20. Nenoche, Libystici, ana drac. 15. & semis, Macropiperis drach. 12. nardi, Caryos myristici, id est nucis muscatæ ana drac. 10. mellis quod sufficit. Dosis eius drac. 3. cum uino decoctionis Pegani.

Nenocha & nenucha reperitur idē ualere quod Ammi. S. Genuates.

DIA' PYRETHRU MONOIDES Minus. Cap. 173.

QVod facit ad omnes frigiditates, appetitum excitat, nauseam stomachi compescit, renes debiles confirmat, Venerem potenter irritat, Coli dolorem placat. Quotidianarios, & quartanarios paragorizat. Recipe pyrethri optimi drac. 100. Detur in modum nucis ponticæ, his qui senili molestantur humore, mellis quod sufficit.

DIA' CIMINU MINUS. Cap. 174.

VTilissimum arteriacis, Dyspnoicis, tussientibus: dolorem & uentositatem stomachi emēdat, digestionem procurat, & anhelitum bonum facit. Recipe Cimini drac. 50. cinnamomi, Nardi, zingiberis, Melanopiperis, Ambræ ana drac. 10. Iridos, Cyperi, cardamomi, seminis pegani, Libystici ana drach. 5. mellis quod sufficit. Datur in modū auellanæ dormiturienti.

DIA' PYRETHRU MAGNUM pyroticum. Cap. 175.

Si diuinare licet pro Pyrotico Pyrrhonis legendum censemus.

QVod paratur asthmaticis tussientibus, & ad omnem frigiditatem & dolorē stomachi, pectoris, & splenis, & renū lapides frangit, Dysurian & Stranguriā soluit, & menstruis imperat. Recipe Pyrethri noui purgati drach. 100. Cinnamomi,

Spicæ, Anisi, seminis marathri ana drachm. 23. mellis quod sufficit. Dentur de eo mane uel uesperi natura frigidis drach. 3.

DIA' ZINGIBEREOS magnũ. Cap. 176.

OPtimum cõtra omnes raucedines & arteriarum asperitates. Idoneũ est Asthmaticis, sicce tussientibus, Sitim & ardorẽ stomachi potenter emẽdat, pleuriticos & apostematicos purgat. Recipe zingiberis drach. 100. succi Glycyrhizæ, tragacanthæ, Penidiarum, seminis usualis Colocynthidos ana drac. 15. mellis uiolacei qđ sufficit. Datur in modũ auellanæ mane, uel in meridie in ore tenẽdũ.

DIA' CALAMINTHES magnum. Cap. 177.

HOc congruit ad frigiditatem capitis, & supercilii dolorem, Tussem & pituitam pectoris emẽdat, Frigiditatem & dolorẽ stomachi amputat, uentositatem interaneorum excludit, calculos frangit, & menstruis imperat. Quartanarios, & quotidianarios cum Diagridii scrupu. 2. & Euphorbii. 1. in modum nucis ponticæ ante duas horas accessionis in apozemate pegani uel rosmarini sumptum mirabiliter liberat. Recipe Calaminthæ, pulegii, Melanopiperis, Seseleos, petroselini ana drach. 54. Libystici drach. 18. seminis apii drach. 4. & semis, mellis qđ sufficit. Dentur de eo drac. 3. Alii addũt ameos, anethi, Thymi, Cinnami, zingiberis ana unciam unam.

DIA' ZINGIBEREOS minus. Cap. 178.

VAlentissimũ ad tussem & rheumatismos pulmonis, stomachi phlegmonem, pyrosin, & sitim compescit. Recipe zingiberis drac. 100. Zedoariæ, Marrubii uiridis ana drachm. 20. mellis despumati quod sufficit. Confice sic. Marrubium in

melle decoque & cola, & abiectis retrimentis inde puluerem terendorum tempera. dentur ex eo cum opus fuerit mane uel in meridie drach.2.uel.3.

DIA' CALAMINTHES minus. Cap. 179.

Vide plura apud Gal.4 de sanit. tuē. Auicen. Electuarium de Calamintha appellat. Et recipiũt Calaminthā fluuiatilem hoc est mētastrū. Addunt porrò & Calaminthā montanā ab alijs dictam Nepitam. Vide Aetium lib. 9.cap.23.

QVod pituitatem thoracis de capite descendentem extergit, tussientibus auxiliatur, Digestionem procurat, dolorem Stomachi, & cordis pulsum paragorizat, duritiem Hepatis & splenis soluit, lapides frangit, Vrinam prouocat & menstruis imperat. Recipe Calaminthes drach.18. Melanopiperis, Zingiberis, Hyssopi, Pulegii, Thymi, Lybystici, Seseleos, Petroselini, apii, ana drach.6. mellis quod sufficit. Datur in modũ auellanæ cũ uino: ut auidius sumatur in primo gradu additur cinnamomũ, in secundo Caryophylli, Galanga, Nardus, Anisus.

DIOSPOLITICVM magnum. Cap. 180.

HOc appositum est ad omnes causas pectoris, tussem antiquam placat, Stomachi dolorem & frigiditatem destruit, digestionem componit, Pleuriticis inquietudinibus mirificum est. Recipe Pegani, Hyssopi uiridiũ, Melanopiperis, Cimini ana drach.36. mellis quod sufficit. Conficitur sic, Ciminũ in acri aceto die & nocte infunde, & ad solem uel ad ignem sicca, & sic cæteris speciebus in subtilissimum puluerem redactis, deinde peganum, & Hyssopũ ad modum electuarii tempera & super sperso puluere cum sufficienti melle confice. Dentur ex eo cũ opus fuerit drach.3.uel.2.

ANNOTATIO.

ACTVARIVS loco Hyssopi, zingiber ponit, & addit omnino addendũ tantũdē Nitri. uide Gal. lib.6.de ualet.tuen. Recentiores recipiunt omnia in æquali pondere. Nonnulli ueterum accipiebant rutæ partes

tæ partes tres, & singulorum aliorum partem unam. Appellatur à quibusdã Dià peganu &c. E. de Ruta.

DIA' OROBV minus. Cap. 181.

HOc competit tussiẽtibus, Phthisicis, Peripleumonicis, & cibum auersantibus, & male concoquentibus. Recipe Orobi, Melanopiperis, Cassiæ, Helenii ana drach. 15. Iridos, Hyssopi, Pulegii, Ameos, âna drachm. 3. mellis quod sufficit. detur in modum auellanæ cum tepida.

ANNOTATIO.

ALIVD Diorobon, uide apud Actuarium in. c. de Antidotis iisdem uiribus cũ hoc præsenti pollẽs.

DIA' CITRV magnum. Cap. 182.

HOc optime congruit ad dolorem stomachi, nauseam compescit, digestionem procurat. Recipe carnium citri purgatarum drach. 30. zingiberis drach. 20. pyrethri drach. 15. Cinnamomi, Caryophyllorum ana drac. 10. mellis uiolacei quod sufficit. Conficitur sic, carnes citri bene contritas in aqua sufficienti in uase stagnato lento igne ad tertiam efferuefacito, deinde mel adde, & iterum bulli, donec inspissari incipiat, & amoto ab igne sic puluerem specierum subtilissimum adde, & cum spatula indesinenter exagitando optime commisce: cumq; bene commixtum fuerit, in marmoream tabulam uel ligneam oleo uiolaceo illitam effunde, & cum refrigeratũ fuerit conde, & usui reserua.

Dià lacchæ duas compositiones Iac. Manlius habet non parum diuersas, à Nicolai confectoris, licet in multis etiam conueniant.

DIA' LACCA magnum. Cap. 183.

APpositum est ad omnem frigiditatem Stomachi emphraxin: tumorem & duritiem Hepatis, & Splenis emendat, & ad omnia quæ hydropem minantur proficit Nephriticis & calculosis

ſubuenit & mẽſtruis impat. Recipe ſucci Glycyrhizæ drach. 18. Spicæ drach. 12. Coſti, Melanopiperis, ana drach. 10. Laccæ, Croci, Zingiberis, Galbani, Dauci, Seſeleos, Petroſelini, ana drach. 8. Calami aromati-ci, Caſsiæ ligneæ, Maſtiches, Bdelii, Carpobalſami, ana drach. 7. & ſemis, Cinnamomi, Caryophyllorũ, Amygdalarum amararum, rubeæ ana drach. 5. Aloes Hepaticę, Myrrhę, hyſſopi, Phu, Meu, chamępyteos ana drachm. 4. Balſami Thuris maſculi. Seſeleos ana drach. 3. Reubarbari, Schoenanthus, Polii ana drac. 2. Gentianæ, Ariſtolochiæ rotundę ana drach. 1. mel-lis quod ſufficit. Detur in modum auellanę cum apo zemate ſubſcripto, quod recipit Apii radicis fœni-culi & Troximæ ana drac. 1 c. Glycyrhizæ, Abſinthii, capilli Veneris, Hyſſopi, Calaminthę ana drachm. 3. Iridos, Eupatorii, Apii, ſeminis Libyſtici, ana drac. 1. Confice ſic. Omnia tuſa in aquæ lib. 3. infuſa ad me-dietatem decoquantur, gnauiterq; colentur, & uſui reſeruentur.

Nicol. impreſſus pro rubea rutã legit.

DIA' CITRV minus. Cap. 184.

VTilisſimum ad digeſtionem ſtomachi, Vomi tum abſcindit. Recipe Rhodoſtomatis drac. 300. corticis Citri uiridium cum modico de carnibus drach. 150. Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis, Melanopiperis ana drach. 20. Galangæ, Nardi, Pyrethri, Aniſi, ana drac. 10. mellis roſei quod ſufficit. Confice ſic, Cortices Citri minutim conciſos in Rhodoſtomate lento igne ad tertiam feruefcant, deinde melle ſufficiẽter adhibito iterum ad eiuſdem mellis ſpiſſitudinem bulli, ad ultimum uero pulue-rem ſpecierum adiunge & bene commixtum in opti mo uaſe conde. Dentur de eo drach. 3. poſt prandiũ & poſt cœnam.

ANNOTATIO.

DIACItri non Antidotum Actuarius appellat, idest è citrinis factū. Et pro Rhodostomate Ruellius stillaticium rosarum liquorem reposuit, ut iam certū uideri posit Rhodostoma esse aquam rosaceam.

DIA' LACCA minus. Cap. 185

QVod omnes obstructiones stomachi, Hepatis & splenis aperit, uentositatem Hypochondriorum & interaneorum potenter emēdat, & omnia quæ minantur Hydropem. Recipe Laccæ drac. 15. Cinnamomi, reubarbari, costi, Casiæ ligneę, Aristolochiæ longæ & rotundæ, Carpobalsami ana drach. 3. Caryophyllorum, nucis muscatæ Cubebarum, Eupatorii, Gentianæ, Polii, Anisi, ana drachm. 3. mellis quod sufficit. Detur ex eo drach. 1. & semis cū apozemate supra scripto.

ANNOTATIO.

DIALACHAN uocat Actuarius & recēset omnia simplicia medicamenta, quæ Nicolaus repetit. Animaduertendumq; quod ubi Nicol. cubebas legit, Actuarium habere Carpesium.

DIA' SVLFVR magnum. Cap. 186.

QVod cōuenit Hæmoptoicis, & tussientibus, collectiones Thoracis ex catarrho factas, Empyicos & Pleuriticos optime purgat, Quartanarios & Quotidianarios omni celeritate curat, datis duabus aut ut plurimum tribus potionibus ante horam accessionis cum decoctione Pegani uel Cacrei. Recipe Thuris, Myrrhæ, Opoponacis, Sagapeni, Asæ, Opii, Cardamomi, seminis Hyoscyami ana drac. 18. & scrup. 2. Spicæ, croci, Tragacāthæ, sulfuris uiui, Aristolochiæ longæ, Euphorbii, Leucopiperis, & Melanopiperis, seminis Nasturcii, Costi drach. 7.

corticis Mandragoræ drach.4.Macropiperis drach. 1.mellis quod sufficit.Detur in modum auellanæ.

DIA' SVLFVR minus. Cap. 187.

Dia thiu, idest è sulfure antidotũ tertium. Vide apud Actuarium, ubi de uarijs scribit Antidotis.

HOc procliue est anhelosis, Suspiriosis, tussientibus: renum, coli & uesicę passionem placat, Typica frigora potenter emendat. Recipe Myrrhæ, Thuris, cardamomi, Macropiperis, Hyoscyami seminis ana drach.12.Croci, Opii ana drach. 10.Sulfuris uiui drach.6.Costi, Aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ, Euphorbii ana drach.2.mellis quod sufficit.Dosis eius drach.3.cum tepida.

DIA' RHODON Iulii. Cap. 188.

POtentissimũ Arteriacis, Asthmaticis, Dyspnoicis, tussientibus, & ad omnia quæ ex frigida causa pectori & pulmoni nocét, stomachi debilitatem confortat, Anatropam reuocat, dolorẽ mitigat, cardiacis summum remedium est, Hydropicis & spleniticis medetur, debiles renes confortat, refrigerata calefacit, & perditam uenerẽ miro modo reducit. Recipe cinnamomi, caryophyllorum, Anthophali, Galangæ, Nardi, zingiberis carnis dactylorum ana drach.3.ligni Aloes, reubarbari, nucis myristicæ, macis, Zedoariæ, Folii, Styracis ana drach.2.Pyrethri, cyperi, costi, Iridos, Celticæ, Tragacanthę, Anacardi, cardamomi, Amomi, Anisi, seminis basilici ana drach.1.& semis, ossis Eboris, ossis de corde cerui, ossis dactylorum, Corallii, Thymi, Thymbræ, Hyssopi, Abrotani, Melanopiperis, Leucopiperis, Macropiperis, Amei ana drach.1.Limaturæ auri puriputi, & argenti meri, Margaritarum perforatarum & integrarum, Hyacynthi, Berilli, Blactii bisantis, Ambræ, Moschi, Balsami, ana drach.semis, mellis quod sufficit. Confice sic, Carnes dactylorum purgatas à cru-

Anthophylli sunt Garyophylli maiores.

Celticæ, hoc est spicæ celticæ.

ſtulis ſuis, diutisſime tere, & cum Styrace in calidisſi-
mo melle indeſinenter ſubige, cumq; ad unum cor-
pus redactum fuerit, per rarum linteolum accuratisſi
me cola, hoc toties fac donec uirtutes ſpecierũ mel
reſipiſcat quod elicitur, & abiectis retrimẽtis ſuccum
mellitum ſerua. Margaritas autem Berillum & Hia-
cynthum, & Corallum quater in marmorea pila tere,
& cribrata in ſubtilisſimum puluerem redige, & ſic in
ſufficienti rhodoſtomate per totum diem uel noctẽ
macera, ſequẽti uero die inter duo lenisſima marmo
ra tãdiu ducito, donec nullus pulueris ſtrepitus per-
cipiatur. Deinde oſſa dactylorũ migmata teſta fictili
incende, & cum Eburneo oſſe tere, donec inde ſub-
tilisſimum puluerem confeceris, cæteras autem ſpe-
cies ſimul tere & cribra, & cum ſucco carnis dactylo-
rum & ſtyracis tempera, & ſic puluerem osſis dacty-
lorum & Eboris admiſce. Deinde margaritarum pul
uerem cum ſufficienti roſeo melle, ſicut & aurum &
argentum ſubtilisſime limatum cõfectioni adde. Ad
ultimum uero Ambram, Moſchum, in calido Balſa-
mo ſoluta ſuperfunde, & omnibus bene cõmixtis in
uitreo uaſe conde miſcellã hanc, & uſui reſerua: doſis
eius drach. 3. mane uel ueſperi cũ uino ſeu cũ calida.

DIA' RHODON magnum. Cap. 187.

OPtimum ad calorem ſtomachi Hepatis, Sple
nis, Pulmonis & totius corporis. Proficit car
diacis, diaphoreticis & ſtrangurioſis, omnes
debilitates ex calido prouenientes potenter aufert.
Recipe roſarũ drach. 6 c. Sandali albi & rubri drach.
1. Spodii, Reubarbari, Croci, ſucci Glycyrhizæ, Ma-
ſtiches, Tragacanthæ, ligni Aloes, Cinnàmomi, Ca-
ryophyllorum, Spicæ, Galliæ moſchatæ, Xylobalſa-
mi, Schœnanthus, Carpobalſami, Cardamomi, baſi-
lici, ſeminis fœniculi, ſeminis citruli, Melonis, Cucur

Sandali for taſſis drach. 7.

bitæ ana drach.109.Camphoræ ſcrupu.4.Syrupi roſacei quod ſufficit.Detur mane & in meridie,aut cum opus fuerit cum frigida.

DIA' RHODON Gileui. Cap. 190.

FAciens contra colyricam paſſionem, & omnẽ totius corporis, emphraxin hepatis aperit,Ictericis,Pththiſicis,cardiacis,& Diaphoreticis inſigniter prodeſt.Recipe roſarum drach.20.Sandali rubei & citrini ana drachm.12.Sandali albi,Spodii ana drac.8.Cinnamomi,Caryophyllorũ,ligni aloes, reubarbari,macis,croci,Spicæ,uiolarum ana drac.4. Berberis,Ozimi,Aniſi,Marathri,ſeminis portulacæ, Lactucæ,ſeminum citruli,melonis,cucurbitæ purgatorum ana drach.3.margaritarum,Galliæ moſchatę, nucis myriſticæ,Glycyrhizæ,aſari,maſtiches, Tragacanthæ,Cardamomi,amei ana drach.2.Camphoræ ſcrup.3.moſchi ſcrup.2.Syrupi Gileui quod ſufficit. Datur mane & ueſperi cum frigida.

DIA' MILON magnum. Cap. 191.

HOc accommodatum eſt ad diuerſas diſtemperantias ſtomachi,appetitum irritat,digeſtionẽ procurat,nauſeam compeſcit, olentes ructus aufert,ex lõga ægritudine debilitatos reficit,pulchrũ colorem uindicat,& hilaritatem inducit.Recipe malorum dulciũ,Rhodoſtomatis,ideſt aquæ roſeæ ana drach.36.Saccari drach.50.Cinnamomi,Caryophyllorum,Macis,Zingiberis,Glycyrhizæ ana drach.20. ligni aloes,Galangæ,nucis myriſticæ,Spicæ, zedoariæ ana drach.10.Cardamomi, Carui, Aniſi, ſeminis Baſilici ana drac.2.mellis roſei quod ſufficit.Confice ſic. Mala intus & extra purgata in modum electuarii trita,in Rhodoſtomate & ſufficiẽti melle idonea de-

coctione decoque, cumq; ad mellis cõsistentiam inspissata fuerint, puluerem terendorũ appone & optime commisce. cumq; permixtũ fuerit in pilam marmoream infunde & addito Saccaro sine intermissione contere & in optimo uase conde. Dentur de eo drachmæ tres, mane uel uesperi, aut quoties opus fuerit.

DIA' PENIDION magnum. Cap. 192.

HOc opitulatur Asthmaticis, arteriacis, sicce tussientibus, Vocem perditam ex calido perfecte reparat, Peripleumonicis subuenit. Recipe Penidiorum libram unam, Pinearum, Amygdalarum purgatarum, seminis Papaueris albi ana drac. 20. Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis, succi Glycyrhizæ, Tragacanthæ, Gummi Arabici, Amyli, seminum Citruli, Melonis, Cucumeris, Cucurbitæ purgatorum ana drachm. 10. Camphoræ scrupul. 3. Syrupi Violacei quod sufficit. Confice sic, Penidiæ cum syrupo lento igne aliquantulum bulliant, & inde puluis terendorum temperetur. Detur mane & sero cum tepida.

Dià penidiõ hoc Antidotum Actuarius depingit inter antidota licet mutilũ, quẽ locum licet resarcire ex Nicolao.

DIA' MELON minus. Cap. 193.

QVod conuenit febrientibus, Phthisicis, ad caliditatem stomachi & sitim optimum est. Recipe Rhodostomatis drach. 300. Malorũ dulcium drach. 150. Saccari drac. 100. Sandali albi & rubei, succi Glycyrhizæ, rosarum ana drach. 12. Citruli, Melonis, Cucumeris, Cucurbitæ ana drach. 9. Syrupi Rosacei quod sufficit. Conficitur sic. Mala intus & extra purgata cum Rhodostomate lento igne ad tertiam decoque, & cum cocta fuerint in pila marmorea in modum electuarii tere & ea resi-

duo Rhodostomati commisce, & sufficienti syrupo adhibito lenes ad prunas quātū res exigit, decoque: & cum spissari cœperit in marmoream pilam & addito puluere saccarum indeficienter commisce, & tepefactum uase optimo conde, usuiq; reserua. Dentur de eo drach. 3. mane & uesperi.

ANNOTATIO.

ACTVARIVS loco citato describit hoc Antidotum, & rursum pro Rhodostomate Ruellius reposuit liquorem rosarum stillatitium: pro. 12. drach. santali & saccari &c. 9. legit. Proq; seminibus Melonis cucumeris &c. Cardamomi, galangæ nucis moschatæ, spicæ, zudaris ana drach. 1. sem. basilici drac. dimidiam.

DIA' PENIDION minus. Cap. 194.

Dia penidiō tertium quære inferius in litera. P.

FAciens ad uulnera quę intrinsecus maturanda sunt, omnes putredines expurgat, & constipata pectoris mollit. Recipe Penidiorū drach. 80. Papaueris, zingiberis, Tragacanthæ, Pinearū purgatarum, Amygdalarum, Anisi, seminis Citruli, Melonis, Cucurbitæ, ana drach. 12. Spicæ, croci ana dra. 6. mellis rosei quod sufficit. Detur mane & uesperi cum tepida.

DIAMICONIVM magnum. Cap. 195.

MIrabile hæmoptoicis, tussientibus, phthisicis ex catarrho factis, Vomitum aufert, nauseā compescit & uentris fluxum sistit. Recipe conidionis albi drach. 100. Macis, Amyli, Anantis florū ana drac. 15. Caryophyllorū, croci, Boli ana drac. 10. Cynnamomi sanguinis draconis, seminis Arnoglossæ ana drach. 8. Syrupi rosei quod sufficit. Dentur de eo drach. 3. Hæmoptoicis, cum uino infusionis, Hæmatitidis pulueris, Cœliacis cum Rhodostomate

in quo Cici confracti & decocti fuerint.

DIAMICONIVM minus. Cap. 196.

VTile contra omnes acutas febres præter Lethargum, somnum inducit & calorem deponit, sitim temperat, & urinam prouocat. Recipe Conidionis albi drach. 80. succi Glycyrhizæ, seminis citruli, Melonis, Cucurbitæ ana drac. 20. Camphorę drach. 1. Syrupi uiolacei quod sufficit. Dentur de eo drach. 3. cum frigida.

Cici est Croton siue Ricinus Mauri Kerua, alij Catapuciam maiorem. Vide Diosc. li. 4. cap. 158.

DIACHLORIZON. Cap. 197.

HOc competit ad Catarrhum & faucium repletiones, & cui pus in pectore residet. Peripleumonicis, sicce uel humide tussientibus & qui aridum os uel stomachũ sentiunt. Recipe Tragacanthæ albæ drac. 100. succi lini, & fœnigræci, succi Glycyrhizæ ana unc. 6. Caryophyllorum, Cinnamomi, Spicæ, zingiberis, Pyrethri, Carui, ana unc. 2. Thymi, Hyssopi, Calaminthæ, Polygonii, Macropiperis, anisi, Marathri ana unc. 1. mellis quod sufficit. Dabis ex eo ieiuno uel post cibos cochleare uno.

DIACODION GALENI. Cap. 198.

OPtimum ad rheumatismũ acrem qui in Tracheam arteriam & pulmoné descendens cõmouet tussem, Phreniticis & uigilãtibus somnum præstat, Febrientibus refrigeriũ, & in fluxu uentris aneticam constrictionem. Recipe capitum papaueris non nimis uiridium neq; ex toto siccatorũ. 150. Rosarum drach. 28. Croci, Acaciæ, ligni Glycyrhizæ ana drach. 9. mellis rosei, & aquæ pluuialis quod sufficit. Confice sic. Capita papauerum integra & Acaciam & Glycyrhizam contritam, pluuiali aqua sufficiente per biduum infunde, tertio uero die lento igne

ad medietatem decoque & cola, & abiectis retrimentis & melle adhibito iterum ad eiusdem mellis spissitudinem bulli, & in uase uitreo conde, dentur de eo drach. 4. aut. 6.

ANNOTATIO.

Διὰ κωδειῶν à Codiis, ideſt capitibus papauerũ dicitur. differunt autem Meconium, & Opium: Succus enim & Meconion uocatur, qui decocto uel crudo papauere exprimitur. Lac uero & opium quod inciso caule manat è papauere nigro cum turgescit.

DIA' CODION Citonos. Cap. 199.

HOc competit Phthisicis, Empyicis, Pleuriticis, tussem humidam mirabiliter adstringit, & somnum reconciliat. Recipe capitum papaueris. 200. mellis libr. 2. Sapæ. 1. Glycyrhizæ, Amyli ana drach. 20. Styracis optimi, Tragacanthæ, Croci, Acaciæ, ana drach. 10. Opii drach. 2. Aquæ pluuialis quod sufficit. Cõfice sic. Capita papaueris integra, & cætera contrita in aqua sufficienti per biduum infunde, tertio uero die lenes ad prunas ad medietatẽ decoque, & per sacculum cola, & abiectis retrimentis melle & sapa adhibitis iterum ad spissitudinem decoque, & uase conditum usui reserua.

DIA' STROBILON. Cap. 200.

Strobili sũt nuclei pinei.

VAlet ad frigiditatem & rheumatismũ pectoris & pulmonis, Stomachum debilem cõfortat, Vomitum abscindit, appetitum irritat, digestionem procurat, ex longa ęgritudine debilitatos reparat, & decoloratos ad bonum colorem reducit. Recipe Strobilorum purgatorũ drach. 200. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Zingiberis ana drach. 20. ligni Aloes, Nardi, Zedoarię, Glycyrhizę, Melanopiperis, ana drac. 15. Macis, nucis myristicæ,

Aliptæ, Xylobalsami, Cardamomi ana drachm. 10. Moschi drac. 1. mellis rosei quod sufficit. Cõfice sic. Strobilos purgatos integros cum melle ad spissitudinem bulli, cumq; conspissari cœperit, specierũ pulverem superinfunde, & cum spatula bene commisce, ad ultimum Moschum in Rhodostomate solutum adhibe, & uase optimo absconditum usui reserua.

DIA' COSTV. Cap. 201.

HOc prodest ad dolorẽ stomachi & hepatis, quinetiam Hydropicis, Spleniticis, Nephriticis & stranguriosis optimum est. Recipe asari, Anisi, Apii ana drach. 33. Schœnanthus, myrrhæ, Melanopiperis ana drach. 20. Costi drach. 18. Cinnamomi, Casiæ ligneæ ana drach. 15. & scru. 2. mellis quod sufficit. Dosis eius drac. 3. cum uino calido.

Codex impressus addit Reubarbari, Croci, aristolochiæ long. & rot. scr è pondus duplũ uniuscuiusq; ad proportionẽ costi.

DIA' TRION HERODIS REGIS VTIlius Dià trion Galeni. Cap. 202.

HOc utile est ad frigiditatem & dolorem Stomachi, digestionẽ ꝓcurat, emphraxin Pneumatosin Hepatis, Splenis, & omnium interaneorum soluit, matricis & uesicæ affectũ componit. Recipe Melanopiperis, & Macropiperis ana drach. 28. Zingiberis, Costi, Hyssopi, Leucopiperis, Carui, Petroselini, Libystici, Sileris ana drach. 9 mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida seu cum uino.

DIA' THYMV. Cap. 203.

OPitulatur ad raucedinem & rheumatismum pectoris & pulmonis, tussim antiquam & recentem placat, frigiditatẽ & emphraxin Stomachi, Hepatis, & Splenis curat, Pleuriticis & apostematicis subuenit. Recipe Thymi, Serpylli, Calaminthe, Hyssopi, Glycyrhizæ, Reupontici, Tragacanthæ, Melanopiperis Macedonici ana drachm. 28.

Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, Zingiberis, Pyrethri, Mastiches, Carui, Pulegii, anisi, Anethi, ana drach. 18. & scrup. 2. Costi drac. 2. mellis qđ sufficit. Dosis eius in modum nucis Myristicæ cum tepida.

DIA' PHOENICON. Cap. 204.

QVod pectus, stomachum, pulmonem, Hepar & splenem optime sine molestia purgat, colorem bonũ decoloratis reddit. Recipe carnium dactylorum drachm. 100. Diagridii, zingiberis, ana drach. 28. Cinnamomi, Galãgæ, Spicæ, ana drac. 18. & scrupu. 2. Caryophyllorũ, Zedoariæ, Glycyrhizæ ana drac. 9. Moschi scru. 1. mellis qđ sufficit. Detur in modũ auellanę post prandium & post cœnã.

DIA' PIPEREOS. Cap. 205.

AVxiliatur pulsui thoracis & iis q̃bus pulmo tumet. Phlegma spissum soluit & indigestũ: Hepaticis, Pleuriticis omnibusq; apostematibus ex infrigidatione factis subuenit, Spleniticis ad hydropem uenientibus, Nephriticis, Calculosis, & stranguriosis medetur. Recipe Cinnamomi, Zingiberis, Croci, Styracis, Casiæ, Galbani, Myrrhæ, Macropiperis, & Melanopiperis ana drach. 7. Nardi, Castorei ana drach. 4. mellis quod sufficit. Detur in modum nucis ponticæ.

DIA' THYMBRAS. Cap. 206.

APtum est ad multa: caput confirmat, arterias purgat, uocem clarificat, pituitã thoracis subtiliat, spiritales poros pulmonis aperit, Stomachum erigit, Digestionem procurat, uentositatem eructuando expellit, emphraxin, Hepatis, renum & Vesicæ soluit, lapides ubiq; frangit, menstruis imperat, & enixæ purificationem præstat. Recipe Cinnamomi, Nardi, Thymbræ, Cardamomi, Anisi, seminis Abrotani ana drach. 12. Caryophyllorum, zingiberis, Amomi, Carui, Dauci, Melanopiperis ana drach.

9.zedoariæ, Pyrethri,fœnigræci, Amei,Sinoni, Marathri ana drach.6.Schœnanthus drach.11. Calami aromatici,Balsami,succi Glycyrhizæ,Mastiches ana drach.4.mellis quod sufficit.Detur in modum auellanæ cum tepida.

ANNOTATIO.

SINONVM, Simon interpretatur Petroselinũ agreste. Syluaticus,petroselinũ Macedonicum, quia Dioscor.adserit Sinonum esse minutum semen simile apio,nisi quod oblõgum & atrum,gustu calidum & diureticum sit, unde apparet Antiquaculos Sinonum appellare quod Diosc.Petroselinõ.lib.3.c.75.

DIA' SPERMATON Maurentii. Cap. 207.

HOc accommodatum est ad grauedinem & uertiginem capitis,faucium tumorem & dolorem,suspirium & stridorem pectoris anhelosi emendat,uocem interceptam instaurat,dolorem stomachi & duritiem & cibi incontinentiam medicatur.Splenis,Iecinoris & omnium interaneorum dolorem & distentionẽ amputat.renum & uesicæ ægritudines frequẽter datum emendat. Veneri medetur ex debilitate renum prouenienti,dolorẽ matricis ex uentositate factum mitigat,menstrua prouocat,abortientes & enixas optime purgat.Recipe Leucopiperis drach.9.zingiberis drachm.8.Caroi, libystici,ana drach.6.Petroselini macedonici,Amei, Fœnigræci ana drach.2.mellis quod sufficit.Dentur in modum auellanæ cum tepida.

DIA' SATYRION. Cap. 208.

OPtimum ad omnes debilitates renum,libidinem potenter prouocat,& ex aliqua occasione perditam sine mora restaurat. Recipe Satyrionis testiculorum radicum uiridium,Bauciæ,pinearum enucleatarũ ana drach.10.zingiberis,Anisi,

seminis Erucæ ana drach.50. Cinnamomi, caudarum Scingi uiridium, seminis bulbi ana drach.20. Moschi drach.1. mellis quod sufficit. Cõfice sic. Testiculos & Baucias in modum electuarii trita in melle decoque, & caudas Scingi, & seminis Bulbi purgati cum modico melle bene contrita decoctioni adde, & ab igne deposito puluerem terendorum immitte, & diu terẽdo optime commisce, cumq; tepefactum fuerit uase idoneo conde, detur ex eo mane & uesperi, cum condito uel careno.

Scingus quẽ officinæ Stincum appellant est Crocodilus terrestris, de quo agit Dioscor. lib. 2. c. 59.

DIA' HYSSOPV. Cap. 209.

HOc accommodatum est ad capitis querelam ex frigido, uuam exiccat, arterias purgat, tussem compescit, omnes frigiditates pectoris & stomachi emendat, digestionem procurat, Pleuriticis, & Empyicis mirabiliter opitulatur. Recipe hyssopi, Iridos, Thymi, Melanopiperis ana drach.20. Glechonis, Thymbræ, Hygru Pegani, Cimini ana drach. 20. carnis Dactylorum, Tragacãthæ, passularum enucleatarum, seminis marathri ana drach.10. Zingiberis, anisi, Carui, libystici ana drachm.5. mellis acapni quod sufficit. Dosis eius drachm.3. mane uel uesperi cum uino seu cum tepida.

Peganu hygræ, id est humidæ, uel uiridis rutæ.

DYSPNOEA. Cap. 210.

HOc cõuenit ad rheumatismũ capitis, Asthma, & suspirium emendat, Tracheam arteriam & spiritales poros purgat, dolores pectoris mitigat, & tussem potenter arcet. Phthisicis, Peripleumonicis, & Empyicis peculiariter medetur. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorũ, Spicæ, Pyrethri, Mastiches, pulegii, saturegię, anethi, Macedonici, ana drac. 12. Costi, Reupontici, Glycyrhizę, Tragacãthæ, Calaminthę, Thymi, Melanopiperis ana drach.8. Galangæ, nucis Myristicæ, Croci, zingiberis, zedoariæ, Iridos, Styracis rubri ana drac.4. mellis qđ sufficit. De-

tur mane uel uesperi in modũ auellanæ cum tepida.

DAVID REGIS POTIO MVLTORVM sapientia & medicorum consilio inuenta. Cap. 211.

EST autem probatissima & mirabilis ad multas infirmitates. Adeoq; Maniacis, Melancholicis, & Epilepticis qui spumant & dentibus stridẽt, Hæmoptoicis, phthisicis, & Peripleumonicis auxiliatur, Iliosis cum celeritate subuenit, ut una potione uirorum & mulierum uentositatem expellit, Nephriticis, & Ischiadicis subuenit, calculos frãgit, mẽstruis imperat, Syringem desiccat, podagricos bibita iuuat & nolentibus accipere locis dolentibus inuncta mirabiliter operatur. Recipe Sagapeni drach. 16. Cinnamomi drach. 13. Opii drach. 12. ligni Aloes, Folii, Spicæ, Croci, Xylobalsami, Pyrethri, Casiæ fistulæ, Aristolochiæ lõgæ, Myrrhæ, Cardamomi, Amomi, Carui, Dauci, Cretici, Apii, granorum Solis, Sinapis, Hyoscyami, ana drachm. 9. Zedoariæ, Asari, corticis Mandragorę, Melanopiperis ana drach. 4. mellis qđ sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

Syringem Neoterici ulcus fistulosum seu fistulam uocant.

DELIVRVS. Cap. 212.

QVæ inuenta est in Palatio Constantini magni Imperatoris, & cõsueto more nunquam non à * Basilico medico pręparabatur. Opitulatur autem caducis, Epilepticis, dolorem dẽtium aufert, & quasi ferro extirpari faciet si inuncti de ea fuerint, Asthmaticis, suspiriosis, & tussiẽtibus medetur, stomachi dolorem, fastidiũ, & nauseam ꝓhibet, Ictericos, & Dysentericos curat, Hepaticis, Nephriticis, & Stranguriosis potenter subuenit, Ilii dolorem mitigat, calculos frangit, menstrua prouocat, quotidianarios & quartanarios ante horam accessionis bibita, mire sanat. Recipe croci drach. 16. Dauci cretici

δήλιουρος Antidotus eẽ dicta uidetur à Delio. i. Apolline & secundo flatu. Nam οὖρος flatum uel uentũ secundum, & fœlicem significat.

** Basilicus uel Basilius medicus Cõstantini Cæsaris.*

drach.14.Sileris mõtani drach.12.Opobalsami dra. 9.Costi,Calami aromatici,Rosarum, Cardamomi, Carpobalsami,Leucopiperis,petroselini ana drach. 6.Spicæ, Casiæ, zingiberis,Pyrethri,Phu,Meu, Castorei,Sagapeni,fœniculi,Anisi,seminis rutæ,Amomi,Euphorbii,Hyoscyami,apii ana drachm.4.Opii drach.3.mellis quod sufficit.Dosis eius in modũ nucis myristicæ,febrientibus cum tepida non febrientibus cum uino.

DIA' LIBANV. Cap. 213.

Libanos thus & arbor thuris à Græcis dicitur, non Olibanus.

VTile ad diuersas passiones capitis,Hæmicranicum dolorem & supercilii placat,lacrimas potenter stringit,Fauces rheumatizatas & arterias lenit, Hæmoptoicis & tussientibus medetur, uomitum compescit,dolorem stomachi & nauseam aufert.Peripleumonicis,Pleuriticis,empyicis sine dubio subuenit,Gonorrhœam & satyriasin emendat,& menstrualem sanguinem sistit.Recipe castorei,Opii, seminis Hyoscyami ana drach.19.Casiæ drachm.16. Folii,Croci,Thuris masculi ana drach.12.Reupontici,Amomi ana drach.10.Myrrhæ drach.9.Spicæ, Pyrethri,radicis Peoniæ,Styracis Calamitæ,Macropiperis ana drachm.6.Euphorbii,Leucopiperis ana drach.5.mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Codex impressus habet casiam ligneam.

DIA' CASIAS. Cap. 213.

COnueniens suspiriosis,phthisicis & Empyicis: auxiliatur Hæmoptoicis & tussientibus:Stomaticis,& cardiacis uno momẽto salutẽ prçstat,pleuriticis peculiariter medetur.Fluxum uentris sistit,Nephriticis, Colericis, & Stranguriosis subuenit,uitia matricis emẽdat,& Typicos rigores placat. Hac Theodosius Imperator celeberrimus ad dolorem stomachi utebatur.Recipe Casiæ fistulæ drach. 16.Spicæ,Costi,Styracis calamitæ, Castorei, Galbani,Opii,

ni, Opii, Melanopiperis ana drac.8. Cinnamomi, Caryophyllorum, Acori, myrrhæ, macropiperis, Cimini, Anisi, Amomi ana drachm.7. mellis quod sufficit. Dosis eius drach.3. cum tepida.

ANNOTATIO.

MACHYR Arabes, Macerem uulgo Macem dictam significat, quam nonnulli dicunt esse Corticem nucis moschatæ, quod uerum est.

DIA' MACHYR. Cap. 215.

Hoc appositum est ad Dysentericos, Lientericos ad Tenesmon & ad omnes conatus audacter datur. Recipe Macis, Cicidæ, Balaustiorum, ana drach.9. Styracis, Myrrhæ, Opii, Acaciæ, Hypocisthidos, roris Syriaci, rhodoxeron ana drach.4. & semis, Libani, Coralli, Arnoglossæ, succi cimarum rubi ana drach.2. mellis quod sufficit. de quo patiens accipiat drach.3. cum calida sedens in solio uel in tina in cuius aqua bullierint cortices mali granati aut florũ eius lib. semis, Hypocisthidos, Polygonię, plãtaginis, Cimarũ rubi, Agrimoniæ, Marathri, foliorũ Myrrhæ, Oleastri, Lauri, Rorismarini, caliculorũ Citonii & Lentisci ana manip.1. & tãdiu patiens ibi sedeat, quandiu uaporẽ eius sustinere potuerit, & hoc ter faciat aut quater.

Nam Macis extra in nuce myristica nascitur. Cicidam Gallam appellat Nicolaus Rhodon xeron, idest rosarum siccarum.

DIA' CISSV. Cap. 216.

Optimum ad Paralysim linguæ, quæ contingit ex percussura facta ita, ut non loquatur & ad Epilepsiam iuuat. Recipe Opucissu drac. 16. Costi, Myrrhæ, Castorei, Opoponacis, Antimonii, radicis Peoniæ & Diptami, Macropiperis ana drach.8. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum succo saluiæ.

Cisson hederam & Oponcissu succum hederæ appellat Nicolaus. Vide Dioscor. lib. 2 c. 171.

DIA' CERASEON. Cap. 217.

Qvod conuenit ad Choleram, Stomaticis & Hepaticis prodest, Recipe succi Cerasorum

lib.4.mellis lib.1. Diagridii drach.28. Cinnamomi, Mastiches ana drach.4. Confice sic. Succus cum melle lento igne ad spisitudinẽ decoquatur, & inde puluis terendorum temperetur. Dentur de eo drach.3. mane patienti & ieiunet horis tribus.

DIA' MARATHRV. Cap. 218.

Aetius describit lib.3 ca.94. Cuius titulus Dià marathrum, idest per fœnicutū quod passim conficitur.

EXpertum, celeriter purgans uentrem, & sine periculo. Recipe Diagridii drach.16. succi Marathri drach.12. Epithymi drach.10. Zingiberis, Leucopiperis ana drach.8. Macedonici drach.6. Ellebori nigri drach.2. mellis qđ sufficit. Dentur de eo drach.3. mane cum tepida.

DIA' BVLBON. Cap. 219.

FAciens Arteriacis, Phthisicis, tussim lenit & thoracem purgat. Recipe Bulbi mundati & cocti drach.54. Iridos, Hyssopi, Melanopiperis ana drach.6. Croci drach.3. mellis heminam unã, Aceti semis. Cõfice sic. Mel & acetum lento igne ad spisitudinem decoque, & inde bulbos in modũ electuarii tritos cum puluere terendorum cõfice. Dabis de eo in modum nucis ponticæ eunti dormitum.

DIA' THIV APYRV. HOC EST EX Sulfure uiuo confectum. Cap. 220.

Philagrius. Sympeptica medicina dicitur quæ conducit ad coquẽdum. Apud Paul. lib.7. c.17.

HOc competit Asthmaticis, tussientibus & ad omnes typicas febres, quod Philagrius sympepticen appellauit. Recipe Melanopiperis drach.32. Costi, Casiæ fistulæ, Rutæ hortensis uiridis ana drach.10. Styracis, Myrrhæ Troglodyticæ, opii, Sulfuris uiui, Cardamomi, seminis Hyoscyami albi ana drach.8. Croci Euphorbii ana drachm.4. mellis quod sufficit. Datur ante horam accessionis cum pusca calida in modum fabæ Ægyptiacæ. Describitur accuratius ab Aetio lib.13. cap.110. & omittitur Euphorbium.

DIA' CAREON. Cap. 221.

OPtimum ad uulnerationem faucium & Synanchen. Recipe Corticis nucum uiridium lib. 6. mellis lib. 1. & semis, Smyrnes drach. 3. Croci, Omphacii ana drach. 2. Aluminis scissi drachm. 1. Coque sic. Succum cum melle in uase stagnato lento igne ad spissitudinem decoque cum puluere terendorum, & conditum usui reserua, cumq; opus fuerit, de eo palatum & fauces cum penna illine, aut cũ oxymelite ad gargarizandum dabis.

DIA' BISARA. Cap. 222.

EXpertum ad tumorem faucium & Synanchẽ, fluxum uentris stringit & menstrua erumpẽtia ultra modum naturæ, sistit. Recipe Cineris recentis pullorum hyrundinis unc. 3. Crocomagmatis, Thuris, Cassię, Rosarum siccarum ana unc. 2. Croci, Schœnanthus, stiptæ, idest Bisaræ, Iridos, Ammei, Anisi, Apii ana unc. 1. Nardostachii, Amomi, Alapsę ana drach. 1. mellis optimi quod sufficit. Dosis eius drach. 2. cum pusca calida seu œnomelite.

Dià Chelidonon Oribasius hoc Eclegma appellat à puluere hyrundinum.

ANNOTATIO.

BISARA aut Besara est ruta syluestris, ut Oribasius & Trallianus in cap. de Synanche testatur. Appellatur & besasa & harmala nominibus Arabicis, sed quibus tamen Aetius, Gale. Diosc. & alii Græci libenter utuntur.

DIA' MORON BATV. CAP. 223.

AMoris celsi sic appellatum, quod prodest ad omnes causas palati & gutturis, cadentẽ uuã subleuat & humorosam deficcat. Recipe succi mororum bati lib. 2. mellis lib. 1. Sapæ semis. Confice sic. Succum cum melle, & sapa in uase æneo stagnato ad prunas suauiter decoque, si autem uolueris scire utrum decoctum sit, pone de eo guttam unam super marmor & regirato in marmore si se retinuerit

instar mellis probe coctum est,& uase stagnato conditum usui reserua. Cumq; opus fuerit ex eo palatũ & uuam unge, aut gargarizandum exhibe.

DIA' SYCAMINON. Cap. 224.

HOc opitulatur ad tumorem faucium & ad indignationem palati & linguæ. Recipe succi mororum sycaminorum cotylas.6. mellis cotylam unam, aluminis scissi drach.4. Myrrhæ, Hypocisthidos ana drach.2. Croci, Acaciæ, ana drachm.1. Confice sic. Succum lento igne ad tertiam decoque, & addito melle iterum modicum bulli, deinde puluerem terendorum immitte, & bene commixtum conde, cumq; opus fuerit illine & ad gargarizandum exhibe.

ANNOTATIO.

SYCAMINEA mora apud ueteres uocabãtur mora nigra. Quę extãt apud nos, & uulgo Celsi mora uocantur, quæ recentes putant ob arboris celsitudinem celsi mora nuncupata esse. Sed apud antiquos absoluto uocabulo mora dicuntur, & cum mora dicuntur hæc intelligunt, quæ etiam appellant Sycamina, Musa in lib. de Syrupis.

DIA' PENTE. Cap. 225.

AVxiliatur Asthmaticis, tussientibus & omnibus affectionibus pectoris & pulmonis. Recipe Styracis optimi, myrrhæ, Tragacanthæ, Galbani, Opii ana drachm.6. balsami, aut olei nardini quod sufficit. Detur in modum auellanæ.

DIANTHVS. Cap. 226.

QVod fit de floribus Dẽdrolibani uiolarum & rosarũ ana. ualet tristibus, Macilentis, Cardiacis, multum letificat & conualescentes ex ægritudinibus miro modo confortat.6. pars confecta est lib.2. & semis. Recipe florum rorismarini unc.1. rosarum, uiolarũ, Glycyrhizæ ana drach.6. Caryo-

Dendrolibanus est Rosmarinus.

phyllorum, Spicæ, nucis moschatę, Galangæ, Cinnamomi, zingiberis, zedoariæ, macis, ligni Aloes, Cardamomi, Anisi, Anethi ana scrup.4. mellis quod sufficit. Datur mane & uesperi febricitantibus cum frigida, non febricitantibus cum uino.

DIA' PRVNORVM VEL DIA' DAmascenon. Cap. 227.

Dicitur à prunis quæ compositionem ingrediuntur. Datur acutas, & peracutas patientibus & maxime Causum & Synochũ in principio & augmento, & statu ægritudinis. cõfectio eius est lib.2. & semis. Recipe Prunorum Damascenorũ uiridium numero.100. quæ poni debent in uase stagnato & tantillo aquæ ut probe cooperiantur, bulliant donec dissolui uideantur, tunc ab igne deponantur, & cum aliquantulum infrigidata fuerint, ab aqua eximantur, & in cribro super catinũ posito pruna ponantur & manibus tãdiu fricentur, ut nihil præter ossa & cortices in cribro remaneant, in aqua autem illa in qua decocta fuerint pruna, ponatur, drach.1. Violarum, & iterum bullire permittatur, & exemptis uiolis ponantur ibi lib.2. Saccari, & lib.1. de pulpis prunorum, & coquantur ad spissitudinẽ, adde unc.1. Tamarindorum & Casiæ fistulæ medullæ unc.1. dissolutæ & colatæ cum supra dicta decoctione prunorum. Memento tamen ut in aqua prunorũ bulliat unc. semis Violarũ, ut dictum est: & cum ad perfectionem decoctionis peruenerit semper agitando cum spatula, postea superspargatur puluis subscriptarum specierum. Recipe Sandalorum alborum & rubrorum, Spodii, Reubarbari, Cinnamomi ana drach.3. Rosarum, uiolarum, seminis portulacæ, Scariolæ, seminis Berberorum, succi Glycyrhizæ, tragacãthæ ana drac. 2. seminum Citruli, Melonis, & cucurbitæ mundato-

rum ana drach.1.datur omni hora diei cum frigida sine Diagridio ad modum castaneæ. Si laxatiuum facere uolueris ponantur in unaquaque libra drach.7. Diagridii,quando ab igne deponitur.Datur in declinatione febrium laxatiuum ad purgationem in matutinali hora ad modum castaneæ cum aqua calida.

DIA' TRAGACANTHVM. Cap. 228.

A Tragacantho nomen accepit.Sanat autē omne uitium pectoris & pulmonis qđ fit ex calore & siccitate:maxime phthisicis, hecticis, Pleuriticis,Peripleumonicis & ad omnē tussim quę fit ex caliditate,uel siccitate,ad omnem linguæ & gutturis asperitatem conueniens,cum uero sumitur,tandiu in ore teneatur donec ibi dissoluatur: medietas est lib.2.Recipe Tragacanthæ albę unc.2.gūmi Arabici albi unc.1.drach.2.Amyli unc.semis,Glycyrhizę drach.2.seminis Melonis,Citri Cucurbitæ ana drac. 2.Penidiarum unc.3.Camphoræ scrup.semis, syrupi Violacei quod sufficit.Conficiendi ratio est ut semina cum aqua ponantur super Saccarum, tantum autē de aqua ut possit Saccarum cooperiri,& bulliāt usq; ad dissolutionem Saccari,postea colentur per pannū rarissimum,& colatum ad decoctionem syrupi coquatur,postea tundatur in mortario bene miscendo puluerem specierum.

DIA' IRIDOS. Cap. 229.

DIcitur ab Iride,& prodest Dyspnoicis Arteriacis tussientibus,uocem perditam restaurat si fuerit ex frigiditate.12.pars est lib.3. Recipe Ireos unciam.1.Pulegii,Hyssopi,Glycyrhizæ ana drach.6.Tragacanthæ,Amygdalarum,Pinearū,Cinnamomi,Zingiberis,Piperis,ana drach.3.Caricarū, carnium Dactylorum,passularum enucleatarum ana drach.3.& semis,Styracis rubri drach.2.& scrupu.1.

mellis qđ sufficit.sumatur uesperi cum uino calido.

DIA' SENÆ. Cap. 230.

DIcitur quia plus de sena ponitur ibi quàm de alia specie. Valet proprie Melancholicis, Maniacis, Cardiacis, & tristibus. tota cõfectio apponderat lib.1. Recipe Senæ unc.3. Auellanarum assatarum numero.50. Serici combusti drach.2. lapidis Armeniaci drach.1. lapidis Lazuli drach.3. Saccari unc.6. Cinnamomi unc.1. Caryophyllorum, Galãgę, piperis, Spicæ, Ozimi, Zingiberis, folia Caryophyllorum, Cardamomi, Croci, Zedoariæ, floris Roris marini, Macropiperis ana drach.2. mellis qđ sufficit. Detur cum aqua in qua infusa sunt folia senæ per noctem sub diuo. Conficitur sic, Cum melle Auellanæ bene puluerizatæ despumato melle ad ignem decoquantur, deinde puluis specierum admisceatur. quod ualet quartanariis & magis spleniticis.

DIA' CVRCVMA. Cap. 231.

COnuenit ad Hepatis passionem & ad frigiditatem stomachi, & ad uitium splenis. Recipe Curcuma, Cinnamomi, Spicę, Asari, casiæ ana unc.1. Costi Schœnanthus, Myrrhæ drach.1. mellis quod sufficit. Datur cum oxyzaccara.

DIA' GALANGA. Cap. 232.

QVæ utilis est ad nimiam debilitatem Stomachi & eius uentositatem, digestionem procurat & Stomachum cõfortat, Renes frigidos calefacit, & omne superfluum phlegma à stomacho dissoluit & expellit, oppilationem Splenis & Hepatis aperit, sensum acuit, hominem hilarem reddit, canos ante tempus retardat, & omnibus frigidam naturam habentibus conuenit. Recipe Galangæ, Zingiberis, Caryophyllorum, Spicæ, Cardamomi, Cinnamomi, Carpobalsami, nucis moschatæ unc. semis, Costi, ligni Aloes, Macis, Mastiches, Traga-

canthæ,ſucci Glycyrhizæ ana drach.1.Moſchi ſcru.1.Saccari ſcru.12.

DIA' MANNA. Cap. 233.

VTile eſt ad purgandum ſanguinem,ad choleram reprimendã & Melancholiam,ualet etiã ad hepar calefactũ,& corpus uniuerſum perpurgat.Recipiatur de eo unc.ſemis in aurora cũ calida & ad multa alia corporis incommoda ualet plurimum.Recipe mannæ,ſaccari,uiolarum,caſiæ fiſtulę ana unc.4.Tamarindorum ſaccari roſarum ana unc.1.hæc omnia diſſoluantur in aqua decoctionis,capilli ueneris,Scolopendriæ,Hepaticæ ana unc.3.ſeminum frigidorum mundatorum uiolarum ana unc.1.Prunorum numero.20.Colaturæ addantur Saccari lib.3.& coquatur ad ſpiſſitudinem, inſtar trypheræ Sarracenicę,& tunc addantur iſtę ſpecies.Recipe ſeminum frigidorum mundatorum uiolarum, Nenupharis,Scariolæ,Lactucę,Portulacæ ana unc.1.Reubarbari,Foliorum Senę,Aniſi ana unc.1.& drach.1.Sumatur ut dictum eſt ſuperius.

DROPAX SORANI. Cap. 234.

OPtimus Cephalalgicis, & Epilepticis: facit ad dolorem & tumorem Splenis, & Pleureſim & ad oẽs dolores totius corporis.Recipe picis drac.24.Olei peganini,Ceræ ana drach.12.nitri,calcis,fecis ana drach.6.Sulfuris uiui,baccarum Lauri,Cacrei,Melanopiperis,ſinapi ana drac.3.Strutii,Sanſucci ana drach.2.Cõfice ſic.Picem, oleum,& ceram lento igne ſolue,deinde nitri & fecis puluerẽ adde,& cum modicum bullierit,ſulfuris& calcis puluerem immitte.Ad ultimum uero cæterorum puluerem adhibe & bene commiſce, & cum optime permixtum fuerit in concham frigida aqua plenã infunde,& cum refrigeraſcit manibus perunctis oleo diu ad ignem malaxa & compoſitis magdalionibus cõ

Pro drachmis lectio altera habet uncias. ij

de,& usui reserua dropacem saluberrimum.

DROPAX. Cap. 235.

APtus Epilepticis, Maniacis, & Cephalalgicis. Recipe Picis siccæ, Resinæ frixæ ana drach. 36. Croci drachm. 18. Pyrethri, Staphisagriæ, Adarcæ, baccarum Lauri & Ellebori albi ana drach. 5. Galbani, Sulfuris uiui, olei Sicyonii & ueteris ana drach. 4. Euphorbii, Castorei ana drachm. 3. Confice sic: quæ soluēda sunt, cum oleo & cera solue lenes ad prunas, deinde puluerem terendorū immitte, & cum opus fuerit, in uas cum aqua frigida infunde, & cum tepuerit manibus oleo perūctis apud ignem diu malaxa, & factis magdalionibus usui reserua.

ANNOTATIO.

DROPACEM recentiores pro unguenti genere usurpant quo corpus illinitur ut glabrum fiat à pilis, quod olim effœminatis erat studio. Veteribus est medicamentum, quod à distribuendo in corpus alimento nomen inuenit, & nutriendo corpori conuenit, ut hic apud Nicolaum, & Galen. lib. 5. de san. tuē.

DROPAX. Cap. 236.

VTilissimus Cephalalgicis, Paralyticis, Arteticis, & omnibus rheumaticis passionibus. Recipe olei Sicyonii drach. 6. Resinæ pitumæ, picis Asphalti, Adarces, Nitri, Sulfuris, Castorei, Euphorbii ana drach. 4. Myrrhæ, Ceræ Colophoniæ, Pyrethri ana drach. 2. Confice sic: quæ soluenda sunt, cum oleo leui igniculo solue, & sic cæterarū specierū puluerem immitte, & cum tepefactū fuerit oleo diu ad ignem manibus perunctis malaxa, & compositis magdalionibus usui reserua.

Nota quosdam in capitulis his 235. 236. 237. pro drachmis egere uncias

DROPAX. Cap. 237.

OPtimus Synanchicis, & colli tumoribus: facit hydropicis, & Spleniticis peculiariter. Recipe Resinæ frixæ, Picis Bruciæ ana drach. 36.

Resinæ pitumæ. Asphalti, succi corticum nucum ana drach. 24. Struthii drach. 12. Opoponacis drach. 10. Lithu asiani, olei Sicyonii ana drach. 6. Pyrethri drac. 5. Staphisagriæ drach. 4. Confice sic, In oleo picē solue, & sic succum iniice, & cum subiecto igne efferbuerint, opoponacem adiunge, deinde resinam pitynam & lithum asianum, sic resinam frixam, ad ultimū puluerem cæterarum specierum adiunge, & cum percoctum fuerit in frigidam aquam infunde, & manibus oleo perunctis iuxta ignem diu malaxa, & factis magdalionibus conditum usui reserua.

ANNOTATIO.

LAPIDIS Asii de quo apud Gal. in lib. de composit. Medic. secundum Locos, quem & Diosco. lib. 5. ca. 95. colore pumicis describit, fistulosum, nō ponderosum & fricabilem, uim habentem astringentem, & leuiter exedentem, ulcera uetusta ad cicatricē perducere, & carnium excrescentias reprimere &c.

RESINA pituma est resina pityos, idest pini arboris. De qua Dioscor. lib. 1. cap. 78. Bonitate omnes uincunt resinæ quæ ex picea & abiete distillant, odoratæ enim sunt & thuris similes. Ex teda pinu & cupresso ad omnia eadem in usu sunt licet minore efficacia.

DENTIFRICIVM. Cap. 238.

AD dentes nigros dealbandos & ad exesas gingiuas & ad os male olens optime conuenit. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Antophylli, Nardi, Mastiches, Thuris, frumenti albi sicci, pedum cancri, ossis Dactylorum & oliuarum ana drach. 1. Confice sic, Omnia tere & in subtilissimum puluerem redige, & inde uulnerata loca frica.

DENTIFRICIVM AD DENTES Scabros. Cap. 239.

ET ad os uulneratum, & gingiuas comesas & humectas, phlegmonas faucium, palati & gingiuarum sanat. Recipe Cinnamomi, lenticulæ seorsum infusorum in aceto per diem & noctem, & ad solem siccatorum ana drach. 7. Croci, Balaustiorum, Acaciæ, ana drach. 5. ossium oliuarum, Cancrorum fluuialium ustorum, rosarum, Folii peculiariter usti ana drac. 3. Cōfice sic, Omnia hæc in subtilissimū puluerem tere, & exinde os, dentes, & gingiuas frica.

DENTIFRICIVM ALIVD AD suprascripta. Cap. 240.

REcipe corticum quercus radicis, Citoniorum corticis, cineris Spodii, Mororum immaturorum, Omphacii ana drac. 6. Croci, Rosarum, Balaustiorum ana drach. 3. quibus diligenter tritis & in subtilissimū puluerē redactis, inde fauces palatū & gingiuas frica, & os de lycio soluto in sapa & posca suprascripta loca ablue, & in ore diutissime teneatur.

DENTIFRICIVM. Cap. 241.

AD dentes nigros ut albescāt. Recipe pumicis usti, drach. 10. Salis drach. 5. Cinnamomi, Folii, Antophylli ana drach. 2. mellis quod sufficit. Confice sic, Pumicem & sal cum melle sufficienti commisce, & in linteum crassum diligenter constringe, & in patina cudi calida sup carbones expone donec incendantur, simulq; cum cæteris speciebus in subtilissimum puluerem redige, & cum opus fuerit, inde dentes fricentur.

DENTIFRICIVM AD DENTES LAbentes & nigros. Cap. 242.

REcipe corticis pumicis sicci drac. 5. foliorum Lentisci siccatorum, Mastiches ana drach. 1.

Confice sic,omnia mixta in puluerem redige,& inde quotidie dentes fricentur.

DENTIFRICIVM. Cap. 243.

AD decoloratos dentes & commotos. Recipe Ciceris usti,Marmoris usti,ossis sepiæ ana drach.9.Mastiches,salis communis drach.4. Folii,Costi,Amomi,ana drach.1.Confice sic,omnia hæc tere,& in puluerẽ redige,& inde dẽtes fricẽtur.

DENTIFRICIVM. Cap. 244.

AD dentium dolorem,& confirmandos eos si commoti fuerint. Recipe salis Ammoniaci drach.40.Costi drachm.14. Melanopiperis drach.4.Folii drach.2.Confice sic,In ollam sufficiẽs sal ingere & super carbones cõstitue donec ignescat, & cum refrigeratũ fuerit, cum cæteris speciebus tere,& in puluerem redige,& inde dentes & loca uulnerata medicare.

DENTIFRICIVM. Cap. 245.

AD oris ulcerationem,& cancerosas gingiuas. Recipe Cucurbitæ siccę,pumicis usti,carnis Dactylorum ana drach.9.Mastiches, Balaustiorum,Melanopiperis ana drach.1.His tritis & in puluerem redactis cum opus fuerit utere.

ESDRA MAGNA. Cap. 246.

QVam Esdras propheta in Babylone exulãs composuit cõtra omnes corporis molestias prodest Maniacis cum sapa calida sumpta, melancholicis cum apozemate Gentianæ, Epilepticis cum decoctione Castorei,dolori capitis cum careno & farina hordei admixta frõti superponirur,ad dolorem aurium & putredinẽ cum sapa liquata instillatur,ad lachrymas oculorũ cum uino calido detur,& mixta cũ armeniaco bolo,croco,& farina uentosa ęquo pondere & succo perditali soluta fronti p dies septem insternitur,dolẽtibus dentibus superpo

ſita prodeſt,uuam demerſam cum aqua calida garga
rizata medicatur,ad Synanchem cum ſapa gargari-
zata prodeſt,Rhagades labiorum ſæpius inuncta ſa
nat,anhelosis & uetuſte tusſientibus cum Hydrome-
lite bibita,hæmoptoicis, Empyicis, Phthiſicis cum
Amyli parte accepta,Cardiacis cum aceto,dolorem
& inflammationem ſtomachi & Hepatis cum Apii
decoctione detergit,Ictericos cum urticę apozema-
te,Spleniticos cum mulſa curat,Ilioſis,Nephriticis,
& calculoſis cũ citri ſemine uel milio ſolis parte ac-
cepta ſubuenit. Dyſuriã & Stranguriã cum opii de-
coctione accepta ſoluit,Paralyticis,& Iſchiadicis cũ
Eleliſphaci uel calaminthę apozemate bibita ꝓficit,
ad dolorem poſt partum,& dure parturiẽti cum Ar-
temiſiæ ſucco ſoluta,& ſub umbilico inuncta poten-
ter operatur.Podagricis cum uino dulci ſumpta, cũ
oleo roſaceo ſoluta patienti loco illita medelam in-
fert,ad lepram albam cum uino dulci,quotidianariis
& quartanariis cum calida ad morſus ſerpentis aut
alicuius reptile,proprie cicatrizat &morſibus impo-
ſita opem præſtat.Recipe Alyptæ,Myrrhæ,Saccari,
foliorum rutæ,ſeminis apii,Chamædryos,Fœnigræ
ci ana drach.54.Eboris, ſeminis Pegani,Eleliſphaci,
Colenæ,Balauſtiorum ana drachm.45.Cinnamomi,
Caryophyllorum, Xyloaloes, Spicæ,Zedoarię,Lac
cæ,Roſarum,Capparis,Pulegii,Abrotani,Melano-
piperis,Petroſelini,osſium Dactylorum,ana drach.
36.Galangæ,Zingiberis,Croci hortenſis,Anacardi,
litho dęmonis, (Lithos dæmonis dicitur eſſe la-
pis niger ex India allatus uim habens conglutinandi
lapides & urceos.) Mandragoræ,Acori,Peoniæ,
Thymi,Hyſſopi,Roris Syriaci, (Roris Syriaci,id
eſt floris Orni, uel potius ſumachii.) Baſiliconis,
Dauci,ſeminis fœniculi,ſeminis Altheę,Oliuarũ,ui-
ni optimi ueteris ana drach.27.Balſami,Croci orien

Impreſſus ni col:us habet Golener,& e,t origanũ.

talis, folii, Galliæ, Costi, Calami Aromatici, Casiæ fistulæ, Myrobalani, Nardi celticæ, Xylobalsami, Tragacanthæ, Corallii albi & rubei, * Cõsitę rubeæ, Bdellii, Galbani, Opoponacis, asphalti, Terebinthinę, Mastiches, Theriaces andromachi, splenis de † Polytro, uentris Merguli, Reupontici, Asari, aristolochiæ longæ, Hermodactylorum, Meu, Iridos, Pyrethri, Peucedani, Gentianæ, Epithymi, Violarũ, Artemisiæ, Cimoleæ, Foliorum Citrii, Laureolæ, Mentę, Malabathri, Quinquefolii, Carpobalsami, Anisi, Amomi, Cimini, seminis Meconis, Ozymi, * Platocimini, seminis rutæ hortensis, baccaæ Lauri, sanguinis draconis, lapidis Magnetis, lapidis † agapis, ossis de corde cerui, * Muscelii, Petrolei ana drac. 18. Camphoræ ambaris, † gẽmarum albarum non perforatarum. Blaccæ Bisantiæ, * Sãbuci, Styracis Calamitæ, Sagapeni, Sulfuris uiui, † ammoniaci, Antimonii, acacię, Betonicæ, caballi marini, hypocisthidos, Macis, Lycii, Schœnanthus, Herbæ Syriacæ, floris Oleandri, Phu, Marrubii, Sulfuracæ, Absinthii, Alexãdri, Euphorbii, Cardamomi, Carthami, seminis Anethi, Ammei, Git Lybystici, seminis citri, Leucopiperis, & Macropiperis, Nigellæ * Vxifur, ideſt Gennabari, corticũ Neræ, id est Cerasi syluestris. † Mabathematici, Aquę uitis, ana drach. 9. Lithargyri, Amyli, Opii, radicis Iunci, Calaminthæ, Hyoscyami ana drach. 4. & semis, mellis quod sufficit. Detur de eo drach. 1. uel. 2.

Margin notes: * Confita est ex styracis liquidi, thus iudæorũ uulgo appellatum. In excuso libro habetur tantũ ponderis castorei. † Alij Pultri * Impressus Nicol. habet Plotacini. † Alij Agapitis. * Alij Muscelij muscelini † Alij Margaritarum. * Alij sãbaci † Alij pro ãmoniaci habẽt uini Antionij. Aetius addit stercus repertum in uẽtre mergi * Vxifur est cinabrium. Serapio exponit Mi…nium. † Alij Mabathematicon & est succus caulium agrestium. * Polychreston.

ANNOTAITO.

ESDRÆ innumera beneficia require apud Aetium lib. 13. cap. 101. in Antidotorum tractatione. A pud P. Aeginetã lib. 7. cap. 11. qui * Polychreston appellat, hoc est quod multis affectibus cõgruat, & esse ex numero eorum quæ longe plurimum exiccant, licet in confectura non undiq; cum Nicolao concordet. Habet enim uentrem mergi, non habet splenem

de polytro, nec habet Magnetem & Agapidem, sed Iaspidem tantum. Idem addit etiam Hedychroi unguenti sesqui scrupulum. Et pro Oleandro legit Nerium florem: quod Albanus Torinus ueluti lobū ac siliquam esse tradit, unde oritur rosa. Aduertendum tamen Actuarii Esdram penitus differre ab illa communi, & Nicolai Esdra: quæ ad conficiendi rationem ultra. 128. simplicia medicamēta requirat. Actuarius uero in uniuersum habet uix. 20. simplices medicinas: Lapis autem Agapis, uulgo lapis Agaristi uocatur, colore similis pelli leonis, ad scorpii morsum utilis apud Dioscor.

Nerij flos.

CABALLVS marinus est equus piscis marinus caput equi cætera pisci similis.

ESDRA HISPANIENSIS. Cap. 247.

MIrabilis ac iampridē experta, ad ueteres passiones: conducit Melancholicis, Epilepticis cum uino decoctionis Castorei, Cephalalgicis, Hæmicranicis cum uino sumpta ad Phlegmonas aurium & dolorē soluta cum rosis & iniecta succurrit, ad rheumatismum uuæ & uitia palati cum mulsa gargarizata: dolentibus dentibus & canceratis gingiuis cū sapa illita medetur: defectus pulmonis & ueteres tusses cum uino emendat, Hæmoptoicos cum hæmatitidis infusione dolorem & uentositatem stomachi & præcordiorum cum uino decoctionis Pegani & Glechonis bibita aufert. Hepaticis, Spleniticis, Hydropicis, Hypochondriacis cum apozemate apii bibita subuenit, similiter & nephriticis, & colicis cūdecoctiōe Cimini, uel calaminthę. Satyriasin & Lithogoniā cum plātaginis, uel Polygoniæ succo accepta curat. Cœliacis & Dysentericis cum balaustiis, uel * Alapsa, uitæ salutem præstat, nocumēto matricis cū Periclymeni, uel Cyperi decoctione bibita cōponit. Recipe † Arceotidis drach. 33. Opobalsami,

Alapsam Simon nonnūquā pro galla usurpari tradit.

Arceutidos fructus iuniperi sunt apud Diosc. 2. trallianū in cap. de pilorum defluuio quanquam serapio fructum Cedri uel iuniperi sicappellari dicit.

Cinnamomi Caryophyllorum, Basilici, Saxifragæ, Hyoscyami, Trochiscorum dià mantu ana drach. 20. Galangæ, Spicæ, Tragacanthi, Serici combusti, Opii, dracontii, Scillæ Assæ, Diptami, comarum Cypressi, seminis Lactucę, Meconis, Marathri seminis, Trochiscorùm Diareu ana drach. 8. Anthophylli, zedoarię, Calami aromatici, Styracis, Mandragoræ, Hermodactylorum, Serpylli, Leucopiperis, Macropiperis, & Melanopiperis ana drach. 4. ligni Aloes, nucis Myristicæ, Anacardi, Asari, Castorei, Caricarum pinguiũ, brassicæ radicis, seminis Asparagi, seminis Cissi, & seminis Citri ana drach. 4. Moschi, Folii, Zingiberis, Bdelii, Galbani, opoponacis, Sagapeni, asphalti, Thuris, Thiu apyru, hypocisthidos, Dractę, radicis Cymbalariæ, Betonicæ, Arnoglossæ, Roris Syriaci, Anisi, Selini seminis Cicutæ ana drach. 2. Gemmarum albarum perforatarũ, Crystalli, Hiacynthi lapidis, baccæ Basantiæ, Costi, Xylobalsami, Myrobalani, Glycyrhizæ, Reupontici, Purpurę accensę, Dimeroxi cõbusti, Mastiches, Corallii, Amyli, Aluminis scissi, boli Armenici, sanguinis Draconis, Calcitei, Carthetumi combustæ, Cornu ueruecini, uentris merguli, Hyssopi, Ceroti, nitri Alexandrini, Ammoniaci, Terebinthinæ, Aphronitri, Resinæ, sanguinis anatis, fellis Taurini, Laseris, Dactyli, nuclei dactyli, Vuæ passę, amygdalæ amaræ, Gesamiæ, Sarcocollæ, Calchanti, Cyperi, Iridos, radicis Sambuci, Corticis Antipharmacii, Satyrionis, herbæ Sanguinariæ, radicis Sturcii, Lilii, Bulbi cocti in pane, Thapsiæ, Peucedani, Hyperici, Cyclamini, Radicis corticis rubi, radicis Iunci, raphani, ana drach. 2. Confitæ Constantinopolitanæ, Ladani, Myrrhæ, gummi, hederæ, agarici, lapidis Agapis, salis Ammoniaci, rosarum, Alexandri, Eboris, Chamæpityos, Centaurii, ana drachm. 1. radicis Peoniæ, Asphodeli, radicis Capparis, Aristolochię rotundæ,

Thiu apyru idest sulfuris ignẽ non experti.

Dimeroya *combusti. Simon citat hũc locum, sed non explicat.*

De Calciteo *Vide Genuẽsem in Chalcitide.*

Chartæ cõbustæ legendum uidetur pro Cartethumi.

Gesamiã uocat Stellã terræ, de qua iam in Gisastere diximus.

Fortassis Struthij legendum.

radicis

radicis Panacis, Meu, Phu, rosarum, Violarum, Pulegii, † Schœni floris, foliorum Rutæ agrestis, foliorũ Celsi ustorũ, plãtaginis, Buglossæ, * Argemonię, Origani, Flomi, floris Chamæmillæ, Saturegiæ, Abrotani, † Cacreos, Cynoglossæ, Seridis, Hyssopi, Pegani, balaustiorũ, herbæ Centinodiæ, herbæ Semperuiuæ, Sisymbrii, Polii, Succini, Pentaphylli, Calaminthæ, Marrubii, Stœchados, Polytrichi, Sansuci, Daphnu cocci, Strychni, Trifolii acuti, Chamædryos, Gentianæ, Saluiæ, Lasaris, Acaciæ, Cimoleæ, mellis Solfilli, Hydrianæ, Millefolii, Pimpinellæ, Matrissyluæ, Bryoniæ, Staphidis agriæ, Eringii, Cimarum Rãni, Sisymbrii, Bractei, Acori, Thymi, Sandaracæ, Malabathri, Amanthi, Vaginæ oleãdri, succi Artemisię, Scorpionis, Euphorbii, Cardamomi, Amomi, Anisi, Carui, seminis Iũci, seminis Portulacæ, seminis Erucæ, Anethi, seminis Caryotæ, Croci, seminis Achantis, seminis Ægyptiaci, seminis Gõgilidis, id est rapæ, seminis Lini, Diadoræ seminis, seminis Scordii agrestis, Libystici, Seselei, Psillii, Ammei, Fabæ pollinis, Orobi pollinis, ana drach. 2. Ambrę drach. 1. & semis, Camphoræ, Croci orientalis, Macis, Schœnãthus, Casiæ fistulæ, Pyrethri, Amomi, Petroselini, Dauci, Alexandri seminis, Fœnigræci ana' drach. 1. mellis quod sufficit. Dentur de eo drach. 2.

† *Schœnanthus.*
* *Diosc. Argemonẽ appellat.*
Phlomi, id est uerbasci fortassis legendum.
† *Cẽchry dicitur semen rorismarini, Simon legit Cachryos*
Daphnu coccõ lauri baccam uocat.

ELECTVARIVM damara maius. Cap. 248.

HOc appositũ est Cephalalgicis, Asthmaticis, & tussientibus, ad frigiditatem & dolorem & uentositatem stomachi, Hepatis, laterũ & uuluæ probatissimum adiutoriũ est, cum balsamo sumptum partum accelerat, cum succo Cicoreæ, enixas purgat cum Calaminthes apozemate, menstruis imperat, peculiariter omnibus matricis uitiis medetur, Quotidianarios, Tertianarios, & Quartanarios po-

Harmel pro Chatmel legendum uidetur.

Doronici puto legēdum esse.

tenter liberat. Recipe succi Calaminthæ drachm. 27. Chatmel, Reupontici, Aristolochiæ longæ, Cyperi ana drach. 20. Aloe rosaceæ, Ellebori albi, Nigellæ ana drach. 12. Spicæ, Croci, Olibani, Mastiches, Meliloti, Carpobalsami, Melanopiperis ana drachm. 10. Caryophyllorum, zingiberis, Costi, Casiæ, Opii ana drach. 6. Zedoariæ, Doroneæ ana drachm. 4. mellis quod sufficit, Succus cum melle lento igne ad spissitudinem efferuescat, & inde puluis specierū tēperetur. Dentur ex eo drach. 5. cum tepida uel cum uino.

ELECTVARIVM DAMARA minus. Cap. 249.

PRobatissimum ad omnia uitia matricis, maxime menses muliebres euocat mirabiliter. Recipe Croci, Styracis ana drachm. 18. fœni græci drach. 12. Spicæ, Zedoariæ, Costi, Casiæ ligneæ, Doroneæ, Castorei, Asphalti, Opoponacis, Opii, Hyoscyami seminis, Melanopiperis, Macropiperis, ana drach. 9. Margaritarum albarum non perforatarum drach. 3. mellis quod sufficit. Detur ut superius.

ELECTVARIVM Plirisarcoticon. Cap. 250.

COntra omnem distemperantiam & ex melancholico, Epilepticis, & Caducis, uentriculum anteriorem purificando, perditum saporē restaurat, melācholicis, morosis, & inquietis rationem recuperat, Maniacos, & Lethargicos, animalis spiritus uias aperiendo ad propriam reducit memorandi facultatē, Tristitiā in hilaritatem eā commutādo aufert, timorē securitatē faciendo expellit, in stomacho sine anathymiasi appetitum irritat, digestionem procurat, & omnes debilitates corporis ad pristinā uirtutem reformat. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, ligni aloes, Galangæ, Spicę, nucis moschatæ, zin

giberis, ſpodii, Schœnanthus, Cyperi, roſarum, Violarum drach. 10. Glycyrhizæ, Folii, Cardamomi, Macropiperis, Myrtilli, Styracis, Maſtiches, Sanſuci, Balſamitæ, Baſilici, Citri corticis ana drach. 6. Gemmarum Ben albi & rubei, Corallii, Serici combuſti ana drach. 3. Camphoræ ſcrupu. 2. Syrupi roſacei. Detur mane & ſero febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

ELECTVARIVM. Cap. 251.

OPtimum contra ſpumantes Melancholicos, ad memoriam, quã reuocat ſtatim, ubi ad nares applicatum fuerit. Prodeſt Melancholicis timidis & debilibus, Cardiacis, triſtes lætificat, debiles confortat, concoctionem iuuat, & ex longa ægritudine conſumptis uigorem naturalẽ reſtaurat. Recipe Myrobalani, chebuli corticis, Boraginis, roſarum ana drach. 10. ligni aloes, Spodii, Corallii rubei, Teecrabæ, berberis, terrę Armeniæ ana drac. 5. Schœnantus, Reubarbari, Serici combuſti, Maſtiches, ſeminis Baſilici, Caryophyllorum, & citrati Margaritarũ ana drach. 1. Moſchi, Cãphoræ, Cinnamomi, Folii, Macis, nucis moſchatæ, Galliæ, Zedoariæ, Caculi maioris & minoris, Aſari, Betonicæ, lapidis Lazuli, Amomi ana drach. 1. Moſchi drac. ſemis. mellis quod ſufficit. Dentur de eo drach. 2. uel. 3. febrientibus cũ Rhodoſtomate, non febrientibus cum uino amineo.

Carabæ legendum.

Tarathit Arabes appellant fungum qui naſcitur in radice roſæ caninæ. Quod ſi Nicolaus Teecrabã in alio ſignificato uſurpat, ingenue fatemur nos illud ignorare,

ELECTVARIVM. Cap. 252.

QVod opitulatur melancholicis timidis, Cardiacis, Hæmoptoicis, & male digerẽtibus, fluxum uentris cõfortando ſiſtit, uentoſitatẽ interaneorum educit, & debilibus confortationẽ præſtat. Recipe Macis, ligni aloes, Cinnamomi, Caryophyllorũ, nardi, ſpodii, ſandali albi, glycyrhizę, †Teecrabæ, roſar. ana drac. 6. nucis moſchatæ, zingiberis, Coſti, Aſari, Sumach, Maſtiches, Aniſi ana drachm. 3.

Galangæ, Galliæ moschatæ, Cyperi, Casiæ ligneæ, Cubebæ, Cardamomi, Libystici, Myrtilli, Fœniculi ana drach. 1. Moschi, Camphoræ ana scrup. 2. mellis rosei quod sufficit. Dentur de eo drach. 3. cũ frigida.

ELECTVARIVM Aromaticum. Cap. 253.

Optimum contra omnem debilitatem Stomachi, Cardiacos releuat, & ex longa ægritudine debilitatos ad propriũ uigorem reducit, atq; pristinum colorem ipsis inducit. Recipe Saccari Candi, Rhodostomatis ana drac. 6. Strobiliorum purgatorum, carnium Dactylorum ana drach. 4. Caryophyllorum, Cinnamomi, Galangæ ana drach. 2. ligni Aloes, Nardi, Zedoariæ ana drachm. 1. & semis, nucis myristicæ, Macis, Zingiberis ana drach. 1. Cardamomi, Anisi, seminis Basilici ana drach. semis, Cãphoræ drach. 1. Moschi drach. 2. mellis rosei quod sufficit. Confice sic. Strobilia & carnes Dactylorũ nocte & die in Rhodostomate infusa, & inde sublata in marmorea pila sufficienter tere, Deinde saccarum & candum in reliquo Rhodostomate madefacta, trituræ adiunge diligenterq; subactis puluerizatam camphoram immitte, deinde cæterarum specierum subtilissimum puluerẽ, & cum sufficienti Rhodomelite ad perfectionem confice. Ad ultimum Moschum in particula Rhodostomatis solutũ adhibe, & bene cõmixtum uase optimo cõde, Dabisq; ex eo mane uel uesperi drach. 3.

Nicolai codex scriptus etiã in hoc capite uncias pro drachmis scriptas habere uidebatur.

ELECTVARIVM. Cap. 254.

Auxiliatur Arteriacis, Dyspnoicis, & Tussientibus, uitia pectoris & pulmonis emẽdat. Recipe Calaminthæ, Pegani uiridis foliorũ ana drach. 60. Cimini drach. 36. Hyssopi, Betonicæ, Thymi ana drach. 27. Cinnamomi, Caryophyllorum, zingiberis, Pyrethri, Melanopiperis, & Leucopiperis,

Amaraci, Macropiperis, Elelisphaci, Cacrei, Marrubii ana drach. 9. mellis quod sufficit. Cõfice sic. Calaminthам, & Peganum, trita cum melle lento igne ad spisſitudinem decoque, & diligenter cola, & inde puluis specierũ temperetur. Dentur de eo drach. 3. post prandium & cœnam cum uino tepido.

Cacreũ, uide in Esdra Hispana.

ELECTVARIVM. Cap. 255.

APtum Asthmaticis, tussientibus, & Peripleumonicis dolorem & uentositatem stomachi, & Hepatis emẽdat, & mẽstruis imperat. Recipe Iridos, Helenii, Pegani uiridis, Hyssopi, Glechonis, Thymbræ, zingiberis, Melanopiperis ana drach. 18. Cimini, Anisi, Carui, Apii, Sileris ana drachm. 9. Cinnamomi, Caryophyllorum, Pyrethri ana drac. 6. mellis quod sufficit. Confice sic. Peganum ut sit idoneum pro electuario teratur, & cæterarum specierum puluere addito cum melle coquatur: Dentur de eo drach. 3. cum uino tepido.

ELECTVARIVM. Cap. 256.

EXimie aptum contra tristitiam & Melancholicos timores. Recipe Emblycorum drac. 100. Rosarum drach. 6. Caryophyllorum, Nardi, Cyperi, Asari, Mastiches ana drachm. 3. Cinnamomi, Zedoariæ ana drach. 2. nucis Myristicæ, Macis, Cardamomi, Camphoræ, Moschi, ana drachm. 1. Syrupi rosacei uel rhodomelitos quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 257.

IDoneum Arteriacis, & raucis ex calida distemperantia: & sicce tussientibus. Recipe Amyli recentis, amygdalarum purgatarum ana drach. 18. Tragacanthi albi, Glycyrhizæ & succi eius ana drac. 9. Fabæ pollinis, Papaueris albi, seminis Portulacæ, seminis Bombacis, Peponis, Cucurbitæ, Anguriorũ, Cucumeris ana drach. 4. & semis, seminis lini drach.

ʒ.camphorę ſcrup.1.Syrupi Gileui qđ ſufficit.Detur ex eo ſub lingua tenendũ in modũ Ægyptiacæ fabæ.

ELECTVARIVM. Cap. 258.

OPtimum contra tuſsim ſiccam & exaſperatas arterias,& contra raucedinem ex calido.Recipe Penidiarum,ſucci Glycyrhizæ ana drac. 16.Amygdalarum purgatarum,nucleorũ pini,paſſularum enucleatarũ,Tragacanthæ ana drac.8.Rhodomelitos qđ ſufficit.Doſis eius drach.3.cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 259.

EXpertum Dyſpnoicis,Aſthmaticis,& ſuſpirioſis,purgat etiã perfecte ſpirituales poros.Recipe ſeminis lini drach.5.Butyri drach.6.& ſemis,ſucci Glycyrhizæ,Amygdalarum purgatarum,ligni Glycyrhizæ,ana drac.4.Croci,Nardi,Tragacanthæ,Aniſi,Cimini,Fœnigreci,ana drach.3.Reubarbari ſcrup.2.Alii addunt zingiberis drachm.5.mellis quod ſufficit.Detur in modũ auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 260.

AD eruptionem uenæ,& ſanguinis fluxũ.Recipe ſpodii,ſucci Glycyrhizæ,ſeminis Portulacæ,Peponis,Angurii,Cucumeris,Cucurbitæ ana ſolidos quaternos,Tragacãthi,gummi Arabici,Amyli,roſarũ,Comidionis,ſeminis Lactucæ & Muluchiæ,ana ſolidos binos,Myxiarum,malorum Citoniorum ſeminũ,ſeminis herbæ malexitolæ ana ſolidum unũ & ſemis.Boli,acacię,ſanguinis Draconis,Hęmatitidis,kecube,Corallii,cornu Ceruini,Croci orientalis ana ſolidum unum,Careni uel Sapæ quod ſufficit.Dabisq; ex eo drach.3.cum aqua pluuiali.

Diuino Malachæ, id eſt maluæ eſſe legendum.

Myxarum pro myxiarum puto legẽdum quo nomine Græci appellant Sebeſtẽ fructum.

ELECTVARIVM. Cap. 261.

COntra ſanguinis fluxum expertum ſiue ſuperius ſiue inferius fluentis. Recipe Caryophyllorum,Macis,Corallii,Comidionis ana drac. 10.Cinnamomi,Croci,Boli,ſeminis Hyoſcyami ana

drach.8.Spodii,Amyli,Acaciæ,Syriaci ana drach.6. Tragacanthæ,sanguinis Draconis,Opii,seminis Nasturcii ana drach.4.Camphoræ drach.1. Dià codion quod sufficit.Detur mane uel uesperi in modum nucis Ponticæ cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 262.

AD conseruationem totius corporis, colorem bonum faciens,odorem corpori & sudorem optimum præstans,anxietaté cordis & timorem compescit,& qui hoc assidue utitur,ut plurimũ eius mens dilatatur ut hilaris perseueret.Recipe pinearum purgatarum drach.100.Cinnamomi,Caryophyllorum,Galangæ,Nardi,Zingiberis,Rosarũ ana drach.6.Macis,ligni Aloes,Cyperi Babylonici,Asari,Mastiches,Melanopiperis ana drach.3.nucis Moschatæ,Zedoariæ,Cardamomi,Anisi,seminis Basilici,Foeniculi,ana drach.2.Moschi drach.1.mellis qđ sufficit.Dentur ex eo drachm.3.quotienscunq; opus fuerit cum uino Amineo.

ELECTVARIVM. Cap. 263.

OPtimum Cardiacis, facit ad totius corporis debilitatem & uomitũ stringit.Recipe Rhodostomatis drach.30.succi Malorum Citoniorum,& Menthæ ana drac.15.Macis,Caryophyllorum,Antofali,Cinnamomi,nardi, Spodii,Sandali, Citrini,Mastiches,rosarum ana drach.4.ligni Aloes, nucis Myristicæ,Galliæ moschatæ,Zedoariæ, Zingiberis,Anisi,Foeniculi ana drachm.2. Croci, Calami aromatici,Xylobalsami, Asari,Cyperi, Cubebarum, Cardamomi,Carui, Cimini Thebaici, Myrtilli ana drach.1.& semis,mellis rosei quod sufficit. Confice sic,Succos cum Rhodostomate & melle lento igne ad spissitudiné decoque, & inde specierũ puluerem

Aliàs Anthophylli.

confice. Dabis ex eo drach. 2. cum Rhodostomate uel aqua pluuiali.

ELECTVARIVM. Cap. 264.

Contra omnem caliditatem corporis, maxime contra Phthisicorum, Hecticorum, & Syneticorum caliditatem, sitim sedat, & debilitatem ex longa ægritudine reparat. Recipe Rosarum, Cinnamomi, Glycyrhizæ, Saccari, seminis cucumeris ana drach. 30. florum Violarum, Caryophyllorum, Spodii, candi, seminis Melonis ana drach. 20. Croci, Nardi, Sandali rubei, Tragacanthæ, seminis Citruli ana drach. 10. Reubarbari, ligni Aloes, Macis, Sandali albi, seminis Cucurbitæ ana drach. 5. Camphoræ dra. 2. Syrupi quod sufficit. Dentur de eo drachm. 3. cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 265.

Vtilissimum ad dolorem Stomachi, Hepatis, Splenis & totius corporis, sitim amputat, & siccitati Phthisicorum medetur. Recipe Rosarum, Spodii, Sandali albi & rubei, Saccari ana drac. 10. Reubarbari, Margaritarũ, succi Glycyrhizæ, Tragacanthi albi, Candi ana drac. 7. seminis Citruli, Melonis, Cucumeris, Cucurbitæ, & Papaueris ana drac. 5. mellis rosei quod sufficit. Dẽtur de eo drach. 3. mane & meridie cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 266.

Qvod facit ad distemperantiam stomachi & Hepatis, & ad Biliosos, & obortum calorem infrigidando temperat, uentositatem eructuãdo educit, morsus & tensiones uiscerum lenit. Recipe Syrupi rosarum drachm. 40. De acido pomi citri drach. 200. Saccari, succi Psilii ana drach. 10. Confice sic, Acidum citri tere & cola, & de succo drach. 200. & Psilii succo & Syrupo manibus fricando commisce, & sic in stagnato uase, lenes ad prunas ad spissitu

dinem decoque, & cum spissari cœperit, puluerē terendorum adde, & indeficiēti spatula commisce. Ad ultimum puluerem immitte, & cum permixtum fuerit, uase optimo conde & usui reserua, Dabisq; ex eo mane & meridie drach. 3. cum frigida.

ELECTVARIVM. Cap. 267.

COnducit contra omnia, quæ secundum frigidum stomachum nocēt, nauseam compescit, uomitum cohibet, dolorē & uentositatē omnium præcordiorum excludit, renes & Vesicā à frigore temperat, uteri defectiones componit. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Nardi, zingiberis, Cyperi, Leucopiperis, Macropiperis, & Melanopiperis, Anisi, ana drachm. 8. ligni Aloes, Macis, nucis moschatę, Calami aromatici, Asari, Mastiches, Cardamomi ana drach. 4. Galliæ, Xylobalsami, costi dulcis, Xylocasiæ, Carpobalsami, Carui, Fœniculi, Myrtilli ana drachm. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 268.

COntra omnes distemperantias stomachi, Hepatis, Renum & uesicæ emphraxin soluit, interaneorum omnium uentositatem mire excludit, & menstruis imperat. Recipe Caryophyllorum, Cinnamomi, Galangæ, Croci, Spicæ, zingiberis, Glycyrhizæ, Anisi, Fœniculi ana drach. 8. Mastiches, rosarum ana drac. 6. ligni Aloes, Xylobalsami ana drac. 4. Macis, Folii, nucis moschatæ, Zedoariæ, Calami aromatici, Costi, Schœnanthus, Pyrethri, Cubebarū, Calaminthæ, Thymbrę, Amomi, Cardamomi, Ammeos, Cimini, Apii ana drach. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 269.

AD uentositatem stomachi & totius corporis. Recipe Glycyrhizæ, Mastiches, Anisi, Carui,

Marathri ana drachm.8.mellis quod sufficit. Dentur ex eo drach.3.cum uino tepido.

ELECTVARIVM. Cap. 270.

VAlde expertum ad dolorem stomachi ex uentositate calida factum,& ad tormina intestinorum. Recipe Saccari drach.20. Myrobalani, Chebuli,ana drach.8. Ammeos,carui,anisi,foeniculi ana drac.6.Caryophyllorum,ligni aloes,Galliæ moschatæ,Mastiches,cyperi,asari ana drachm.4.Syrupi rosacci quod sufficit.Detur mane & uesperi cũ calida uel uino.

ELECTVARIVM. Cap. 271.

EXpertum ad dolorem stomachi & anatropam sistendam,appetitum irritat, digestionem procurat,& nauseam aufert.Recipe Saccari,Rhodostomatis,succi citoniorum,succi menthæ,ana dra. 10.caryophyllorum,Macis,Nardi, cinnamomi, mastiches,rosarum ana drac.4.ligni aloes,Sandali, citrini,Spodii ana drac.3.Zingiberis,anisi,seminis fœniculi,ana drach.2.Cyperi,carui,myrtilli ana drac.1.& semis,Moschi,camphoræ,nucis Myristicæ,calami aromatici,Galliæ moschatæ,croci orientalis,cubebarum,casiæ ligneæ,asari,cardamomi ana drac.1.mellis rosei quod sufficit.Confice sic.Saccarum in succo & Rhodostomate solue diligenter,& cũ rhodomelite lento igne ad spissitudinem decoque,& inde Electuarium tempera,ad ultimum camphoram in rhodostomate solutam & moschũ confectioni adde,Dabisq; ex eo post prandiũ drach.3.cum uino stiptico.

ELECTVARIVM. Cap. 272.

EXpertum ad oxyrheuma,& ad frigiditatẽ stomachi dolorem excitantem,bonos ructus facit,& oris odorem.Recipe cinnamomi,caryophyllorum,Zedoariæ,zingiberis, Glycyrhizæ, ossis Eboris ana drach.4.Galangæ,Nardi,rosarum Liby-

stici ana drac.2.mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 273.

AD dolorem & uentositatem renum, & uesicę, Dysuriã, & Stranguriam, & lapides de uesica excludit. Recipe Nardi, Meu, Saxifragæ ana drac.27. Cinnamomi, carpobalsami, Dauci, ana drac. 8. Xylobalsami, asari, cyperi, anisi, nenochæ, Apii, ana drach.18.& scrup.1. croci, Schœnanthus, reupontici, chamæpityos ana drachm.9. mellis quod sufficit. Detur mane & uesperi cum aqua decoctionis Basilici, aut Saxifragæ.

Nenuchã Arabes pro semine Ammi ponunt.

ELECTVARIVM. Cap. 274.

AD modum expertum calculosis. dolorẽ lumborum tollit, stranguriam aperit, & menstruis imperat. Recipe reubarbari, Galangæ, nardi, zingiberis, Schœnãthus, carpobalsami, cardamomi, ana drach.7. Croci, Costi, Glycyrhizæ, Aristolochiæ longæ, cyperi, cassiæ ligneæ, Bdelii, celticæ, Gẽtianæ, carui, Seseleos, anisi, apii, Ammeos ana drach.5. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum uino decoctionis Calaminthæ.

ELECTVARIVM. Cap. 275.

AD frangendos & expellendos lapides de renibus & uesica. Recipe reubarbari, Cinnamomi, Spicæ, Schœnantus, Casiæ ligneæ, Xylobalsami, Galangæ, zingiberis, Costi, Glycyrhizæ, cyperi, croci, Celticæ, Aristolochiæ rotũdæ, Acori, Gẽtianæ, Saxifragæ, carpobalsami, cardamomi, anisi, carui, ammeos, seseleos, apii, bdelii ana drachm.8. mellis qđ sufficit. Dosis eius drac.3. cũ decoctiõe graminis.

ELECTVARIVM. Cap. 276.

AD frigiditatẽ renũ & debilitatẽ uenerei actus expertũ. Recipe radicum bauciæ, satyrionum uiridium testiculorum, nucleorum Pini ana

drach.100.Galangæ,caudarum uiridium Scingi, ana drach.50.Caryophyllorum,Zedoariæ,seminis Erucæ ana drac.25.Helenii, Marathri, Asparagi seminis, ana drachm.12.ligni Aloes,Cinnamomi,Sinoni,ana drach.6.Balsami,moschi ana drach.3.mellis q͛d suffi cit.Confice sic.Nucleos Bauciarum radices,& Satyriones,stincorum caudas,tādiu tere donec ad modū electuarii redigas,cætera subtilissime pulueriza,& sic omnia,cum despumato melle tempera. Ad ultimum uero moschum in Rhodostomate solutum adde,& sic Balsamum superinfunde. Dabis ex eo drachm.3. dormitum eunti.

ELECTVARIVN. Cap. 277.

EXpertum ad digestionem & uentositatem stomachi quod,Renes & Vesicā optime purgat. Recipe seminis Apii, Anethi,& Troximæ ana drach.5.Galangæ,Zingiberis,Pyrethri,Melanopiperis,Macropiperis,ana drach.4. Cinnamomi, Caryophyllorum,Spicæ,Folii,Schœnanthus, Costi, Asari, Cyperi,Cubebæ,Cardamomi,Mastiches ana drach. 3.Carui,Anisi,Cimini albi,seminis Marathri ana dra. 1.mellis quod sufficit. Dentur ex eo drachm.2.post prandium uel cœnam.

ELECTVARIVM. Cap. 278.

OPtimum ad purgandum omnes partes capitis & stomachi,& splenis & renum: dolores quoq; in eis factos mire sanat,& uentositatem expellit.Quotidianum & quartanū typum,ante horam accessionis curat,additis Euphorbii scru.2. Recipe Diagridii,Zingiberis ana † drach.3. Cinnamomi,Pyrethri,Anisi,fœnigræci,seminis mētę ana drac. 2.Nardi,Thymi,Origani,Calaminthæ,foliorum lauri,Amomi,macropiperis,Amei, Dauci, Petroselini, ana unc.1.Caryophyllorum,apii,seminis Nasturcii, ana unciam:semis.mellis quod sufficit.Datur in mo

† Alibi legitur unc.3.

dum nucis Myristicæ cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 279.

MAgnopere aptum Stomaticis, maxime Anatropam patientibus, Pleuriticis & Iliosis mirabiliter subuenit. Recipe Saccari, candi unc. 4. Cinnamomi, Caryophyllorum, Nardi, Cimini ana drach. 1. & semis, Galangæ, Zingiberis, Costi, Glycyrhizæ, Pyrethri, corallii, Melanopiperis, Anisi, Petroselini, Anethi, seminis Marathri, ana drach. 1. Moschi drachm. 1. & semis, mellis rosei quod sufficit. Confice sic, Saccarum & candum in phialam aquæ roseæ solue, & simul cum rosis, mel ad spisitudinē decoque, & inde electuarium tempera. Dosis eius drach. 3. mane uel uesperi cum tepida.

ELECTVARIVM. Cap. 280.

QVod principalibus conuenit membris, purgat caput, Stomachū, Hepar, renes, Vritides, & seminales poros cōpetenter. Recipe Diagridii, Turbith, Saccari, Opu Tithymali ana drac. 20. Cinnamomi, nardi, Galāgæ, zedoariæ, Schœnāthus, Xylobalsami, Cardamomi, Carpobalsami, ana drac. 8. Zingiberis, Costi, Cyperi, Asari, Xylocasiæ, Phu, Meu, melanopiperis, Anisi ana drac. 4. mellis qđ sufficit. Cōfice sic. Opon Titymali cū melle sufficienti, lento igne ad densitatē decoque, & primum Diagridii, Turbith, Saccari puluerem inde confice, deinde cæterarum specierum lomentum addens cōmisce, cumq; competenter commixtum fuerit, uase optimo cōditum usui reserua. Dabis ex eo drach. 2. uel. 3. pro uiribus ægrotantis mane cum tepida, uesperi cū uino.

ELECTVARIVM DIA' MILAC magnum. Cap. 281.

APtum optimatibus & proceribus, & delicatis uiris. Quod optime conducit Spleniticis,

Nephriticis, Ischiadicis, Podagricis, & omnibus pene ossium doloribus, Ventrem reddit sine omni angustia. Recipe Diagridii drach. 28. cinnamomi, zingiberis ana drach. 18. Nardi, costi, Adcandeste, idest Pyrethri, Euphorbii, Bdelii, Croci, Macropiperis, ana drach. 9. Mastiches, casiæ, Xylobalsami ana drac. 4. & semis, corticis Myrobalanorum bellyricorũ, chymu chelidoniæ, idest succi chelidoniæ, ana drac. 2. Agarici, Epithymi, carpobalsami, ana drac. 3. mellis quod sufficit. Dosis eius drachm. 2. uel. 3. manę uel uesperi cum mulsa.

Adcandesta quid.

ELECTVARIVM AD VOMITVM. Caput. 282.

QVod purgat Melácholicos, Maniacos, Spleniticos, & Hypochondriacos, & omnia mala quæ ex cholera nigra fiunt detergit. Recipe Tapsiæ drach. 100. Elaterii, castiniole corticum, cataputiarum purgatarum, Ellebori albi ana drac. 27. Xylocinnami, croci hortensis, Ellebori nigri, cõdisi, Gõgylidon seminis & chrysolachani ana drach. 18. mellis qđ sufficit. Si aũt fortiter uolueris purgare. Dabis drach. 4. Si uero debiliter. 2. uel. 3. mane cum calida.

Rapum satiuum Græci uocant Gongylẽ, & Gõgylida.

ELECTVARIVM AD VOMITVM. Caput. 283.

QVod sine angustia purgat omnes humores. Recipe cataputiarum purgatarũ, Saccari ana drach. 12. Ellebori uiridis cũ radicibus Asari uiridis, Sicidos, succi Anguriorũ uiridium ana dra. 6. Xylocinnami, condisi, croci Aphricani ana drac. 4. radicis Gongylidon, seminis Chrysolochani ana dra. 2. mellis uiolacei quod sufficit. Cõfice sic. Elleborum & Asarum contrita, & in phialas aquæ. 3. pridie infusa lento igne ad medietatem decoque, & diligenter

Chrysolachanõ, idest aureum holus, quo nomine dicitur atriplex, apud Diosco. lib. 2. c. 110.

cola, abiectisq; retrimentis succum Anguriorum decoctioni adiunge, & cum melle lento igne ad spisitudinem decoque, deinde cataputias, cum saccaro ad modum electuarii tritas terendorum addito puluere cum suprascripto melle confice. Dabisq; ex eo drac. 3. mane ieiunis cum tepida.

ANNOTATIO.

ADNOTANDVM hic rursum Nicolaum manu scriptum pro drachmis uncias reposuisse, ob excessos tamen uetustate characteres non potuisse id undequaq; certo deprehendi.

ELECTVARIVM AD RELEVANDVM Stomachum, & uomitum sistendum. Caput. 284.

RECipe mellis rosei drach. 48. succi cydoniorũ drac. 24. Saccari, Rhodostomatis ana drach. 11. succi menthæ, & succi uiridium corticum granatorum ana drach. 6. macis, caryophyllorũ, myrtillorum uel succi eorum ana drach. 3. Galangæ, Zedoariæ rotundæ, Spodii ana drach. 2. Cinnamomi, ligni aloes, Sandali albi & rubei, rosarum ana drach. 1. Moschi, camphorę ana scrup. 2. Confice sic. Cortices cytoniorum contritos in Rhodostomate, & succum Menthę in mellis rosei libris duabus ad medietatem decoque, & diligenter cola, deinde succum cydoniorum & alias duas libras mellis decoctioni adde, & lẽto igne ad spisitudinem decoque, & inde terendorũ puluerem confice, ad ultimum saccarum optime tritum adde, & sine intermisione cõmisce, cumq; bene commixta fuerint, camphoram & Moschum in sufficienti Rhodostomate soluta superfunde, & optimo uase conde, cumq; opus fuerit dabis ex eo drach. 2. uel. 3. cum succo Menthæ uel Rubi cimarum.

Dubitamus nũ & in hoc capite pro drach. reponẽda uncia, id quod firme codex antiquus præse ferre uidebatur.

EMPLASTRVM APOSTOLICVM Caput. 285.

QVod Alutæ inductum & superpositum optime auxiliatur ad nimium ceruicis dolorē & Scrophas, quas sæpius usurpatum maturat, rumpit & cicatrizat, ut indicium cicatricis non appareat. Aliquando etiā Diaphoresin faciendo tales collectiones sine eruptione sanat. Apostemata in pectore seu in pulmone in stomacho, aut in hepate, in diaphragmate, uel sub costis nata, assidue inductum maturat & rumpit, tumores & duricies splenis soluit. Rheumatismos cum tumore & dolore factos desiccat. Ad omnia uulnera recētia siue antiqua, & ad neruos præcisos uel musculos, ad puncturas uel morsum terrestrium animalium, uel maritimorum peculiariter cōgruit, educit ab eis humores & putredines intime immersas, & concauitates earum pura carne replet, & repletis absq; detrimento cicatricem inducit. Sagittas calamos & similia altius membris infixa sine dolore extrahit, Cancrenas & fistulas exiccando curat. Recipe Lithargyri drach. 18. Ceræ rubræ, Colophoniæ ana drac. 6. Propoleos, Visci quercini ana drach. 3. Ammoniaci, lapidis Calaminaris. 1. Thuris ana drach. 2. Mastiches, Mummiæ ana drach. 1. & semis, Terebinthinæ, Galbani, Bdelii, Myrrhę, Chalcucecaumeni, Sarcocollæ, Lepidos Calcis, Opoponacis, Diptami, Aristolochiæ, Prasii uiridis ana drach. 1. Confice sic. Lithargyrum in subtilissimum puluerē redige, & cum oleo in sartagine noua sæpius exagitando donec conspissari incipit decoque, si autē scire uolueris, utrum coctum sit, guttam unā super marmor instilla, quæ si ut mel congelatur coctū est. Deinde ceram, Galbanum, Terebinthinam, Propolida, & Colophoniam seorsim adde, & modico interuallo facto, Chalcucecaumenū & lapidē Calaminarem immitte,

Et hic pro drachmis quidam habent uncias.

Lepidos chalcu legēdū uidetur, hoc ē ǎ mæ ∫ ¼

immitte,& sæpius exagitando commisce,cumq; cõ-petenter bullierit,Opoponacem, Ammoniacũ,bdellium, Viscum,myrrham,Libanum, Mastichem, Sarcocollam,lepida calchu cum modico aceto in mortario trita,& in lactis similitudinem ducta decoctioni commisce,& certatim spatula subige,ad ultimum uero Diptami,& Aristolochiæ puluerẽ super insperge,& cum ad perfectam decoctionem bullierit, in frigidam aquã infunde,& manibus balsamo perunctis contra ignem malaxa, & factis magdalionibus conde.

EMPLASTRVM Ceroma. Cap. 286.

Optimum ad scapularum dolorẽ & pectoris, confert ad Hepatis, & splenis phlegmonas, Anasarcidia, Asciten, & Tympanitidem, Hydropicos curat,dolorem Ilii & tormina intestinorũ placat,renum & uesicæ distemperantias,lumborum & pectinis sæpius superimpositum emẽdat,Inflationibus & doloribus matricis subuenit, Arteriacis, Ischiadicis,& podagricis medetur,Typice febrientibus,stomacho inductũ subuenit,& morsibus rabiosi canis,& serpentis ictibus appositum auxiliatur. Recipe picis,ceræ,ana drac.7.Sagapeni drach.6.Ammoniaci,Terebinthinæ,Colophoniæ,Croci ana drach. 4.Aloes,Thuris,myrrhæ ana drach.3. Styracis Calamitæ,Mastiches,aluminis,Fœnigræci ana drach.2. Confitæ.Bdellii,ana drac.1.Lithargyri drach.semis. Confice sic.Lithargyrum in subtilissimum puluerem redactum cum oleo sufficienter decoque,deinde picem adde,qua liquefacta ceram adde,post cuius liquationem gummi colata nempe Ammoniacũ, Terebinthinam,Sagapenum, Opoponacem, Galbanũ, confitam,& Styracem,calamitã iniice, & spatula bene commisce,deinde Colophoniæ,Mastiches, Oli-

bani,& Bdellii puluerem,sic Aluminis,Myrrhæ, Fœnigræci puluerem immitte,& spatula optime cōmisce,caue autem ut supra dictas species nō continuatim,sed quodam interuallo competenti immittātur. Cum autem coctum fuerit,in aquā infunde, & inde magdalionibus factis,usui reserua.

ANNOTATIO.

CEROMA quod etiam patos appellatur est oleum quo luctaturi se profundunt,licet Patos ꝓprie sit cœnum atq; lutum Ceromati permixtum,cui si sudor accesserit,conisalos appellatur,ut Gal.ait.Hinc, factum ut præsens Emplastrum putem ceroma appellatum.

EMPLASTRVM OXYCROCEVM. Caput. 287.

QVod optime competit ad omnes fracturas ossium,& quassationum tumorem, & Scrophas,& Glandulas,diaphoresin faciendo dispergit,Doloribus,tumoribus,& duriciei stomachi, Hepatis,splenis,& renum subuenit, plagas serpentis uel alterius animalis morsibus superimpositum desiccando purgat,replet,& cicatrizat:omnium membrorum furiosos dolores mitigat,& apostemata intra uel extra oborta inductum maturat rūpit,& erupta purgat,& cicatrizat.Recipe Ceræ,Picis, Colophoniæ,Croci ana unc.12.Terebinthinæ, Galbani, Ammoniaci,Myrrhæ,Libani,Mastiches ana unc.4. Aceti phialam unam.Confice sic,Picem cum aceti parte in olla noua ad consumptionē aceti decoque, & sic Ammoniacum,& Libanum cum reliqua parte aceti in mortario tritum & solutum ad decoctionem adde,& indeficienter exagitando commisce, cauens

ne acetum ex olla prosiliat, cum autem ad aceti consumptionem decoctum fuerit, Galbanum, Myrrham, Masttichen adhibe, cumq; efferuefactum fuerit Crocum pulverizatũ admisce, & resoluta omnia in mortarium funde, & factis magdalionibus usui reserua.

EMPLASTRVM VSIA. Cap. 288.

APtum ad dolorem capitis patientibus locis appositum oculorũ rheumatismo uel nariũ fluxui fronti inductum medetur, quorũ uulnera dissolutum, & inditum emendat, de collo scrophas, & de faucibus Synanchas discutit, collectiones & suppurationes mãmillarum mulierum uel aliorũ locorum sanat, uentositatem & dolorem stomachi, Hepatis, splenis, & Præcordiorum omnium aufert: Hydropicis, Torminosis, Cœliacis, & in lecto se permingentibus subuenit, uniuersorum articulorum dolorem paragorizat, putridas plagas, & humectas fistulas desiccat, Cancrenas, & herpetas serpere nõ patitur, & omnia diuisa desiccando consolidat. Recipe Picis nigrę unc. 32. Galbani, chalcitidis unc. 7. Colophoniæ, Ceræ, olei ana unc. 6. Opoponacis, confitæ rubeæ, Libani, uisci quercini ana unc. 4. Styracis Calamitæ, Lithargyri, Calchanti, aluminis, floris æris, corticis capparis, Propolidis, ana unc. 2. Antimonii, Cerusæ ana unc. 1. Confice sic. Lithargyrum in puluerẽ redactum cum oleo lenes ad prunas bulli, deinde ceram & picem adde, quibus liquefactis, metallica omnia spatula bene commisce, post Viscum Propolin, Galbanum, Terebinthinam, confitam, Styracem calamitam adhibe, sic Colophoniam, Antimonium, & Asphaltum, deinde Opoponacem, aluminis, & capparis pulverem insperge & in aquam effunde, manibusq; oleo Laurino perunctis, contra ignem malaxando magdaliones informa, & usui reserua.

Vsias alias quære inferius capite 986. & sequentibus.

EMPLASTRVM Didascalia. Cap. 289.

Adriani cæsaris emplastrum.

Simon Geneuer. sis mētionem facit huius ēplastri in dictiōe apoquima.is.

HOc usus est Imperator Adrianus. Cephalicū, & Hemicraneum dolorem fronti appositum aufert, lachrymas & rheuma oculorum sistit, dolorem aurium cum rosaceo solutum & instillatū placat, fracturam narium & aliarum chartilaginū glutinat. Polypos, & cacoetica uulnera in eis facta cum aceto liquatum emendat, uitia oris cum melle, Synanchæ, collo, & gulæ, emprosthotonicis, & suspiriosis pectori inductum medetur, Phlegmonis & mammillarum duritiis mire facit, Stomachi Sclirosim reprimit, Hepaticis, & Spleniticis adhibitum cum spongiola, uino & oleo uel pusca infusa & superligata auxiliatur, prominentem umbilicum subtiliat, cœliacā, & dysenteriam stringit, Nephriticis, colicis & Tinasmon patientibus cum oleo cyprino, aut Rutaceo lūbis adhibetur, Gonorrhęam patiētibus, Satyriacisq; subuenit cum oleo nardino, lumbis & pectini appositum, ad Rhagades sedis, & ad uentris affectus cum rosaceo molliter aptatur, Glandulas inguinum uel alterius membri diaphoretica uirtute usurpatum euocat, Arteticorum, & Podagricorū furiosos dolores paragorizat, ramosos & Hydrocelicos potēter exiccat, Chironia uulnera & humectas fistulas purgat, membra luxata reponit & confortat, fracta ossa consolidat, & eorum fragmēta educit, plagas ueteres & nouellas purgat, rūpit & cicatrizat, & si altius in eis aliquid infixum fuerit, ut est sagitta, calamus uel aliqd huiusmodi, celeriter & sine periculo euellit, morsibus terrenorum uel maritimorū animalium singulare præsidium est, Paronychia crescere non sinit & ungues leprosos, idest scabros sanat, magnificum est autem, & à multis probatum. Recipe Cadmiæ, Libani, Myrrhæ, Colophoniæ, Dracontii, radicis Chamęleontis, Centaureę, Papaueris ana drach. 6. Tere-

binthinę, Aloes, Chalchucecaumeni, aluminis scissi & rotundi, Sarcocollæ, Ceræ, Aristolochiæ rotūdę, Iridos ana drach. 14. Galbani, Calchanthi, Lepidos calchu, radicis Capparis, Gentianæ ana drach. 8. sanguinis Draconis, calcitei, Acacię, Cicidos, Psidiæ floris, Tamaricis, Propolidis, ana drach. 7. Laccæ, Gennabari, Visci, Apoquimatos, idest Sordiminis nauis, aut succi Cyclamini, ana drachm. 5. Oxyrei, Olei, ana unc. 10. Cōfice sic. Terendorum specierum subtilissimum puluerem diebus septem cum oxyreo sine intermissione tere, octauo uero die, Cerā Terebinthinam, Galbanum, Ammoniacum, Colophoniam, Viscum, Propolin lento igne cum oleo soluta in mortario tere, species & acetum insuper adde, & terendo ad perfectam commixtionem commisce, & repositum usui reserua.

Cicida Gallam uocant medici uel Cecida ita litera in euersa Dios. li. 1. c. 127

ANNOTATIO.

GENNABARI Nicolaus, uel Translator Nicolai superius usus est pro cinabrio.

APOQVIMA idem Translator appellat picē naualem quā græci Zopissam uocant, resinam uidelicet cū cera derasam nauigiis. Dicitur & Hypochyma, quod marino sale maduerit discutiendi uiribus præditum Diosc. lib. 1. cap. 83. Paul. lib. 7.

OXYREON Simon citat & non enucleat. Syluaticus tradit esse forte acetum.

EMPLASTRVM DIA' DIPTAMV. Caput. 290.

VTilissimum ad lachrimas & suffusionē oculorum reprimendas, si fronti per dies septem applicatum fuerit, putredines aurium cū nardino uel rosaceo instillatū emendat. Parotidas, Scrophas, & glandulas sæpius usurpatum, diaphoretica

uirtute eliminat,excrementicias humiditates pecto-ris,& pulmonis, spiritualiumq; pororum emphra-xin thoraci impositum amputat,Stomachi,Hepatis, & splenis prismata:tumores,& scliromata præcor-diis & sumini inductum digerit,reprimit,& malaxat: frigiditatem & dolorem matricis aufert.Infantem ui uum & mortuum,atque secūdas subfumigatū absq; mora educit,& menstruis imperat,affectibus sedis& uentri mirabiliter prodest,ossa fracta & neruos inci-sos consolidat,contusionibus uniuersorum mēbro-rum medetur,Chronia uulnera,& fistulas desiccādo ad Paracollesin ducit.Apostematibus & malis pustu lis liberationem prestat.Sagittas,surculos & alia quę horum similia mēbris affixa potēter euellit, morsus rabidi canis, serpentis,uel alicuius scorpionis ictus, locis patientibus appositum curat. Stomacho & re-nibus ante horam accessionis aptatum,typicarū fe-brium malitiam mitigat,eiusq; subfumigatione ue-nenosa animalia in domibus latentia fugantur. Reci pe Lithargyri,drachm.50.Colophoniæ,olei ueteris ana drach.50.Diptami,Resinæ pityinæ ana dra.35. Aristolochiæ longæ drac.26.Ammoniaci,Thymia-matis,Gesampelitidos uel picis ana drac.25.Calchā thi,drac.24.Lepidos calchu,Calchucecaumeni,ana drach.19.Zaliæ,uel Nardi,Terebinthinæ,Chamæ-millæ,ana drac.14.Ceræ,Psimmythii,Libani,sangui nis Draconis,lemniæ Sphragidos,Propolidis, Gen tianæ,Centaureæ,Prasii, Chamædryos , Polii,ana drach.12.Galbani drach.10.Chamæpityos drach.8. Opoponacis, Myrrhæ,Agapis, Cyperi, Iridos ana drach.6.Aloes,Libanothidos ana drach.6.Strychni drach.5.Artemisię,Pentaphylli ana drach.2.cū oleo lento igne donec mittet colorem decoque,& sic ad-misce Gesampelitida uel picem,& cum se colligere cœperit,ceram immitte,deinde pityinam,colopho-

Prismata appellat inflationes. Hesychius πρῆσεν exponit ἐφύσησεν, & ἐνέφλεξεν .i. inflauit & accendit.

Paracollesin agglutinationem græce maluit Translator quam latine efferre.

De lapide agapide diximus in Esdra.

niam,& ammoniacum,sic lepida calchu, Calchuce-caumenon,Calchanthũ, lemniam sphragidem, sanguinem draconis, & Psimmythium post libanotidem,Myrrham,& Aloen,deinde Terebinthinã,galbanum,& Opoponacem adhibe,& indeficienter spatula bene commisce,& amoto ab igne sic cęterorum puluerẽ insperge. Ad ultimũ uero Chamæmillam, absq; spatula optime cõmisce, cõde & usui reserua.

ANNOTATIO.

AMPELITIS terra est quam pleriq; Pharmacitim uocant in Syriæ Seleucia nascens ,exiguis piceârum carbonibus similis,tritæ parum olei inspergitur & liquescit.Disiiciendi, & refrigerandi uires habet uitibus illita uermes in illis nascentes. Dioscor. lib. 5.cap.101.

ZALIAM Simon zalienũ legit.Citat enim hũc locum,sed non explicat.Videtur autem zalienũ credidisse Nardum esse.Licet Rasis & Serapio zelẽ & zelu piper æthiopicum esse tradant, Nardum uero appellari Sumbel.

EMPLASTRVM hoc integrum non est.Vide breuiorem eius compositionem apud P.Æginetam lib.7.cap.17.

EMPLASTRVM DIA' ÆRON ANOdynum. Cap. 231.

OPtimũ ad cephalicos,& hemicranicos dolores,frõti inductũ lachrimas & suffusiões oculorũ mirabiliter stringit.Rheumatismũ gingiuarũ,seu dẽtiũ dolorẽ subtili linteolo íductũ & applicatũ arcet, Hæmoptoicis optime medetur,Plegmones & pessimas mãmillarũ durities melius oibus reprimit.Caliditatẽ & sclirosin stomachi,hepatis,& splenis sine mora emẽdat. Gonorrhęã patiẽtibus pectini suppositũ succurrit,Exochades uel aliquas inflatiões

in eo factas, alutæ inductum & sæpius applicatum sanat, Chronica uulnera, uel sanguinolenta recẽtia purgat & replet, & si aliquo irruente intolerabili calore molestẽtur, oleo rosaceo molitum & applicatũ cõpetẽter infrigidat. Recipe Lollii pollinis unc. 24. Ceræ albæ unc. 12. Resinæ pituynæ unc. 8. olei Rosacei unc. 6. Boli, Aceti, ana drac. 4. Asphalti unc. 3. Iridos unc. 1. Confice sic. Ceram cum oleo liqua & sic resinam immitte, deinde pollines lollii, & admixto aceto competenter decoque, & ab igne deposito, Boli, Asphalti, & Iridos puluerem adhibe, & diu agitádo commisce, Cumq; optime subactum fuerit, cõde, & usui reserua.

ANNOTATIO.

DIA' Æron hoc est ex lolliis & lolleacea farina confectum Emplastrum hoc appellatum est. Paulus loco citato describit, qui tamẽ pro bolo, asphalto, & Iride habet picem & bitumen.

EXOCHADES sunt quælibet particularũ eminentiæ. Meminit Paulus lib. 3. cap. 59.

EMPLASTRVM MESSALINÆ VEspasiani. Caput. 292.

Efficax ad Scrophas, & glandulas, quas sępius superpositum diaphoretica uirtute dispergit, & sine incisiõe curat, Parotidas & ignitos colli tumores sanat, collectionibus in hepate, Splene & latere factis ita medetur, ut collectiones humorũ per uentrem egredi faciat. Ramicosos & hydrocelicos emendat, putredines uerendorum cum rosaceo solutum & illitum abstergit, & eorum tumores deponit calidos & aufert, oleo rosaceo solutum, & uice pessarii usurpatum matricis affectus & feruores amputat, neruos & musculos præcisos consolidat, fluẽtes fistulas & cancerata uulnera mirabiliter cicatrizat, &

ea à feruore uindicat. Sagittas & ſurculos altius in membris infixos potenter euellit, & Apoſtemata putrida deſiccat, & glutinat. Recipe guttæ ammoniacę unc. 42. Olei ueteris unc. 8. floris Æris, Lithargyri ana unc. 4. Terebinthinæ, Galbani, Bdelii, Myrrhæ, Spumæ argenti, Aluminis, Mānæ, Thuris, Croci ana unc. 1. & ſemis, Opoponacis, ſanguinis Draconis, ariſtolochiæ lōgæ, Balauſtiorum ana unc. 1. Cōfice ſic. Spumam argenti & Lithargyrū cum oleo lento igne coque, deinde cerā immitte, qua liquata ammoniacum, & Terebinthinam, & Galbanū, poſt Colophoniam, & cum ſpatula frequenter agitando aliquantulum bulli, dehinc alumen, mannam, thus, myrrham, Bdellium: quibus ſolutis Opoponacem infunde & amoto ab igne ſemotim florem æris, Crocum, ſanguinem Draconis, & Balauſtia inſperge. Ad ultimū puluerem Ariſtolochiæ cū ſpatula optime cōmiſce, cum autem commixtum fuerit, in marmoream pilā oleo roſaceo perunćto infunde, & factis magdalionibus conde, & uſui reſerua.

EMPLASTRVM Barbaræ claſſis. Cap. 293.

QVod confert ad omnia uulnera recentia, proficit etiam ad neruorum muſculorumq́; contuſiones, & luxata intumuſcere non patitur, Articulos inciſos iungit, & omnium hominum periculoſiſſima uulnera mirifice ſanat, interne prius iniectum, poſtea extrinſecus appoſitum, & ſinus ueteres & fiſtulas cōſolidat. Recipe ceræ, reſinæ frixæ, Picis Bruciæ, Bituminis ana unc. 5. Ceruſæ, mannæ, Thuris, Aluminis ſciſſi, æruginis cāpanæ ana unc. 3. Opoponacis, aluminis rotundi, Vitrioli, Croci, Gallæ Syriacæ, olei ueteris ana unc. 2. Confice ſic. Puluerē terendorum cum ſufficienti aceto in mortario ſine intermiſſiōe tere, Solubilia cum oleo & cera, & ſoluta

medicamini adhibe,& sufficienter commisce, cum autem commixtum fuerit,compositis Magdalionibus,conde,& usui reserua.

ANNOTATIO.

BARBARVM Emplastrum à cuius similitudine hoc appellatum uidetur,habet æruginis rasæ denarios.12.spumæ argēti denar.20.aluminis,picis aridę,resinæ pineæ aridæ ana denar.1.quibus adiiciuntur olei & aceti singulæ heminæ.Celsus lib.5.ca.19. Paul.lib.7.cap.17.

EMPLASTRVM MVSÆ APHRÆ QVOD Ennea dicitur. Cap. 294.

Enneapharmacum emplastrum aliud ex nouem rebus componendum eodem loco describit Celsus quod ualet ad pus mouendum & ad purgandum: Constat autē cera,melle,seuo,resina, myrrha, rosa, medulla ceruina uel bubula,hyssopo & butyro ana partibus æquis.

MIrificum ad omnia uulnera maxime ad capitis fracturas,sinus & Syringias,Chartilagines incisas,& ossa fracta mirabiliter glutinat, Cācerosa uulnera & humentes fistulas desiccat,& ad cicatricem ducit.Sanguiné uomentibus in duabus alutis inductum,& ante super pectus & stomacho usq; ad umbilicum,& retro supra scapulas applicatū potenter subuenit.Durities Splenis,uel alterius mēbri superimpositum malaxat & digerit, morsus omniū animalium,& calidam plagam dissipatam appositū sine labore curat.Recipe Ceræ,olei,picis,Resinæ,bituminis,Asphalti,ana unc.12.Magnetis unc.6.Psimmythii,Calchanthi,ana unc.4.opoponacis unc.2.alii addunt Malantiæ unc.4.Conficc sic.In Cacabo lēto igne cerā,& Asphaltum cum oleo & moderato aceto asperso liqua,deinde picem & resinam immitte, cumq; liquata fuerint,ab igne depone, & cum tepefieri incipit Calchanthum in competēti aceto molliter macera,exagitandoq; optime commisce, & lento igni supposito modice bulli,cauens ne acetum de cacabo resiliat,iterūq; ab igne sublato & tepefacto, Opoponacem pridie in sufficiēti aceto solutū adhi

be,& sic Magnetis, & Psimmythii puluerem superſparge,& operoſe commiſce,tãdem igni apponito, & modice bulli ut ſe colligat,cumq; collectum fuerit in marmoreã pilam oleo perunćto effunde,& factis magdalionibus,uſui reſerua.

EMPLASTRVM CATAGMATIcum. Cap. 295.

APtum fracturis & contuſionibus,& Luxationibus bene facit,& ad eos qui in carnificinis & quæſtionibus ciuilibus torquentur, & ex alto cadũt,qui hoc emplaſtrũ habuerit, alterius medicaminis nõ indiget auxilio. Recipe Terebinthinæ, Libani ana unc.10. Ceræ unc.5. Aluminis ſciſsi unc. 2. Galbani, Opoponacis,uiti,ideſt ſucci ſiccorum ana unc.1.& drach.2. Picis, Lithargyri,ſeui Vitulini ana unc.1. olei ueteris cotylam unã. Confice ſic, Ceram, Picem,Terebinthinam lento igne ſolue, deinde Lithargyrum cum oleo in alia olla competenter liquatum & ſeuum decoctioni admiſce,& optime ſubige & depoſito ab igne Galbanum adde,uitum,opoponacem & libanum in mortario trita cũ aceto decoctioni admiſce,& diligenter ſubige,iterumq; igni cõmitte,& modicum bulli,attendens ne acetum de olla exiliat,cumq; collectum fuerit in marmoream pilam Sambacino perunćto funde,& compoſitis magdalionibus uſui reſerua.

Paul.lib.7. cap 17. appellat Catagmaticũ Oribaſii,& pro uito interpres repoſuit uuas. reliqua omnia conueniunt.

EMPLASTRVM DIA' GALBAnes. Caput. 296.

QVod facit ad omnia Apoſtemata quæ rodunt,dolorem Hepatis & duritiẽ,& febrem emendat. Recipe Ceræ unc.12. olei ueteris roſacei, Viſci ana unc.6. Styracis, Galbani,reſinæ frixæ,Libani,Sinopidis ana unc.2. Confice ſic. Viſcum

cum oleo coque, deinde ceram adhibe, qua liquata Styracem aliquantulum cum ſpatula exagitando bulli, & ſic Galbanum adhibe, poſtea puluerem reſinæ, dehinc Libani, ad ultimum puluerē ſinopidis adde, & agitando optime commiſce, & cum percoctū fuerit in aquam effunde, & factis magdalionibus uſui reſerua.

ANNOTATIO.

GALBANVM nullam omnino decoctionē ſuſtinet, ſed eo quod impollutum reddit emplaſtrū tollere ab igne expedit & mollificando ipſum iniicere Paul. lib. 7. ad finem cap. 17.

EMPLASTVM Dià zimis. Cap. 297.

APprime aptum parotidibus, glandulis, & tumoribus ex putridis factis humoribus, ſi iam ad pus conuerſi fuerint, rumpit enim, purgat, & nouiſſime cicatrizat: Si uero ad pus nō fuerint cōuerſi, diaphoreſin facit, & humores pertenues, & inuiſibiles poros educit, Anodynum eſt, & mitigat furioſos humores. Recipe Zimi, Pituynæ, Picis, ana unc. 6. Opii, ſalis communis, ſeui Taurini ana unc. 4. Galbani, haloſanthus ana unc. 1. Confice ſic. Seuum, picem, atq; ceram lenes ad prunas ſolue, & ſic Zimū & ſaponem commiſce, deinde ſal, poſt Galbanū, ad ultimum puluerem Opii, & Haloſanthus adhibe, & inde ſufficienter ſubige, cumq; infrigidari cœperit, pilæ marmoreæ infunde, & factis magdalionibus conde, & uſui reſerua.

Videtur à fermēto appellatum. Nam Græci ζυμιν appellant fermentum.

EMPLASTRVM Ariobarzanum. Cap. 298.

COnueniens ad multa, tumores digerit, ſcliroſin malaxat, Apoſtemata rumpit & purgat, & uulnera calore diſſipata competēter mitigat. Recipe Lithargyri unc. 37. & ſemis, olei ueteris, aquę

marinæ,ana unc.20.Psimmythii,unc.17.Ceræ ruffæ unc.9.Ostreæ marinæ ustæ unc.6.& Terebinthinæ unc.6.Libani unc.3.& drach.1.& semis.Confice sic, puluerem lithargyri,& psimmythii,cũ aqua & oleo in marmorea pila sine intermissione subige, deinde in ollam nouam infusum lento igni applica, & bulli, cumq; efferbuit,ostreæ puluerem,ad ultimum uero & libanum adde,& indeficienter spatula commisce, & postquam coctum fuerit, marmori oleo perunⸯcto superfunde, & factis magdalionibus conde, & usui reserua.

ANNOTATIO.

ARIOBARZANIVS ille describitur ab Aetio & Paulo lib.7.cap.17.& pro ostreis marinis legunt buccinos crematos, Aetiusq; priuatim appellat Aⸯriobarzanium ex combustis buccinis.

EMPLASTRVM DIA' STYRACOS. Caput. 299.

HOc conducit ad omnes affectus Stomachi, Hepatis,Splenis,renum & coli,Ictericos suⸯpersitũ stomacho mirifice iuuat,omnibus Hydropicis utile est,oẽs dolores & inflationes Hyⸯpochondriorum,& Iliorum optime paragorizat,furiosos dolores arteticorum,Ischiadicorum,& podagricorum compescit,neruorum contractiones emendat,typice febriẽtibus,& hemitritæicis proficit. Reⸯcipe uini optimi, Aceti acris ana unc.48.Picis,Ceræ, ana unc.30.Ammoniaci,Terebinthinæ, Resinæ friⸯxæ, Libani,ana unc.6.Styracis,Sagapeni, Asphalti,arsenici,Aloes,Opii,Mãnis,Mastiches,ana unc.2.opoponacis,Galbani,Myrrhæ,Bdellii ana unc.1.Confiⸯce sic.In uase fictili,picem,& ceram,& uinum lento igne ad uini consumptionem decoque,sic ceram liⸯqua,& cum soluta fuerint, Ammoniacũ,Opoponaⸯ

cem, Styracem, Bdellium, libanum, & Mannam Thuris cum aceto in mortario trita ad mellis spissitudinem, super adde, & diligenter cõmisce, attendens ne acetum foras exiliat, deinde galbanũ, & sic terendorum puluerẽ super adde, & sufficiẽter subige, cumq; percoctum fuerit, in concham plenam aqua funde, & contra ignem magdaliones manibus oleo perũctis, informa, & usui reserua.

EMPLASTRVM ACOPVM HYGIEINON Caput. 300.

Hygieinon Acopũ salubre acopũ, idest discutiendis lassitudinibus cõfectum medicamen.

PRobatissimum Asthmaticis, hydropicis, Spleniticis, Arteticis, & ad omnem totius corporis uentositatem. Recipe ceræ unc. 72. Picis, Colophoniæ, Adipis Taurini ana unc. 18. Libani, salis Ammoniaci ana unc. 8. Hygieinu acopi, Nitri, Cimini, fœnigræci ana unc. 6. Cyperi, Iridos, Cardamomi, Anisi, baccarum lauri ana unc. 4. Sandaracæ, Aristolochiæ longæ, Staphisagriæ ana unc. 2. Aristolochiæ rotũdæ, Euphorbii ana unc. 1. olei Cyprini qđ sufficit. Confice sic. Picem, ceram, adipem & oleũ in uase fictili, lenes ad prunas solue, deinde Colophoniam immitte. Posthac cæterarum specierum subtilissimum puluerem adhibe, subige diligenter, cumq; percoctũ fuerit, in marmor oleo prælitum effunde, & factis magdalionibus conde, & usui reserua.

EMPLASTRVM DIA' MANNES. Caput. 301.

MAgnopere operatiuum, Anatropam, debilitatem Stomachi, & diaphoreticum sudorẽ emendat, Ciliacam sistit, & interaneorum calorem tẽperat, Cacoethica uulnera, & humectas fistulas desiccat & glutinat. Recipe cerę, picis, olei Myrtini ana unc. 12. roris Syriaci unc. 4. Nardi, Myrrhæ,

aloes, Stypteriæ rotūdæ, Calchāthi, Balaustiorū ana unc. 2. Omphacii, Acaciæ, Manthus, Rosarum, Gallæ asianæ ana unc. 1. Aceti aminei quod sufficit. Confice sic, Puluerem terendorum cum sufficienti aceto amineo in mortario competenter tere, solubilia aūt cum oleo igniculo soluta confectioni adde, & gnauiter subige, cumq; percoctum fuerit & tepefactum, optimo uase conde, & usui reserua.

EMPLASTRVM DI'ANETHV. Cap. 302.

QVod facit ad eos q ex macronosis tabescūt, & per febrē exarescunt, omnia quæ extenuata sunt humectādo reparat, & sterea, idest solida mēbra corporis resumendo confortat, nam acute febrientibus in septimo die statim appositum subuenit. Recipe olei Sabinini, Rosacei, Violacei, ceræ albæ, adipis porcini recētis, ana unc. 24. Medullę ceruinæ, adipis anserini, Scillæ uiridis, Chamæmillæ, Meliloti, Anethi ana unc. 6. Styracis, Mastiches, Anchusæ ana unc. 2. Confice sic, Herbas omnes in aquę phialis tribus triduo infusas, lento igne ad consumptionem aquæ decoque, & diligenter cola, sollicite attendens ne herbæ adurantur, abiectisq; retrimētis Styracem cum oleo Sabinino liquatum & colatum adde, sic medullam cum oleo Violaceo superiori disciplina aptato, deinde adipes omnes cū rosaceo solutos infunde, tandem puluerem Mastiches adhibe, & diligenter subactū mortario excipe, cumq; refrixerit, utili uase conde.

EMPLASTRVM DIA' LEVCVPIPEREOS. Cap. 303.

FAciens ad ulcera senum, & molles carnes habentium, maxime fœminarum & Eunucho-

rum,polypis qui naſcũtur in naribus optime mede-
tur,& his qui humida uulnera,& ſcorticateras in ti-
biis habent,ſanitatem tribuit,genua & oſſa quæ nu-
dantur carne replet. Recipe lithargyri, Pſimmythii
ana unc.12.Ceræ albæ unc.6.Terebinthinæ,Libani
ana unc.3.Stypteriæ ſcisſilis, Leucopiperis ana unc.
1.olei ueteris & aquæ qđ ſufficit.Confice ſic.Lithar-
gyri,& Pſimmythii puluerem in oleo & aqua ſuffi-
cienti lento igne decoque,deinde Cerã, & Terebin-
thinam adhibe,quibus liquatis,& bene commixtis,
Aluminis,libani,& piperis puluerem ſuperſparge,&
diligẽter commiſce,& ab igne depone, cumq; tepe-
fieri cœperit,,marmori frigido præloto infunde, &
uaſe optimo conde.

Stypseria est alumen.

EMPLASTRVM DIACHYLON.
Caput. 304.

ACcommodatum eſt ad dolorem & tumorẽ
manuum & pedum,ſeu aliorum locorum:pro-
ficit etiam ſolutum cum lentiſcino ut chamæ-
melino,ſeu roſaceo oleo ad inteſtinorum dolorem
ad neruum inciſum ſiue contractum in linteolo indu
ctum & ſuperimpoſitum expertum adiutorium eſt.
Cacoethica uulnera deſiccat,replet & cicatrizat.Re-
cipe olei ueteris unc.42.Spumæ argẽti,unc.36.radi-
cis Maluæ agreſtis ,& Euiſci,Fœnigræci,ſeminis li-
nis,ana unc.12.Cõfice ſic.Radicẽ & ſemina in aquæ
phialis tribus triduo infuſas lenes ad prunas ad me-
dietatem decoque,& diligenter cola,abiectisq; retri
mentis de ſucco lib.1.commiſce oleo & aliquantu-
lum bulli,deinde puluerem ſpumæ argenti adhibe,
& indeſinenter ſpatula ſubige,donec cõpetenter de-
coquatur.Quòd ſi uolueris reſcire quando coctum
ſit medicamen,diligenter attende,& cum in eo ueſi-
culas ebulire & ſub ſilire uideris,ſcias probe eſſe co-
ctum,

ctum, & cũ refrixerit utili uase conde, & usui reserua.

EMPLASTRVM DIA' PSIMMI-thiu. Caput. 305.

COnueniens uiris delicatam carnẽ habentibus, maxime mulieribus optime facit, ad mãmillarum & crurum uulnera difficiliter cicatrizãda, patientia loca competenter infrigidat, noua carne replet. & ita conglutinat, ut naturali colore uindicato non appareat cicatrix. Recipe Adipis porcini recentis, ceræ ana unc. 24. olei rosacei, radicis uiridium liliorum ana unc. 6. Psimmithii, unc. 4. Lithargyri uel plumbi usti & loti, mastiches ana unc. 2. Confice sic. In sufficienti aqua radices liliorum, pusillo igne in oleo pleniter decoque, & inde amotas in marmorea pila ad modum electuarii tere, cumq; diligenter pertrieris, oleum rosaceũ adde, deinde subtilissimum puluerem terendorum, ad ultimum uero axungiam & ceram lento igne solutas superfunde, & indeficienter subige, cumq; coagulari cœperit, optimo uase conde, & usui reserua. Emplastrũ de Cerussa.

EMPLASTRVM DIA' PHOENICON Galeni uel dià chalciteos. Cap. 306.

QVo utebatur ad sanguinolentas difficulter cicatrizandas, cum oleo, & cera solutum, mãmillarum cancros cæterorumq; membrorũ erysipelata competenter infrigidat, replet, & purgat, Arteticorum & Podagricorum feruẽtes tumores & furiosos dolores reprimit, & ad uotum paragorizat. Inguina, Sphigmata & phygethla, Herpetes, Cancrenas, usturas, & oẽs rheumaticas passiones cum oleo liquatum absq; dubio curat. Cum aũt soluitur medicamen ad curam plagarum difficulter cicatrizandarum, mensura medicaminis ceræ & olei sit æqualis Aetius & Galenus de Cõp. med. secundũ genera. lib. 1. cap. 4.

ad cæteras causas medicaminis decem partes sint olei octo, & hoc æstate fiat. Recipe Lithargyri, Olei ueteris ana unc. 36. Adipis porcini ueteris sine sale unc. 24. Chalcitei uel Melantiæ seu Sinopidis unc. 4. Confice sic. Chalciteum cum oleo in mortario diu tere, deinde subtilissimum puluerē Lithargyri asperge & ad solem tribus diebus indesinenter commisce cum oleo per tot dies humectandi causa permaneat, nouissime medicamini axungiam eliquatam superfunde & optime terēdo subige, cumq; bene commiscueris ollæ fictili infusum lento igne applica, & cum spatula Phœnicea uiridi decorticata eadem die de talea abscisa, assidue moueto, ut de ea medicamen nō nihil humoris attrahere ualeat. Pars autem spatulæ quæ siccata fuerit, abscindatur, & uiridis assumatur, & hoc toties fiat, quoties opus fuerit ut succum sæpius renouatæ spatulæ medicamen obtineat, cumq; percoctum fuerit, ab igne subleua, & tepefactū optimo uase conde, atque usui reserua.

Chalciteum trāslator ponit pro chalcitide.

Ramus palmæ in modū rudiculæ uel spathæ usurpandus.

EMPLASTRVM Adamantii. Cap. 307.

HOc conuenit gutturosis, & Enterocelicos recens ruptos patienti loco superpositum mire consolidat, & custodit ne iterato intestina profluant. Recipe Collæ, Boli armenici, Alapsæ, picis ana unc. 8. Ceræ, lithupyritis, aluminis, Bituminis, Sandaracæ ana drach. 4. Vini Thalassii, uel sapæ qd' sufficit. Confice sic, Terendorum subtilissimum puluerem, cum uino, uel sapa sufficienti in mortario subige diligenter, cumq; optime subactum fuerit, solubilia lento igne remissa, cum omni diligentia superfunde & exagitando commisce, & cum tepefieri cœperit contra ignem manibus malaxa, & factis magdalionibus conde, & cum opus fuerit alutæ inductū patienti loco applica & per dies nouem ne remoueas.

Pyritem lapidem intelligit ex quo cōflatur æs. apud Diosc. lib. 5. ca. 59. concretū sanguinem dissoluit apud Paulū. Arabes lapidem marchasitā appellant.

ELECTVARIVM DVCIS. Cap. 308.

DIcitur quia Abbas de curia illud composuit ad opus ducis Rogerii filii Roberti Viscardi propter indigestionem & uentositatē stomachi & intestinorum, & Ilii dolorem & uitium lapidis, duodecima pars uniuersæ cōfecturæ lib.1. Recipe ani drach.2.& grana.15.Glycyrhizæ, mastiches ana scrup.2.& gra.5.Chamædryos, zingiberis, Cinnamomi, Calami, Marathri, Carui ana scrup.1. grana 15.Xylocasiæ, Calaminthes, Dauci, Pyrethri, Piperis albi & longi, Cyperi, Schœnanthus, Iridos, Ammomi, Folii, Asari, ana scrup.1.Spicæ, Croci, gūmi arabici, Tragacanthi, seminis Anethi, Calami aromatici, Cubebarum, carpobalsami, Iuniperi, Alexandri, Sileris, Pentaphylli, seminis Asparagi, Citri, Acori, radicis Ameos rubeę indi uertice Reupontici, nucis myristicæ, ligni Aloes, Basilici, Milii solis, Saxifragæ, seminis Citruli, Melonis, cucumeris & cucurbitæ, Scariolæ, Petroselini, Ben albi & rubei, Styracis calamitæ, Cardamomi ana gra.15.Penidiorum unc.semis & scrup.2.& semis, mellis quod sufficit. Datur post prandium & ad cœnā cum uino calido. si datur contra lapidis uitium sumatur cum decoctione mille foliorum uel Scolopendriæ.

Rogerius Dux, Robertus Viscardus.

ELECTVARIVM DE SVCCO ROSArum. Caput. 309.

EXpertum est cōtra guttam calidam, choleram rubram purgat, conualescentes ex ægritudine scilicet quotidianarios & tertianarios purgat sine molestia, & reliquias malorum humorum potēter educit, quæ remanserint, tertia pars lib.2. Recipe Saccari, succi Rosarū ana lib.1.& unc.4.Sandali

albi & rubei, & Citrini ana drach. 6. Spodii drach. 3. Diagridii drach. 12. Camphoræ scrupu. 1. Tempera ad modum electuarii cum Syrupo facto de eodē saccaro, & succo rosarum. Datur cum aqua calida mane in modum castaneæ.

ELECTVARIVM COPHONIS FRIgidum. Caput. 310.

QVod optime tertianarios, & quotidianarios & erraticas febres purgando sanat, & etiam habentibus stomachum cholericum peculiariter conducit, tertia pars confecta est lib. 4. Recipe Sandalorum alborum, & rubeorū, & spodii, Tragacāthi, Gummi Arabici, Amyli, rasuræ Eboris, reubarbari, Senæ, rosarum, uiolarum, seminis fumi terrę, Berberis, Sebesten, seminis portulacę, Marathri, anisi ana drac. 3. Emblici unc. 1. Conficitur sic. Psilii unc. 8. ponātur in sufficienti aqua feruēti in qua bulierit lib. media Polypodii, quercini uiridis mundati & triti, omnes herbæ diureticæ, uiolæ, & pruna, & tādiu dimittantur donec probe refrigerentur, deinde coletur fortiter per saccum: ad meliorem uero muscilaginis constrictionem, intromittatur in sacculum aliquantulum aquæ feruentissimæ, & colaturæ addantur, Scāmoneæ unc. 6. puluerizatæ prius tamē cum aqua frigida inter manus confricatæ, & bene cum eadē muscilagine fricentur manibus, deinde apponantur saccari lib. 4. dissolutę prius cum sufficienti aqua decoctionis Polypodii, & cæterarum herbarum diureticarum, & colati, deinde super ignem positum bullire permittatur, cumq; ad medium decoctionis peruenerit, addantur unc. 2. Tamarindorū, & unc. 2. casiæ fistulæ dissolutę prius in sufficienti aqua decoctionis prunorum, & prędictarum herbarum diureticarum, & per caciam colatæ usq; ad perfectam coctionem

bullire permittatur. signũ autem decoctionis est qđ super marmor positum, & infrigidatum aliquantulũ, uiscosum fuerit, & digito adhærescit, agitatione tamen baculi ab ipso decoctionis principio nõ cessante. Cumq; coctũ fuerit, ab igne deponatur, & in mortario posito, puluis prædictarum specierum superspargatur, & cum pistillo bene cõteratur, usq; ad ipsius uiscositatis & gũmositatis remotionem, deinde recondatur. detur à colatura Cassiæ fistulæ uesperi, uel media nocte.

ELECTVARIVM PSYLLITICVM. Caput. 311.

A Psylio dictum probatum contra cholerã rubeam, tertianariis acute febrientibus, Empyicis, Ictericis omnino subuenit, medietas est libra una. Recipe Psylii lib. 3. & aquæ feruẽti impone per triduum, postea coletur, & in colatura admisceãtur Scammoneæ unc. 3. & Saccari lib. 3. & per duos dies dimitttantur, & postea coquantur, deponantur ab igne & puluis istarum specierum admisceatur, qui recipit Sandali albi & rubei rotũdi, Reubarbari, Spodii, Tragacanthæ, gummi Arabici, uiolarum, berberis ana scrup. semis. Portulacæ, Scariolæ ana drach. 3. In æstate detur ante somnum, in hieme, circa mediam noctem in utroq; tẽpore, cum aqua calida ad modum castaneæ.

ELECTVARIVM LETIFICANS. Caput. 312.

REcipe Melissę, corticis Citri, Caryophyllorũ, Galliæ moschatæ, Mastiches, croci orientalis, Cinnamomi, Cardamomi, Neheremisch, idest seminis peoniæ, Ben albi & rubei, Zedoariæ, Doronici, loco eius ponitur semi pondus Galangæ,

Ozimi,& Ozimi Caryophyllati ana unc.semis. Moschi quantum est decima pars unius supradictorum, deinde sumantur Chebuli.20. Emblici.30. & terãtur in tribus libris aquæ, coquantur donec ad unam redeant, & colentur, colaturæ uero immittatur libr.1. mellis, coquito donec consumpta sit, postea ex hoc melle conficiatur puluis prædictarum, in triplo excedat mel species, de quo cum necesse fuerit sumatur ad magnitudinem auellanæ. Hoc medicamen lætitiã & coloris pulchritudinem & digestionis bonitatem operatur & canos retardat.

ANNOTATIO.

NEHEREMISCH est flos rosæ asininæ. Iuxta Auerroem lib.5. rosa asini est peonia. Gentilis reluctatur solus. Arculanus tamen in cap. de Melãcho. Auicenna ad finem sui Antidotarii & P. de Ebano quæstione penultima, omnes constanter adserunt Neremisch esse florem peoniæ aut semen ipsius.

EPITHEMA POLYARCHION maius. Caput. 313.

Polyarchia bina, uide apud P. Aeginetam li. 7. cap. 18. ad initium, in quibus tamẽ Pau. cũ Nicolao nõper omnia concordat.

HOc cephalalgicis præraso capiti impositum mire facit, frigiditates & dolores pectoris & pulmonis emphraxin thoraci per dies decẽ applicatum aufert, pneumatosin dolorem tumorem & sclirosin Stomachi & Hepatis curat, debilitatem renum & libidinis, ad maniam ex cõgestione humorum factam, Dysuriã & stranguriã ex constipatione pinguium humorum, lumbis & pectini sæpius inductum emendat, & omnibus interaneorum uitiis peculiariter medetur. Recipe ceræ unc.24. Balsami, olei nardini ana unc.12. Terebinthinæ unc.9. Bdellii, Libani, Casiæ, Amomi unc.8. olei Cyprini unc.4. Nardi, Styracis, Ammoniaci, Mastiches ana unc.2. Folii, zingiberis ana unc.1. & semis, croci, costi, cro-

comagmatis, Schœnanthus, Aloes, Ladani, Galbani, Opoponacis, Celtici, cassami, Brathei, Mantis ana unc. 1. & drach. 1. Xylobalsami, Cyperi ana drach. 6. Confice sic. In oleo cyprino, Styracem, & Ladanum lento igne solue, deinde Terebinthinam, guttam ammoniacam, Galbanum, Opoponacem in duplici uase liquefacta & colata, itidem & ceram & oleum nardinum, dehinc puluerem terendorum adde, & diligenter commisce. Ad ultimum uero Balsamum diffunde, & ab igne amotum accurate subige, cumq; tepefactum fuerit, probe uase conde, & usui reserua.

Cassemū Aliabas li. 1 a. pro Keysin usurpat, qđ est ligusticū. Casamiū aūt est Cyclaminus quæ ēt panis porci & Arcanita dicitur.

EPITHEMA POLYARCHION Minus. Caput. 314.

HOc quidem optimum est & efficax & ad omnes passiones interaneorū, & ad omnia quæ ducunt infirmum ad desperationem. Recipe olei Nardini, Gleucini ana unc. 24. olei melini, ceræ, Terebinthinæ ana unc. 12. Resinæ frixæ unc. 10. Balsami, Styracis, ammoniaci, Bdellii, Mastiches, medullæ ana unc. 3. Nardi, Folii, melanopiperis, Fœnigræci ana unc. 2. Crocomagmatis, Costi, Schœnanthus, Celtici, Cyperi, Iridos, Casiæ, Aloes, Myrrhæ, Meliloti, Carpobalsami, Cardamoni, Amomi ana unc. 1. & semis, uini quod sufficit. Conficitur ut Polyarchion maius.

EPITHEMA DIA' SPERMATON. Maius. Caput. 315.

OPtimum contra omnes uentositates interaneorum, optimum aūt est ad dolorē & frigiditatē stomachi, hepatis, Splenis, & ad omnia quæ minātur Hydropisim. Aperit emphraxin urinalium pororū, Torsiones Iecinoris, & laterū, & quę p emphraxin uētositates fiūt. Recipe olei cyprini ceræ

Dià sperma ton. hoc malagma ex seminibus constans describit Paul. lib. 7. cap. 18.

Terebinthinæ ana unc.24.mellis unc.18.Styracis, Libani, medullæ Casiæ fistulæ, Celticæ, Meliloti, Sansuci, Selini, Cacrei, Myrti, baccarũ Lauri ana unc.12. Opoponacis, Nitri, Cyperi, Cardamomi, Anisi, Fœnigræci ana unc.3.uini & aceti quod sufficit. Confice sic, Puluerem terendorum cum uino & aceto in mortario optime commisce, medullam Casiæ fistulæ manibus fricando cum melle, & oleo liquefacito, & cola, & leni igniculo in cera & cęteris solubilibus solue & trituræ adde, & tandiu terendo subige, donec ad densitatem Ceroti redigatur. cum autem permixtũ fuerit: optimo uase conde, & usui reserua.

EPITHEMA DIA' SPERMATON Minus. Cap. 316.

MAlaxat dura frigida calefaciens, dolẽtia interaneorũ optime mitigat, & apostemata purgat, & impedimentum urinæ soluit. Recipe olei cyprini, mellis, aceti ana unc.12.seui taurini unc. 4.& semis, Opoponacis unc.3.& drac.3.Ceræ unc. 2.& drach.6.Iridos, Fœni græci ana unc.2.& semis, Cardamomi, Anisi, apii ana drach.1.& semis. Conficitur ut dià spermaton maius.

EPITHEMA DIA' DAPHNIDON. Cap. 317.

OPtimum ad multa, Stomachi nanq; debilitatem confortat, erigit, nauseam prohibet, Vomitum cohibet, Fluxum uentris peculiariter sistit, Hepatis, & splenis phlegmonem digerit, & sclirosin malaxat, tumorem articulorum & pedum decem diebus impositum mirandum in modum deponit. Recipe Panis Apher mundi unc.36.Cerę, Terebinthinæ, Colophoniæ, Psimmithii, Lithargyri ana unc.24.Ficuum pinguium, Dactylorum, & uisci radi-

cis,foliorum Daphni,ana unc.12.Chamæmeli,Fœnigræci,seminis lini ana unc.8.Confice sic. Dactylos & ficus,herbas & semina in uino optimo triduo infusa lento igne penè ad consumptionem uini decoque,ita tamen ut cęterorum substantia non exuratur, & diligenter reprime,abiectisq; retrimentis adde oleum,& iterum lenes ad prunas bulli, donec succus consumatur,deinde Lithargyri,& Psimmithii pulue rem adiunge,& aliquantulum coque,donec emolliri incipiat.Postea ceram,& Colophoniam,& Terebinthinam adhibe,& diligenter subige : ad ultimum uero puluerem panis Apher supersparge,& agitando optime commisce,cumq; tepefactum fuerit,optimo uase conde.

EPITHEMA Dià Phœnicon. Cap. 318.

STomachum confortando excitat, uomitum inhibet,& fluxum uentris stringit.Recipe olei rosacei,Myrtini,uini malorũ granatorũ,ana unc. 12.Ceræ,Masticches,Acaciæ, pinguium carnium Dactylorum,malorum macianorum intus & extra purgatorum ana unc.6.Aloes,sanguinis Draconis,Omphacii,ana unc.3.Ammoniaci,Myrrhæ,Libani,bdellii,stypteriæ,croci,rosarum,Hypocisthidos, Oenanthes,Balaustiorum,floris lentisci,Absinthii pontici, Gallarum non perforatarum ana unc.2. Confice sic. Puluerem terẽdorum in mortario cum uino malorum granatorum competenter tere,deinde dactylos & mala maciana trituræ cõmisce,ceram, & Ammoniacum cum oleis lento igne solutũ confectioni adde,& diu terendo optime subige,cum autem infrigidatum fuerit,optimo uase conde,& usui reserua.

Oenanthe uocatur uitis syluestris fructus cum floret, id est fructus labruscæ Dio scor. lib. 5. cap. 5.

ANNOTATIO.

MACIANA mala medici hispanica uoce appellant poma syluestria, ut ostendit uetus translatio

Dioſcoridis lib. 1. cap. 136.

EPITHEMA Dià Melilotu. Cap. 319.

LAudatisſimum eſt ad tuſſem ex catarrho factã, & pulmonis uitia pectori applicatum emẽdat, Phlegmonis & doloribus Stomachi, Hepatis, & ſplenis medetur, Iliorum & iecinorum crudos flatus expellit, emphraxin renũ & ueſicæ aperit, tumores podagricorum compeſcit & dolorem mitigat. Recipe Ceræ, Ammoniaci, ana unc. 18. Reſinæ frixæ unc. 9. olei roſacei, cyprini, ana unc. 6. crocomagmatis, Spicæ, Myrrhæ, Bdellii, Cyperi, Meliloti, ana unc. 4. Croci, Iridos, cardamomi ana unc. 2. Vini qđ ſufficit. Cõfice ſic. Ceram cum oleis lenes ad prunas ſolue, ſic guttam ammoniacam in duplici uaſe liquatam adde, deinde reſinam, ad ultimum terendorum puluerem cum uino ſufficienti ſubactum adhibe, & ad amuſsim commiſce, cumq́; percoctum fuerit ab igne ammoue, & tepefactum idoneo uaſe cõde, atq; uſui reſerua.

EPITHEMA Hebdodecas. Cap. 320.

Nomen inuenit hoc Epithema à numero ſuorũ componentium, ſiquidẽ decem & ſeptem medicinæ ſimplices ipſum cõſtituunt.

VTilisſimum Chœradibus & malis glandulis, Tenſiones & duricies præcordiorũ mollit, Stomachum cõfortat, Vomitum ſtringit, & Dyſcraſiis qualibuſcunq; medetur, Renum turgiditatem & dolorem reprimit, tumores genuũ & pedũ ex rheumatiſmo factos emẽdat, & amplius rheumatizare non permittit. Recipe Ceræ, colophoniæ ana unc. 12. Opoponacis, ammoniaci, carniũ Dactylorũ ana unc. 6. Styracis, Terebinthinæ, Propoleos ana unc. 3. Libani, Maſtiches, Myrrhę, aloes ana unc. 2. Croci, Crocomagmatis, cardamomi, ana unc. 1. & ſemis, Folii, Nardi, Bdellii, ana unc. 1. Confice ſic. Carnes Dactylorum ad modum electuarii in morta-

rio tere,& post puluerem terendorum diligenter cõmisce,tandem ceram,Terebinthinam,& Colophoniam ad ignem cõmixta confectioni adiunge, & malaxando tãdiu confice donec inspissetur, cumq; bene commixtum fuerit,repositum usui reserua.

EPITHEMA DIA' DECAEX, IDEST Sedecim è,Malacticum. Cap. 321.

HOc prodest ad omnia apostemata quæ intrinsecus fiunt,locis patientibus impositum:malaxat enim & ad eruptionẽ adducit,& rupta desiccat. Recipe Olei cyprini,mellis,resinæ ana unc. 12. Ceræ,Terebinthinæ ana unc. 7. Nitri,Iridos,radicis panacis,petroselini,amei ana unc. 6. Hyssopi Ceroti,Sansuci ana unc. 3. Casiæ,Celticæ,radicis dauci cretici,Cardamomi ana unc. 1. & drac. 7. Vini odorati quod sufficit. Confice sic. Puluerem terendorum in mortario cum uino sufficienti competenter tere, Ceram,Resinam,Terebinthinam,Hyssopi cerotum cum opio,& melle dissoluta trituræ adhibe, diligenterq; commisce,cum autem cõmixtum ad modum ceroti fuerit,in uase optimo cõpone,& usui reserua.

ANNOTATIO.

HYSOPVM cerotum practici medici usurpant pro sordida pinguedine lanarũ ouium,quam Græci Oesypon uocant,uocis enim similitudine decepti, hanc appellarunt hysopum humidam,ne quis existimaret loqui de hyssopo herba. Vide Dios.li.2.c.66.

EPITHEMA MICTAONOS. Caput. 322.

QVod mirabiliter spleniticis auxiliatur,Hypochondriorum tensionẽ soluit,omnemq; duritiem malaxat,& ad difficilẽ articulorũ motum optimũ est. Recipe ammoniaci Thymiamatos,

Ceræ ana unc.16.Terebinthinæ unc.8.Galbani,Myrrhæ,Bdellii,Libani,olei Cyprini ana unc.4.uini aut aceti quod sufficit.Confice sic. Myrrham, Libanum, Bdellium,Galbanum,& Ammoniacum in uino aut aceto sufficienti in mortario oleo Cyprino peruncto competenter tere,deinde ceram,& Terebinthinā in oleo Cyprino soluta confectioni adde,& indesinenter subige,cumq; permixtum fuerit,usui reserua.

EPITHEMA DI'ALOES STOMAchicum. Caput. 323.

Idest ex morbo chronico,& diuturno.

FAciens ad dolorem & phlegmonem atq; duritiem stomachi, & ad debilitatem uiscerum ex macronosia factam. Recipe Ceræ,olei ana unc.12.Mastiches unc.2.Aloes unc.1.floris absinthii unc.6.olei Melini aut Nardini quod sufficit. Confice sic.Ceram si febrit Melino siue oleo nardino solue,& puluerem specierum ceroto commisce,& similiter tere,& in linteolū crassum inductū in crepusculo stomacho impone, & tertia diei hora submoue, hoc per triduum facito.

EPITHEMA CHRYSOON HOC EST aureum. Caput. 324.

HOc diaphoreticos,& Hemicranei dolorē loco impositum sanat,quibus neruus in ceruice contrahitur, & Emprosthotonicis subuenit, Chœrades,glandulas,& Parotidas diaphoresin faciendo curat,duritiem Splenis malaxat, apostemata omnia,malas excrescentias & carbūculos dispergit, ab omni calore liberat, infantium renes superinductum consolidat,callum pedis subtiliando cōsumit. Recipe olei,Thuris,Stypteriæ,Arsenici ana unc.5. Terebinthinæ,Colophoniæ,Resinæ ana unc.4.aceti quod sufficit.Confice sic.Thuris,Arsenici, Stypte-

riæ, subtilissimum puluerem in mortario cum aceto sufficienti diutissime tere, deinde Colophoniam, Terebinthinam, & resinã cum oleo lenes ad prunas solutas adde, & diligenter commisce, cum autem permixtum fuerit absconde, & usui reserua.

EPITHEMA DIA' BVRZON, HOC EST omnibus Valentius. Caput. 325.

HOc Emprosthotonicis, & Asthmaticis pectori appositum, & datis quinque pillulis de eo, omnibusq; neruis contractis subuenit, dentiũ dolorem ac tumorem ex rheumatismo factũ in subtile linteolum instratum & applicatum mirabiliter emendat, Parotidas, & Glandulas diaphoresin faciendo desiccat, Humores induratos instar ossis aut uenæ turgescentis cum inflatione in collo hominis seu equi conflatos dissipat, omnia apostemata maturat, rũpit & purgat. Recipe Colophoniæ, Asphalti, ana unc. 4. Thuris, Arsenici cum aceto forti in mortario competenter tere, deinde aliorum puluerem cũ mellis paruo optime trita adhibe, & diu terẽdo sufficiẽter commisce, cumq; commixtum fuerit, optimo uase repone, & cum uolueris uti, cum aceto dissolue, & linteolo inductum impone.

Diuinari potest legendũ esse cũ melle pauco.

EPITHEMA Dià ptisanes. Cap. 326.

DIaphoreticum & egregie malacticum. Glandulas, Chœrades, & Parotidas diaphoretice operando soluit, omnes durities, & phlegmonas malaxat, & omnia pyrotica infrigidat, maxime acutas febres. Recipe olei ueteris unc. 36. ptisanæ, fœnigręci, seminis lini, ana unc. 12. Ceræ, seui taurini, radicis Euisci ana unc. 6. Meliloti unc. 2. Galbani unc. 1. Confice sic, Ptisanam, fœnũgræcum, semen lini, Melilotum, & radices Euisci in aqua sufficiẽti pri-

die infusa lenes ad prunas, ad perfectam decoctionẽ decoque & fortiter exprime. De succo autem lib. 3. oleo adde, & iterum lento igne ad consumptionem succi bulli, deinde seuum, ceram, & Galbanum adde, & molliter bulli, donec ad unũ corpus redacta sint, & ab igne depositum coagulari permitte, & conditum usui reserua.

EPITHEMA DIA' CYDONION Tonicum. Caput. 327.

Tonicũ hoc est corroboratiuum & confirmatiuum uel uigoratiuum.

QVod facit ad debilitationem & inflammationem stomachi & Hepatis, Vomitum etiã bene stringit, & febrẽ amputat. Recipe malorum cydoniorum intus & extra purgatorum unc. 26. olei Chamęmelini, Aloes, Mastiches ana unc. 12. carnium Dactylorum, unc. 6. Confice sic, mala & Dactylos cum uino sufficienti lento igne coque, donec penè uinum consumatur, deinde mortario immissa diutissime tere, cumq; probe contriueris mastiches & aloes puluerem appone, & optime terendo commisce, post ceram cum oleo resolutã adiunge, & iterum terendo subige & conditum usui reserua, cumq; opus fuerit linteolo inductum locis passis impone, & si contigerit ut medicamen desiccetur, cũ oleo rosaceo in mortario dissolue & utere.

EPITHEMA Lexipyreton. Cap. 328.

QVod acute febrientibus caliditatem aufert fronti inductum, dolores capitis ex febre factos amputat, pulsibus inductum somnũ infert, & optatam quietem defectis præbet. Recipe olei rosacei, aquæ, ana unc. 36. olei uiolacei, seminis papaueris albi ana unc. 12. Ceræ unc. 8. baccarum scissæ, seminis Hyoscyami ana unc. 3. Mastiches, Opii, Xiri ana unc. 1. Cõfice sic. Semen papaueris cõquas-

satum in aquam impone, baccas scissæ, & semē Hyoscyami similiter contrita in oleo uiolaceo triduo infunde, quarto uero die infusionem seminis papaueris lenes ad prunas ad medietatem decoque, & diligenter excola, & abiectis retrimentis, colaturā hanc iterum lento igne ad medietatem bulli, Cumq; percocta fuerit diligenter cola, deinde succo oleum rosaceum infunde & ad succi consumptionē penè bulliat, sic ceram adhibe, qua liquata, Masticheş & opii subtilissimum puluerem asperge, & indeficienter ab igne depositum exagitando commisce, & cum tepefieri cœperit uase optime exceptum usui reserua.

ANNOTATIO.

AMBROSIAM lexipyreton appellat Ægineta lib. 7. ca. 18. ad finem, atq; unam tantum lexipyreton describit, quæ habet lithargyri libram unam, Adipis porcini, succi seminis lini ana uncias sex, Ceræ dealbatæ uncias nouem, rhodini libram unā, mellis unc. 3. Croci unc. 1. Quidam lutea ouorum decem cruda adiungunt.

EPITHEMA LEXIPYRETON.

Caput. 329.

HOc conferet acute febrientibus. Siquidē Stomachi, Hepatis, & præcordiorum intolerabiles caliditates amputat. Recipe olei rosacei, uiolacei, succi seminis lini ana unc. 12. Ceræ unc. 6. Seui gallinacei unc. 3. Confice sic, Succum cum oleo rosaceo, & uiolaceo lento igne ad tertiam decoque, deinde seuum gallinaceum cum cera remissum adhibe, & cum percoctum fuerit in marmoream pilā funde, & sic puluerem Spodii, & Amyli supersparge & indesinēter subige, & cum coagulari cœperit uitreo uase conde, & in frigidissimam aquā uas ipsum per decem dies suspende, & cum opus fuerit patiētibus locis impone.

EPITHEMA Lexipyreton. Cap. 330.

VTile ad continuas febres, Stomachi & aliorũ uiſcerum ardorem auferens. Recipe olei roſacei unc. 12. Ceræ, ſeui agni recẽtis ana unc. 4. Spumæ argenti, florum manti ana unc. 2. Ouorum albuminis quod ſufficit. Cõfice ſic, puluerem ſpumæ argenti, & mãti florum, cum albumine in mortario, donec ad pinguedinis conſiſtentiam perueniat, commiſce, deinde ſeuum, & ceram cum oleo liquata trituræ adhibe, & indeſinenter exagitando ſubige, cũq; cõſpiſſari cœperint, uaſe uitreo exceptũ uſui reſerua.

EPITHEMA. Cap. 336.

AD uomitum optime expertum, Alapſæ inductum, & ſtomacho impoſitũ. Recipe olei raphanini, ſicyonii ana unc. 24. Elaterii, ſucci Ellebori ana unc. 12. Catapuciarum purgatarum radicis & ſeminis ana unc. 6. ſucci fabæ lupinæ, Caſtaliolæ corticis ana unc. 3. ſucci Tithymali, ſeminis Chryſolachani ana unc. 1. Cõfice ſic. Succos omnes & catapucias conquaſſatas & ſeminum puluerem in Raphanino, & Sicyonio oleo, quatriduo infunde, quarto uero ad lenes prunas ad medietatẽ decoque, cũq; bene coctum fuerit, diligenter cola, abiectisq; retrimentis ceram adde, & cum remiſſa fuerit, in marmoream pilam funde, & addito elaterii ſubtilisſimo puluere tãdiu terendo commiſce, donec coagulari cœperit, cumq; condenſatũ fuerit cõde, & uſui reſerua.

Caſtal Arabice caſtanea dicitur Simon Genuates. Chryſolachanon, id eſt holus aureum, Atriplicem eſſe cõſtat apud Dioſc. lib. 2. cap. 110.

EPITHEMA AD VOMITVM STRINGENdum expertum. Cap. 332.

REcipe olei Roſacei, Omphacitidis, ceræ ana unc. 8. Maſtiches, Boli, albuminis ouorũ ana unc. 5. ſanguinis draconis, Tragacanthæ, pollinis hordei ana unc. 3. Croci, Mannæ Thuris, Acaciæ ana

ciæ ana unc.2. Confice sic. Boli, sanguinis Draconis, Croci, & acaciç subtilissimum puluerem, & pollines hordei cum albumine ouorũ in mortario diu terendo commisce: Deinde, Mastiches, mannæ, Thuris & Tragacanthæ tricoscinatum puluerem cum oleis lento igne competenter decoque: Posthac cerã immitte, cumq; remissa fuerit trituræ adhibe, & tãdiu subige donec conspissetur, & cum constiterit, uase cõde, & usui reserua.

EPITHEMA RINOTICVM AD SOLVtionem uentris. Cap. 333.

QVod stomacho & umbilico alutæ inductum & applicatum uentrem sine mora soluit, ante prælotis locis aqua decoctionis Mercurialis uel Sicii. Recipe olei Sicyonii & scyllitici ana unc. 12 olei Cucumerini, cerç ana unc. 8. lactis Tithymali, fellis taurini ana unc. 6. terebinthinæ, Diagridii ana unc. 4. Euphorbii, seminis Cicidos ana unc. 2. succi mercurialis, Coccugnidii ana unc. 1. Cõfice sic. Succos omnes in Sicyonio & scyllitico oleo lenes ad prunas ad medietatem decoque, deinde Terebinthinam cũ felle Taurino adde, post modicum interuallum terendorum subtilissimum puluerem triduo in Cucumeracio oleo infusum decoctiõi adhibe, & optime exagitando commisce, Ad ultimum uero ceram immitte, & tãdiu bulliat donec liquefiat, cumq; percoctum fuerit in marmoreã pilã effunde, ibiq; diligẽter donec coagulari incipiat subige, repone, & usui reserua.

Sicyn & sicyon Græci cucumerem appellãt, uide Diosc. li. 2. cap. 124. Paulum lib. 7. in suis simplicibus.

EPITHEMA Caput. 334.

AD lumbricos expellendos in Alapsam inductum, uentriculo & toti sumini impositum. Recipe olei unc. 24. Ceræ unc. 8. Aloes, Pollinum nigellæ, Fœnigræci, Lupinorum amarorum,

& Git ana unc.3. Foliorum Centaureæ uiridis, Carthami, Absinthii, & Persici ana unc.1. Cõfice sic. Herbas contusas in oleo triduo infusas, lenes ad prunas ad medietatẽ decoque, & exacte cola, abiectisq; herbis pulurem Aloes, & pollines adde, & bene commisce, deinde ceram adhibe, cumq; percoctum fuerit, conde & usui reserua.

EPITHEMA AD VENEREM PRORItandam, Compertissimum. Cap. 335.

Recipe Balsami, olei Pulegini, Aquæ camphoræ, ceræ ana unc.2. Tellis Passerum, caudarũ Scingi, Testiculorum uiridium Satyrionis, Euphorbii, seminis Bulbi, & Erucæ ana unc.1. Moschi unc. semis. Confice sic. Semen Bulbi & testiculos Satyrionis uiridis simul ad modum Electuarii tere, deinde passerum uel miscellæ adhibe, sic etiã Euphorbii, caudarum Scingi, & puluerem seminis Erucæ insperge, postea Moschũ in camphorata aqua solutũ affunde, & diu terendo commisce. Ad ultimum uero ceram cum Balsamo, & Muscelino oleo resolutã confectioni adiunge, & diligẽter subige, uitreoq; uase conde, & ad amplexus properãtibus renes & uirgam perunge, & sic congrediatur: & si pertesus fuerit ex medicamine renes ungere, purpureę Alapsę in ductum, utrisq; pulsibus applica, expertum enim est.

FAVSTINVM MAIVS. Cap. 336.

Phaustinos autẽ pastillos require apud Paulũ Aeginetam lib.7.c.12.

Optime conducit ad Catarrhum, Asthmaticis, & suspiriosis subuenit, Tussim, peripleumoniam, & pleurisim emendat, Vomitũ sanguinis & singultum curat, Nephriticis, & Calculosis potẽter proficit, Cholericis, & Gemorrhosaicis medetur, & periodicis passionibus utilissimum est. Recipe Leucopiperis, seminis Hyoscyami ana drach.20.

Opii drach.1 o.Sinoni drach.7.Croci drach.5.Casiæ fistulæ, Dauci Cretici, Petroselini Macedonici ana drach.4.Apii drachm.2.Nardi, Pyrethri, Euphorbii ana drachm.1 .mellis quod sufficit. Dabis ad pondus drachmarum trium cum calida.

FAVSTINVM MINVS. Cap. 337.

QVod Nephriticis, Colicis, & calculosis medetur, & typum quartanum emendat. Recipe Rosæ, Leucopiperis, & Melanopiperis ana drach.7 .Opobalsami, Caryophyllorum, Costi, Croci, Asari, Acori, dauci cretici, hyoscyami ana dra. 3.Cinnamomi, carpobalsami ana drachm.2. Nardi drach.1 .mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida aut uino.

FVMIGIVM AD EPILEPTICOS. Caput. 338.

REcipe Testiculi caprini, ursini, Iecinoris lupi, sanguinis Hirundinis, & lapidis in uentre earum inuenti, Mustelæ marinæ sanguinis, cochlearum aceti ana drachm.2. Allii, cornu ceruini, & capræ ana drach.1 .Confice sic. Hæc omnia tere, & in puluerem redige, & cum coagulo agni in succo rutę liquato optime cõmisce, inq; magdaliunculos informa, & ad umbram sicca, cumq; opus fuerit carbonibus superimpositis, fumigium naribus applica.

FVMIGIVM AD EXCITANDOS EPILEPTICOS. Caput. 339.

REcipe cornu Ceruini, & Hircini, Ellebori albi, Pegani, Euphorbii, Staphisagriæ ana dra. 2.Confice sic. Hæc omnia tere, & in puluerẽ redacta cũ pinguibus passulis bene cõmitte, & inde magdaliũculos cõpone, & usu expetẽte carbonibus

adhibitis naribus fumigium æger excipiat.

FVMIGIVM AD OCVLORVM GRAVEdinem & sanguinem. Cap. 340.

Recipe Fabarum drach.3.quibus super carbones uitis appositis perforato scabello, super quod foramen patiens caput contineat, & apertis oculis huc intueatur,donec ex collecto fumo lachrymæ abundanter erumpãt,& cum se inde subleuauerit,abluta facie,in oculos lyciũ in amineo uino solutum instilla,hoc bis in die mane,& uesperi faciat,nulli secundum est.

FVMIGIVM Ad Tiniolas. Cap. 341.

Confert etiam ad pediculos palpebrarum ex quibus pruritus excitatus fuerit.Fac sic.Hyoscyami capitulũ plenum semine exteriori cortice exutum in ceream capsellam include,ita ut superior pars capitis non tegatur,& sic prunis ignitis impone desuper apposito traiectorio,cumq; fumus erumpere cœperit,patiens oculum super foramẽ traiectorii adigat,palpebris intrinsecus antea melle punctis:& cum illachrymari oculus à fumo cœperit, Tiniolæ & pediculi omni celeritate cadere incipiũt.

FVMIGIVM AD DYSPNOEAM & tussim. Caput. 342.

Recipe Bardanæ,ungulæ equi uiridium foliorum ana drach.3.Lemniæ Sphragidis drac. 1.Cõfice sic.Herbas probe contusas testæ ignitæ impone,super quas subtilissimũ puluerẽ lemniæ Sphragidis insperge,& traiectorio applicato,patiens ore aperto fumum excipiat,cumq; à fumo tussis irritata fuerit,excreando quicquid in ore collectũ fuerit expuat,& hoc mane & uesperi administretur

ad dies ſeptem.

FVMIGIVM AD VERMES DENTIVM & Gingiuarum. Cap. 343.

Conficiatur ad hunc modum. Laminam ferreã igne candentem ſuper patulum os uaſis aqua pleni pone. Super quam ſeminis porri drach. 2. adurẽtur & traiectorio cooperiatur, cumq; fumus erumpere cœperit, gingiuis & dentibus ante melle fricatis, ore aperto patiens illum excipiat, donec ſuſtinere poterit, & amoto traiectorio, inuenies intus in aqua uermem natantem.

FVMIGIVM. Caput. 344.

Ad deſtillationem uuæ & ad rheumatiſmum faucium. Recipe Styracis, Ficuum pinguiũ, florum Amygdalarum, ſeminis Hyoſcyami ana drach. 4. Fac ſic. Hæc omnia trita & in puluerem redacta cum ficubus & Styrace diu terendo commiſce, & inde Trochiſcos informa, cumq; opus fuerit inditis ſuper carbones lentiſcinos traiectorium ſupimpone, & patiẽs ore aperto fumum accipiat, donec ſuſtinere ualeat, & hoc ter in die faciat, mane, in meridie & ueſperi, & interpoſitis tribus diebus aut quinque, reiteret medicamen, donec conualeſcat.

FVMIGIVM OPTIMVM CARDIACIS & debilitatem patientibus. Cap. 345.

Recipe Styracis optimi, Labdani puriſſimi, ligni Aloes ſubtiliſſimi pulueris ana drach. 8. olei Nardini, Muſcelini ana drac. 2. Balſami, Moſchi ana drach. 1. Ambræ, camphoræ ana drach. ſemis. Confice ſic. Ambram cũ oleo nardino, & muſcelino ſolue, & inde puluerem ligni Aloes, cum Styrace, & Labdano bene commiſce, Balſamum autem & Moſchum, & camphoram ſolutam guttatim me

dicamini instilla, manibusq; perunctis contra ignem diutius malaxando inde magdaliones informa & repone, cumq; opus fuerit carbonibus uitis impositis, fumigium naribus applica.

FVMIGIVM APTVM PARALYTICIS. Caput. 346.

Recipe Castorei, Myrrhæ ana drach. 6. Costi, Elelisphaci, Macropiperis ana drach. 2. Confice sic. Hæc omnia trita & in puluerem redacta cum Styrace calamita collige, & inde Trochiscos informa. Cumq; uti uolueris super carbones lentiscinos impone, & patiens integrã nucem in ore teneat, ibidem insufflet, ut fumum ore recipiat, & quicquid humoris attrahitur aperto ore foras excreabit.

FVMIGIVM AD SANGVINEM HÆmorrhoidon. Cap. 347.

Recipe Gallæ Asianæ, Melantiæ, Boli Armenici, Lycii, Hæmatitidis ana drach. 3. Fac ita. Hæc omnia tere & in puluerẽ redige & cum sufficienti aqua Dracõtea trochiscos informa, cumq; opus fuerit patientem super scabellum competenti foramine apertum sedere facies, & inde eum quinquies in die suffumigabis.

Dracõteam dracontium & dracunculum Trãslatores & authores latiniores appellant. Vide Diosc lib. 2. cap. 155.

ANNOTATIO.

MELANTHION legendum esse coniicimus: quod Recentiores quidam esse Git statuunt, apud Dioscor. lib. 3. cap. 84. Quanquam Nicolaus superius paulo cap. 334. Git & nigellam uel melanthion insinuat esse diuersa.

FVMIGIVM AD MENSES MVLIEBRES prouocandos. Cap. 348.

Recipe Nardi, Calami Aromatici, Styracis, cardamomi, seminis Nasturtii, ana drach. 4. Fac

sic. Omnibus in subtilissimum puluerē redactis cum succo Periclymeni Trochiscos cōpone, Cumq; opus fuerit carbonibus suppositis subfumiga.

FVMIGIVM AD MENSTRVA cienda. Cap. 349.

Recipe Thiu apyru, Bituminis, Libani, aluminis ana drach. 5. Compone ita, in subtilissimū puluerem hæc omnia redige, & cum sufficienti succo Symphyti Trochiscos informa, & cum opus fuerit super carbones impone, & patiens sublatis uestibus desuper sedeat.

FVMIGIVM AD MENSTRVA RETInenda. Caput. 350.

Recipe Lentisci, Myrtę, Cymarum rubi, Rosarum ana drac. 6. Fac sic. Omnia trita & in puluerem redacta cum sufficienti succo Trochiscos informa, & cum opus fuerit super carbones impositis secundum superiorē disciplinam subfumiga.

FVMIGIVM AD MENSES SVPERfluos. Caput. 351.

Recipe Castorei, succi Myrtæ, Lentisci, Cymarum, Balaustiorū, Gallæ Asianæ, Cymini, Sinoni, ana drach. 7. Fac hoc modo. Hæc omnia in puluerem redige & cum sufficienti Cymarū rubi succo Trochiscos compone, cumq; opus fuerit super Lentiscinos carbones impositis patiens dimissis uestibus subfumigetur, ita tamen ut antea ex aqua marina in qua bulliant sorba sicca, castaneæ integræ siccæ & cortices suberis fomentetur.

FVMIGIVM TYPICE FEBRIENtibus. Caput. 352.

Recipe castorei, Myrrhæ, Libani, aristolochię, Brathei ana drach. 4. Pulegii, Calaminthes,

Colenā quidam appellant quā alij Origanū uocant.

pegani, Colenæ, Nigellæ, Platocymini, Fœnigræci ana drac.2. Fac sic. Hæc omnia in subtilissimum pulverem redacta cum succo Calaminthæ collige & inde Trochiscos informa & cū opus fuerit subfumiga.

ANNOTATIO.

PLATOCYMINVM est seseli massiliense, sic nūcupatum quasi latum cyminum. Cuius descriptio extat apud Dioscor. lib. 3. cap. 55.

FVMIGIVM. Cap. 353.

AD coniugatas quę uiros aliquo maleficio inuicem odio habent. Fac sic. Animalculi bugæ caput & caudam sicca, & in domo in qua utrique fuerint subfumiga & statim maleficium soluitur, & hoc idētidem cum rana sicca quæ inuenitur non de industria quærendo.

FOMENTVM AD DOLOREM CAPITIS ex febre. Caput. 354.

RECipe aquæ phialas tres, papaueris hortēsis & syluestris, Violarum, Hederæ terrestris foliorum uiridium ana drach. 18. Fac sic. Herbas omnes contritas in aqua lento igne ad tertiā decoque, & inde caput patientis diligenter fomēta, cauens ne aliquo modo infrigidetur, & linteo obuolutus quiescat idem, Ita enim somnus conciliabitur & dolor mitigabitur.

FOMENTVM AD DOLOREM CAPITIS ex frigida. Cap. 355.

RECipe olei phial. 2. Pegani, Brathei, calaminthę, glechonis, Amaraci ana drach. 20. Confice ad hunc modum. Herbas omnes contritas pridie in oleo infusas lento igne ad medietatem decoque, & cola, abiectisq; retrimētis, inde caput diligentissime fomenta, obseruans ne frigus oblædat.

FOMENTVM AD DOLOREM ET PNEVmatosin Stomachi. Cap. 356.

RECIPE Olei Sicyonii, Peganini, Nardini ana drach. 3. Fac sic. Species in subtilissimũ pulverem redactas in oleo quatriduo infunde, quinto uero die lẽto igne ad medietatem decoque, & cum plagellis laneis in hoc humectatis sæpius apponendo, & renouãdo patiẽtis stomachũ fomenta.

FOMENTVM AD MENSTRVA PROuocanda. Cap. 357.

RECIPE aquæ phial. 2. Artemisiæ, Diptami, barbæ syluanæ, Periclymeni ana drach. 18. Muscelii, olei pulegini, & Irini, ana drach. 9. Fac sic. Herbas contusas in aqua ad medietatẽ decoque, & cola, & abiectis retrimentis oleorũ pondera adhibe, & iterum aliquantulum bulli, & ab igne deposita in semicupium infunde, super quo patiens obuolutis pannis sedeat, ut medicaminis uapor ad matricis Sterigomata pertingat, hoc per decem dies ter in die faciat, eandem decoctionẽ sæpius calefaciendo & supponendo. Vesperi aũt in eadem decoctione sedeat, donec sustinere poterit, hoc enim fomentum nõ solum menstrua prouocat, sed etiã secundinas reuellit.

FOMENTVM AD MENSES CITANdos. Cap. 358.

RECIPE Pegani, pulegii, foliorum Lauri, Brathei, Artemisiæ ana drach. 20. olei Daphnini, pulegini ana drach. 10. Aquæ quod sufficit, Efficiatur artificio iam recitato.

FOMENTVM AD MENSTRVA REtinenda. Caput. 359.

RECIPE Symphyti, Punicæ, Cydonii, Schœni Turionum, ana drach. 30. Aluminis, Acaciæ,

Sarcocollæ, Alapſæ, ana drach. 10. Aquæ quod ſuffi- cit. Fac ſic. Herbas & Alapſas in aqua ſufficienti lenes ad prunas ad medietatẽ decoque, & cola, abiectisq; retrimentis puluerem ſpecierum ſubtilisſime tritum adhibe, & iterum aliquantulum bulli, cumq; tepefa- ctum fuerit, in ſemicupiũ infunde, & deſuper mulier conſedeat fomentando quouſq; ſuſtinere poterit.

ANNOTATIO.

TVRIONES ſunt tenerrimæ ſuffruticationes arborum & arbuſtorũ, quæ uel edendo eſſe posſint, præſertim temporibus famis, ut docet Galen. in lib. Alimentorum.

FOMENTVM AD DVRITIEM ET DO- lorem matricis. Cap. 360.

Scriptus codex uidebatur habere unc. & non drach.

Recipe Hibiſci, Fabarolæ, herbæ uẽti, Dracontii, Viridium ana drach. 20. Fœnigræci, ſeminis lini, paſſularum pinguium, ana drach. 10. Aquæ quod ſufficit. Confice ad hunc modum. Herbas & ſemina cõtuſa in aqua ſufficienti lento igne ad medietatem decoque, & inde per ſeptem dies patiẽs ter in die fomentetur.

ANNOTATIO.

HERBA uenti habetur in Marciato, quidã Scatuncellum uocant. Genuenſis. Fortas ſis autem eſt Anemone.

FOMENTVM AD DOLOREM ET SAN- guinem Hæmorrhoidon. Cap. 361.

Iteæ, ideſt ſalicis.

Recipe aquæ aluminoſę phial. 2. Careni. 1. omphacomelitos drach. 36. Symphyti, Iteæ, Eleliſphaci, Pegani, Polygonię foliorum uiridiũ ana drach. 27. Iari, Cyclamini, Dracontii radicum uiridium, ana drach. 9. Lolii, amarorum lupinorũ pollinis, Gallarum, & Pſidiæ pulueris ana drach. 4. Fac

ita. Herbas, radices, & semina in aqua Careno & Omphacomelite contusa, & pridie infusa, humili foco sufficienter decoque, & semicupio infunde, super qđ mulier dimissis uestibus ter in die sedeat, & in die patientia loca cōpetenter fomētet, calidas ēt herbas sæpius sedi applicet, & cū ipsis hæmorrhoides fricet.

FOMENTVM AD INTESTINVM prolapsum. Cap. 362.

Recipe aquę pluuialis, & aceti ana phial. 1. Roris marini, myrtę, Tribuli, Senticis, radicis cardui syluestris ana drach. 18. Alapsæ, roris Syriaci, Punici, Lolii, ana drach. 9. Fac sic. Herbas cōtusas & specierum puluerē in aceto & aqua lento igne competenter decoque, cumq; tepefacta fuerint, in fistulam effunde, super quam æger sedeat, & inde ter in die fomentetur.

Pumicis fortassis legendū uenit sicut & in. c. 359 pro pumicæ, pumicis puto reponendum.

FOMENTVM AD TVMOREM ET SCLIrosin Testiculorum. Cap. 363.

Recipe aquæ marinę, & aceti ana phial. unam. Herbæ tribuli, Argillæ ana drac. 27. Radicis Hibisci, Dracōtii ana drach. 9. Ita confice. In aqua & aceto herbas contritas & argillæ puluerem competenter decoque & cola, cumq; tepefieri cœperit, inde patientia loca ter in die fomentet, & herbas probe calidas præfatis locis applicet, & in fasces colligat.

GIINON VEL GEINON HERMETI HIEron, hoc est terrenum Mercurio sacrum, Quod item Icosihepta uocatur à uiginti septem ingredientibus medicinis ipsum cōponenbus. Cap. 364.

Conficitur secundum morem antiquorum in Hypogeis, speis, idest subterraneis speluncis, ornatis lauro, & bene redolentibus floribus in mense Aprili, cum Sol in ariete fuerit, ita tamen ut per septem dies purificetur locus à puero in uestibulo septem uocales canenti & ab artifice in cithara, & lyra, & fistula, secundum musicæ dulcedinem pæanizante. Ibiq; in mortario conditum per illos septem dies ab ipsis custodiatur, & expletis diebus uase uitreo cōditum usui reseruetur. Facit ad Sympythios, idest ad eos quos spiritus immundus persequitur, Lunaticos certo lunari tempore cum spuma Tauri sumptum liberat. Illi uero qui per somnū timore ab Ephialte grauati fuerint, & inter dormiendum timent, linteolo inductum, simul & temporibus in modū coronæ circūligatum timorem aufert, & imminentem præssuram prohibet, non dormientibus somnū præstat, fronti illitum, dolorem capitis, & oculorū emēdat, rheumatismum in thorace habentibus, & ex Catarrho tussientibus in gargarismate adhibito, siue potui datum subuenit, & si faucibus illinitū fuerit: Rheuma constringit, omnia uitia mulierum quæ eis siue p humorem, siue per uentositatem cōtingunt, extirpat. Recipe Sphęrulas, idest fructus Cypresii. 50. carniū Caricarum pinguium sine granulis, passularum enucleatarum, Terebinthinæ ana drach. 12. Labdani, Styracis optimi, Myrrhę, Asphalti, bdellii, radicis asphodeli, Helenii ana unc. 7. Cardamōmi unc. 5. Sabinæ unc. 4. Folii, Costi, Spicæ, Rosarum, factiui seminis iuniperi, ana unc. 3. Schœnanthus, Cassiæ fistulæ, Schisti, idest lētisci ana unc. 2. Croci, Cyperi, Libystici ana unc. 1. Vini optimi, & mellis qđ sufficit. Confice sic. Sphęrulas Cypresii cōquassatas in uino optimo sufficienti triduo infusas, humili foco ad uini consumptionem decoque, & diligenter cola, abiectisq; retri-

Pæanizare dixit idioma græcū secutus. Nā pæanizin græci pro pæana, idest cātum in honorem Apollinis uel alterius diui factum, decantare.

mentis de uino lib.2.sume & carnes ficuum ad modum electuarii tritas, fricãdo manibus dissolue, cũq; perfecte solutæ fuerint, additis mellis libr.12. lento iterum igne ad mellis spissitudinem decoque, & per sacculum accurate cola. Deinde passulas enucleatas, & dactylorum carnem, & nucleos, in mortario sine intermissione tere, ut nihil solidi aut crassi in tritura maneat, sic Styracem, Labdanum, Terebinthinã cum modico melle remissa trituræ adiunge, & diu terendo commisce. Ad ultimum subtilissimum puluerem specierum adhibe, & cum scripto melle omni cũ diligentia cõfice, & uase uitreo conditũ reserua. Cumq; opus fuerit dabis ex eo drach.2.uel.3.secundum uires ægrotantis.

ANNOTATIO.

SYMPYTHIOS obsessos cacodæmone uocat à Pythio Apolline responsore impuro spiritu. Veluti in Euangelio puella Pythonis spiritũ habuisse traditum est.

EPHIALTEM nostri Incubum dicunt, à uiro quopiam sic appellatum. Velut alii sentiunt à phantasia qua patientes afficiũtur, imaginatur enim Ephialticus aggredi sese ab aliquo, Ephalesthæ nanq; significat insilire alteri atque irruere. Pnigaliona Themison in Epistolarum lib.10.appellat à suffocando, quod ægrotos præfocet. Paulus lib.3.cap.15.

GARYOPHYLLATVM magnũ. Cap. 365.

QVod optime facit ad emphraxin spiritualiũ pororum, uitia pectoris, & pulmonis emendat, Phthisicis ex longa infirmitate debilitatis reparationem præstat, Cardiacis, & Auriginosis, potẽter subuenit, fastidium aufert digestionem procurat, Vomitum compescit, acidos ructus aufert, & os odoratũ reddit. Recipe Cinnamomi, Caryophyl-

lorum, Zingiberis, Glycyrhizæ, Rosæ ana drach.18. ligni Aloes, Galangæ, Cardui, nucis Myristicæ, Nardi, Zedoariæ, Violarum ana drach.ʒ. Reubarbari, Macis, Croci, Aliptæ Costi, Cyperi, Cardamomi, seminis Basilici, Anisi, Libystici, Eboris, ana drach.4.& semis, mellis rosei quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum Rhodostomate seu frigida.

CARYOPHYLLATVM Minus. Cap. 366.

HOc prodest ad causas pectoris, & pulmonis, Vitia stomachi emendat, & carne replet. Recipe Cinnamomi, Zedoariæ, zingiberis, Glycyrhizæ ana drach.18. Galangæ, Nardi, Confitæ, rosarum Violarum, ana drach.9. Caryophyllorum, Costi, incensi Constantinopolitani, rasuræ Eboris, seminis Libystici ana drach.4. mellis Rosei quod sufficit. Dosis eius drach.3. cum frigida.

Thymiama Constantinupolitanum.

GALLIA Muscata. Cap. 367.

REcipe Mastiches unc.2. gummi unc.1. Camphoræ scrup.1. Hæc terantur subtilissime & cribrentur, & Trochisci inde fiant cum aqua rosata, & siccentur ad umbram, & postquàm fuerint desiccati, terantur subtilissime & misceantur cū unc. 4. olei Sambuci, bulliti & colati ad medietatem, deinde misce cū speciebus istis bene tritis. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, nucis muscatæ ana unc. semis, & omnibus istis commixtis, & bene manibus malaxatis fiant Trochisci in medio concaui & sigillo sigillati ad pondus unius drachm. & semis, & postea iungatur cum aqua rosata, cum moscho.

Gummi Arabici.

Olei sambuci, uel sambacini ratione, uide apud Iacob. Manliū in annotatione huius olei folio ultimo.

ALIPTA Muscata. Cap. 368.

VAlet pueris patientibus Asthma, & constrictionem pectoris, & etiam nō ualentibus lac

retinere,fit inde optimum fumigium & odoriferum, quo utuntur uiri Apostolici,& Imperatores in templis suis,& assumitur etiam ad præciosissimas medicinas,& electuaria. Recipe Labdani purissimi unc.3. Styracis,Calamitæ optimi,unc.1. & semis. Styracis rubei unc.1 .ligni Aloes optimi drac.2. Ambræ dra. 1. Camphoræ scrup.1 .& semis Moschi,scrup.semis, aquæ roseæ quod sufficit.Cōfice sic.In diebus canicularibus pone Styracem calamitam,& styracem rubeum,& Labdanum in catino ad solem cooperto cū panno subtilissimo,ne possit puluis attingere & cum mollificata fuerint ad solem pone in mortario,Ex eo calefacto ad solem cum pistillo ferreo similiter calefacto fortiter simul conterantur,donec ad nigrū uergant colorem,postea addens puluerem ligni Aloes simul fortiter cōtere & camphoram similiter,postea contere moschū in aquæ Rosaceæ unc.3.& de hac aqua aliquantulum madefac marmor prius bene lotum,& calefactum ad solem,& accipe unc.1. Cum tabula planissima de eadem aqua madefacta sup marmor diu agitetur donec ad subtilitatem iunci deueniat. Hoc modo facies super marmore madefacto & tabula de eadem aqua supra dicta & cum reposueris superasperge de illa aqua,ualet ut supra diximus.

GALACTINON MAGNVM. Caput. 369.

Optimum Phthisicis & ex lōga infirmitate debilitatis,affectiones pectoris,& tusses recentes,& Chronias curat,Empyicis,& Pleuriticis mire subuenit, & Periodicis passionibus medetur. Recipe Lactis caprini recens mulcti,mellis albi, ana unc.24. Seui caprini recentis unc.12. Prasii uiridis unc.6. Reubarbari,Cinnamomi,Caryophyllorū, Antophali, Galangæ, Nardi, Zingiberis, Pyrethri,

Gala græce lac significat unde hoc medicamētum nomenclaturam inuenit.

ſucci Glycyrhizæ, Styracis Calamitæ, Tragacanthæ, Melanopiperis, Aniſi, carui, Libyſtici, Petroſelini, fœniculi ſeminis, Apii, Ammeos, Fœnigręci ana unc.1. Cõfice ſic. Semina cum Marrubio in marmorea pila in modum electuarii diutisſime tere, & ſic mel & lac addens, manibus fricando commiſce: Deinde in ſtagnato uaſe lento igne donec bene ſubigatur decoque, & ab igne depoſita diligenter cola, abiectisq; recrimentis, inde ſpecierum puluerem tempera, dabis ex eo drachm.3. Mane uel ueſperi cum lactis caprini recens mulcti cyatho uno.

GALACTINON Minus. Cap. 370.

OPtime purgat cholericos incenſos, & Melancholicos humores. Recipe myrobalani citrini, Chebuli, Indi, ana drach.8. Epithymi, agarici, Polypodii ana drac.4. Turbith, colocynthidos, Polii, ſeminis Abſinthii, Fumi terræ, ana drac.2. Cinnamomi, Schœnanthus, Aſari, Carpobalſami, Aniſi, Marathri, ana drach.1. Maſtiches, Salis gemmæ, Lapidis Lazuli, ana ſcrup.2. Confice ſic. Lac coagulatũ de capris, quę in montibus paſcuntur tádiu manibus frica, donec liqueſcat, dehinc cũ ſpatula ficulnea agitando lento igne coque, donec iterum coaguletur, et cum percoctum fuerit, per linteum purum diligẽter cola, & proiecto lacte, decolato ſero lib.1. ſume, in quod ſubtilisſimum puluerem ſpecierum immitte, & ibidem nocte, & die finito, poſtero die humili foco calefactum manibus perfricãdo commiſce, & iterum cola, abiectisq; ſpeciebus Syrupi roſacei unc.2. in quo ſint ſubtilisſimi pulueris Diagridii ſcrupul.2. adde, & ieiuno tepidum propina.

GLYCEA maior. Cap. 371.

QVæ confert Melãcholicis, Epilepticis, & ſcotomate laborantibus, Ephialticis, & timidis, cum Agarici ſcrupul.2. & Diagridii.1. mire

medetur,

medetur: hepaticis, & Ictericis peculiariter ſubuenit, Spleniticis, & Hypochondriacis, torminoſis, & Ilioſis auxiliatur, & omnem uentoſitatem interaneorum potenter excludit. Recipe aloes drachm. 50. pegani, floris pulegii ana drach. 27. Corticis radicis fœniculi, Epithymi uiridium ana drac. 18. Cōfice ſic. In ſufficienti aqua herbas omnes per triduum infuſas lento igne ad tertiam decoque, & diligenter cola, de quo lib. 1. cum mellis lib. 4. miſce, & iterum lenes ad prunas ad ſpisſitudinem bulli, & cum tepefactum fuerit, puluerem aloes superſparge, & reconditum uſui reſerua, cumq; opus fuerit, inde cochlearia plus minus tria ſecundum patientis uires dabis.

GLYCEA MINOR. Cap. 372.

QVæ facit Cardiacis, Ventoſitatem ſplenis, & Hypochondriorum expellit. Recipe aceti acris, mellis, drac. 100. radicis Fœniculi drac. 50. Aloes drach. 27. Agarici drach. 9. Conficitur ſicut ſuperior.

γλυκεῖα fortaſſis hec appellatur, à dulcedine & ſuauitate.

GENTIANA Magna. Cap. 373.

OPtima Apoplecticis, & ad eos qui ſubitanea gutta obmuteſcunt, facit ad læſiones pectoris & pulmonis, dolorem ſtomachi, & hepatis emendat, Spleniticis, & calculoſis ſubuenit, Elephanticis, & Hydropicis priuatim medetur, Typice febrientibus paragorian præſtat, & ad eos qui uenena biberunt, & à uenenatis animalibus commorſi fuerint, bibitum & locis patientibus applicatum liberationē pollicetur. Recipe Myrrhæ, Gentianæ, Diptami, Ariſtolochiæ rotundæ ana drachm. 8. & ſcrup. 1. Nardi, Coſti, Abſinthii, Pulegii, baccarum Lauri, Petroſelini ana drac. 8. mellis quod ſufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

GENTIANA Minor. Cap. 374.

APta ad lumbricos expellendos, & cętera animalcula quæ intra corpus nocent, cum decoctione Absinthii, uel fabæ lupi potatum, podagricorũ dolores intolerabiles, sine mora emẽdare dicitur. Recipe corticis Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ, Colophoniæ ana drach. 27. Myrrhæ drac. 9. mellis qđ sufficit. Dentur de eo drac. 3. cũ tepida.

GALBANES Maius. Cap. 375.

OPtimum Cephalalgicis, & Hęmicranicis, arteriacis, & Dyspnoicis, tussem antiquã & recentem medicatur, pituitam pectoris & pulmonis abstergit, pleuriticis, & empyicis potẽter subuenit, calculosis, & colicis auxilium præstat, & menstruis imperat. Recipe Galbani, Cassiæ, Leucopiperis, Opii, Styracis ana drach. 18. Croci drach. 10. Cinnamomi, Caryophyllorum, Nardi, Costi, Xylobalsami, Pyrethri, Euphorbii, Cardamomi, Anisi, amomi, Dauci, Petroselini, Libystici ana drachm. 9. Castorei drach. 6. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Scriptus codex uidebatur habere unc. non drach.

GALBANES Minus. Cap. 376.

HOc conducit arteriacis, & tussiẽtibus, de pulmone, & hepate humores per tussim potenter educit, pleuriticis, & Empyicis medetur. Recipe Galbani, Amygdalarum amararum ana dra. 4. Castorei, Myrrhæ, Absinthii ana drachm. 3. Croci, Costi, Opii, Gentianæ, Aristolochiæ, ana drac. 2. Nardi, Cinnami, Casiæ, Glycyrhizæ, Asari, Mastiches, tragacanthæ, succi Eupatorii, Carpobalsami, anisi, seminis Sileris ana drach. 1. & semis, mellis quod sufficit. Detur in quantitate castaneæ cum calida.

GLORIOSVM. Cap. 377.

OPtimum ad dolorem totius capitis, & Hęmicranei cum calida sumptũ, ad grauem auditũ

& tinnitum cum decoctione Cymini,& auribus instillatum mire facit,& ad dolorem dentium, & gingiuarum tumorem,gingiuis affricatum, & in Amineo uino tepidum solutum,& in ore retentum utilissimũ est,in calida pusca liquatum & gargarizatum, ex frigido rheumate uuam pẽdentem releuat, & faucium tumorem,sputamina educit repressa, Arteriarum & spiritualium pororum aspredines lenit,uocem clarificat,asthmaticis,suspiriosis,& tussientibus cum nitri decoctione medetur,Stomachicis,& Hepaticis,Spleniticis cum oxymelitis cyatho, Nephriticis,&colicis cum pusca calida,Lumbricos,uermes,& tineas cum nigellæ apozemate interimit,& interemptos educit. Recipe Nitri,Opii,ana drach.3.Croci,Nardi,Pyrethri,Ellebori nigri,salis Lucidi, Euphorbii, Cardamomi,Leucopiperis ana drachm.1.& semis.mellis quod sufficit.

GEMA EXPERTA EPILEPTICIS ET paralyticis. Cap. 378.

Recipe foliorum Saluiæ.100. Nisculos terrestres totidem,Bardanæ radicis maioris rotulas tres ponderantes unc.1.Aquę,Vini,mellis,Caturimatis patientis ana drach.72.Fac sic.Folia saluiæ,nisculos,& Bardani radices,in mortario diutissime tere,cumq; bene pertriueris,sic aquam, uinũ, mel,& Caturima,superfunde,& tãdiu omnia manibus fricando commisce, donec in unum corpus redigantur,& in sacculum per quod pigmentum colatur funde,& in uase coopertum linteamine distillandum çolatur:ita tamen ut turbidum quod prius exit in uas subingredi non permittatur,donec clarescat, & inde patienti mane & uesperi phiala una propinetur.

ANNOTATIO.

CATHARINA coniicio legendum esse. Catharinos enim & Catharina purgationē significat. Erasmus uertit subinde sterquilinium.

ONISCI & oni, latine millepedæ, & multipedæ dicti sunt uermes qui sub aquariis uasis nascuntur, & ad contactum se in globū contrahunt. Nisculos autem Itali uocāt uermes terrenos, quasi corrupta græca uoce. Cum Græci γῆς ἔντερα, idest intestina terræ appellare sint soliti. Appellatur hoc apud Græcos σακκίζειν & σακκελίζειν, idest per saccum excolare. Frequenter enim crassiores decoctiones ita excolabantur, ut liquidiores fierēt. Ob eandem causam etiā uina quædam per saccum colabantur.

Et in sacculum infunde &c.

GEMA PARALYTICIS EXPERTA, MAxime eis quibus lingua detinetur.

Caput. 379.

Recipe Iteæ, Elelisphaci ana folia. 100. Melanopiperis gran. 81. Rotulæ radicis Mandragoræ uiridis drach. 9. Castorei scrupu. 9. Austeri uini & albi phialas. 9. Fac sic. Hæc omnia triduo in uino infusa lento igne ad tertiam decoque, & perelleganter cola, indeq; patienti phial. 1. mane propinetur, & in domo obscura decumbat, ut nullus præsto sit præter unum qui eum custodiat, circa uero sextam horam, pullum gallinaceum elixum cum iure suo accipiat, & panem fermētatum, uinumq; leue & album, & hoc per triduum fiat.

Videbatur etiam legi posse Nere. Itea autem latinis est salix.

Salvia c 4

GEMA EXPERTA CONTRA OMNIA genera Paralysis, maxime contra illud qđ oculos, & os contorquet, & dicitur à medicis Spasmos Cynicos, idest conuulsio canina.

Caput. 380.

Spasmus Cynicus.

Recipe Melanopiperis gran.300. Calaminthę foliorum uiridium, mandragoræ corticis uiridis, Castorei ana unc.4. & si inueterata fuerit passio, adde Antimonii, & Opoponacis, ana unc. 3. Vini boni phial.10. Ita confice. Herbas simul contusas cum uino ad medietatem decoque & cola, deinde puluerem specierũ adiunge, & inde patiens triduo mane phial.1. accipiat & ieiunet sequentibus sex horis.

GEMA PROBATA ICTERICIS.

Caput. 381.

Recipe Aquæ decoctionis Lappæ, drach.18. Corticis Myrobalani drach.9. Succi pungentium & adurentium urticarum phial.1. Confice ad hunc modum. In decoctione Lappæ, Myrobalani subtilissimum puluerem per diem & noctẽ infunde, Alio die lento igne calefacto phialam succi adde, & bene commisce, & sic mane patienti propina, qui ad sex horas ieiunet.

GEMA HYDROPICIS APTA.

Caput. 382.

Recipe Aquæ lib.6. mellis.2. Corticis mediani sambuci, & radicis Tithymali, ana libr.1. Tartari drach.36. Nitri, Euphorbii ana drac. 9. Fac sic. Radicis Tithymali, & sambuci cortices ad modum electuarii tritas in melle, & aqua biduo infusas, humili foco ad medietatem decoque, & diligenter cola, abiectisq; herbis sic puluerem terendorum admisce, & inde calida mane phial.1. propina, & ieiunet ad sextam, & hoc sæpius tribus diebus interpositis fac.

GEMA EXPERTA SPLENITICIS & Podagricis. Cap. 383.

Recipe aquæ lib.6. mellis.2. Radicis Tithymali, & * Alypiados, ana lib.2. uel unã, Capparis

* Alypiadõ Alex. Trallianus uocat Chamæleam. Aliam Alypon herbam describit Dioscor. lib 4. cap. 173.

Pro pleni-don uero ui detur asple non legen-dum esse. Quoniã: ue-tus interpres Diosco. cap. 54. Spleniõ uocat. unde plenidõ ap-paret corru-ptũ forma-tum corru-ptius.

plenidon, Ellebori nigri, Hermodactyli, Vrticarum radicum & foliorũ ana drach. 50. seminis Citri, Aspa ragi, milii solis ana drach. 27. Zingiberis, Diagridii, Euphorbii, Agarici ana drach. 18. ad hunc modum confice. Herbas omnes & semina contrita in aqua & melle per diem & noctem humili foco ad tertiã de-coque abiectisq; retrimentis sic puluerem terendorũ adiunge, & inde cũ opus fuerit quater in mense phia lam unam tepidam calide mane patienti propina, sæ pe diebus septem per uices interpositis.

GEMA EXPERTA ILIOSIS ET VENTO-sitatem in Intestinis patientibus.
Caput. 384.

Recipe aquæ lib. 2. mellis lib. 1. & semis, radi-cum Polypodii, & Iridis Illyrici uiridiũ ana drach. 8. Anacardi drac. 27. Agarici drac. 18. Confice ita. Hæc omnia cõtrita per diem & noctem in aqua & melle infusa, lento igne ad medietatẽ de-coque & cola, indeq; tribus diebus continuis phial. unam propina.

GARGARIZATIO. Cap. 385.

Ad dolorem capitis totius, & aurium surdita-tem, & frigidum rheuma. Recipe Aceti Ami nei lib. 2. Cyclamini, Glechonis, Hyssopi, Co leni, uiridium ana drac. 10. Zingiberis, Staphisagrię, Sinapi ana drach. 6. Confice ita. Herbas contusas in aceto pridie infusas lento igne ad medietatem deco que & cola, abiectisq; herbis, subtilissimum puluerẽ terẽdorum adhibe, & iterum modicum bulli, & cum opus fuerit patiens gargarizet.

GARGARISMVS. Cap. 386.

Ad tardum dolorem capitis, & grauedinem, & oculorum hypopya, & pterygia ex melan-cholico humore facta. Recipe Sapæ, aceti

ana lib. 1. Cissi terrestris, buglossæ, Struthii, Ellebori ana drach. 5. Conficitur sic. Herbas omnes in sapa & aceto biduo infusas, ad medietatē decoque, & cum percoctæ fuerint cola, & sic puluerem terendorū decoctioni admisce, & cum opus fuerit pyrotico sacculo capiti applicato patiens gargarizet.

ANNOTATIO.

HYPOPYON est quando pus sub cornea oculi colligitur. Arabes Saniem in cornea uocant. Pterygion autem est quando membrana neruosa ab angulo oculi maiore oritur pertingens usq; ad Iridem oculi interim etiam pupillam operiens. Vnguis latinis, & ungula barbaris hoc malum appellatur.

GARGARIZATIO AD TVMOREM FAVcium, & Synanchen. Caput. 387.

RECIPE Puscę, Careni ana lib. 1. succi Mororū, ficuum pinguium decoctionis ana drach. 50. Agni foliorum, Iteæ, Pegani ana drach. 18. Croci, Balaustiorum, roris Syriaci ana drach. 9. Fac sic. Herbas & species omnes contritas, & puscam, & Carenum, decoctionem ficuū, succumq; Mororum lenes ad prunas ad medietatē decoque & cola, abiectisq; herbis, inde cū opus fuerit patiens gargarizet.

GARGARISMVS. Cap. 388.

AD Exanthemata oris & palati ex acri rheumate facta. Recipe Aminei uini lib. 1. Croci drach. 6. Lycii drac. 6. Fac ita, Crocum & lycium cōtritum in uino die & nocte infunde, Alio uero die in mortario diutissime cōmisce, cumq; opus fuerit, patiens inde ore pleno gargarizet, hoc ter in die iteret, & ad miraculum operabitur.

ANNOTATIO.

AMINEA uina, quorum toties meminit, de-

ſcribenda uidentur Dioſc. equidem lib. 5. cap. 19. Vina inquit quæ ex Amineis uuis fiunt, tentant caput, noxia ſunt ſtomacho, & inflationes faciunt. Generoſæ nanque ſunt uuæ Amineæ, fuerũt enim Aminei populi ubi nunc falernum eſt. Deprehendimusq; uina talia non rubra, ſed alba progigni.

GARGARIZATIO AD VSTIONEM FAVcium, & Encauſin linguæ. Cap. 389.

RECipe Aquæ fontanæ lib. 2. Violarum drac. 10. ſeminis Lini, Pſyllii, ſucci Glycyrhizæ ana drac. 4. Confice ad hunc modum. Hæc omnia in aqua biduo infunde, tertio uero die competenter lento igne decoque, & cola perquam diligẽter, cumq; infrigidatum fuerit, patiens inde gargarizet.

GARGARISMVS. Cap. 390.

Granatã uidetur appellare, quod medici malum granatum rectius nominant.

AD propendentes uuas, & fauces oblæſas ex calida diſtemperantia. Recipe Puſcæ libr. 1. granatæ acidæ ſucci drach. 50. foliorum Roſarum, Croci, ana drach. 9. Acaciæ, Omphacii Mororum immaturorum pulueris, ana drach. 8. Amyli, Balauſtiorum ana drachm. 5. Fac ſic. Species omnes tritas, & in puluerem redactas, in ſuccum & puſcam pridie infuſas lẽto igne ad medietatẽ decoque, & cũ infrigidatum fuerit, inde quidem patiens gargarizet.

HYGIA. Caput. 391.

QVæ inuenta eſt apud Romanos optima ad ſubſcripta: nam qui ea uſus fuerit, à malis aqs & à ſordidis nebulis illæſus exiſtit, facit etiã cephalalgicis, Hemicranicis, & ad ſupercilii dolorẽ, & oculorum, ad dentium dolorem, & gingiuarum rheumatiſmum, & Synanchẽ in ore retenta, gargarizata ſeu ſumpta peculiariter medetur, Aſthmaticis, tusſientibus, & phthiſicis opitulatur, dolorẽ ſtomachi curat, faſtidium aufert, & uomitum amputat, Em

pvicis,& pleuriticis quemadmodum cephalalgicis, prophylacticũ medicamẽ est,hepaticis,& Spleniticis & Iliosis subuenit,Hydropicis,& q̃bus crudi,& pingues humores per interanea oberrando tormẽtum excitant,auxiliatur,Nephriticos,& colicos dolores mitigat,fluxum oris sistit, podagricorũ molestias ex frigido factas temperat,Statim enim cum epota fuerit sudorem prouocat. Recipe seminis Hyoscyami drach.16.Opii drac.10.Costi drac.8.Myrrhæ,Opoponacis,Scordei,Origani ana drach.6.Styracis calamitæ,Galbani,Agarici, Gentianæ, Pegani, Stœchados,Prasii,Cardamomi ana drach.5.Balsami,Nardi,Croci,Schœnanthus, Thymiamatis, Ammoniaci,Terebinthinæ,Cassiæ,corticis Mandragorę,Eringii radicis,Rosarum,Eupatorii,Euphorbii, Carpobalsami,Melanopiperis,Libystici, Dauci Cretici,seminis fœniculi,seminis Trifolii,Polii ana drach.4. mellis quod sufficit. Detur ad magnitudinem fabæ Ægyptiacæ cum tepida.

HYGIA. Caput. 392.

QVæ proprie faucium, & uuæ distemperãtiis subuenit,antiquos tumores reprimit,suspiriũ & tussim compescit,uocem obscurã aliquo casu factam clarificat.Stomachi dolentis uitia,& acidos ructus emendat,Hepatis,& splenis duritiem soluit,Auriginosis pristinum colorem reddit, pleurisis dolores,& intestinorum tormẽta placat,Iliosis,Nephriticis,& stranguriosis opitulatur. Calculos, & arenas expellit,Dysentericos cum uino Myrtino data sanat,infantem mortuũ de utero sine ullo labore excludit.Menstrua deducit,Quotidianarios,Tertianarios,& Quartanarios medicatur,& omnem tranqlitatem facit.Recipe Leucopiperis drach.22.& mediam,Zingiberis,Petroselini ana drach.12.& semis, Cymini drach.14.seminis Marathri drach.12.Pule-

gii, Hyssopi, Brathei, baccarũ Lauri, Carui, ana drac. 11. Caryophyllorum, Costi, Pyrethri, Celticæ, Pegani, Melanopiperis, Ammeos, apii, anethi, ana drach. 9. Cinnamomi, Libystici seminis ana drach. 6. Nardi, Styracis calamitæ, seminis Nasturtii, nitri usti, macropiperis ana drach. 4. & semis, Zedoariȩ drac. 4. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ.

HIDROTOPOEON OLYMPIACVM. Caput 393.

Hidrotopœon dicitur, hoc est sudorificũ & Olympiacum ab authore suo.

HOc optime somnum prȩstat, angustias omnes aufert, sanguinem mingẽtibus proficit, & omnibus nephriticis, & uesicæ causis cum apozemate castorei medetur. Prosperum autem est ad sedandas Quotidianas, Tertianas, Quartanas, & omnes accessiones febrium, sudorem etiam in criticis diebus prouocat. Recipe Cinnamomi, drac. 18. Croci drach. 13. & semis, Nardi, Myrrhæ, Libani, Opii, corticis mandragoræ, macropiperis, Anisi, Ammei, Selini, Sileris, seminis Hyoscyami, ana drach. 9. mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3.

HIDROTOPOEON HELIOTROPIVM. Caput. 394.

COnducit ad dolorem capitis, somnificum est, tussim sedat, Stomachi dolorem & oẽs angustias compescit, Quotidianariis, Tertianariis, & maxime Quartanariis ante horã accessionis oblatum cum omni celeritate succurrit, sudorem etiam prouocat. Recipe Croci, Anisi, Ammeos, ana drac. 2. Myrrhæ drac. 9. Thuris, Opii, corticis mãdragoræ, Chamædryos, Apii, Petroselini, seminis Hyoscyami drac. 5. mellis quod sufficit. Detur in modũ auellanȩ.

HIDROTOPOEON. Cap. 395.

SOmnificum est, dolorem stomachi, omnes accessiones & febrem placat, & sudorem prouocat. Recipe Styracis, myrrhæ ana drac. 6. Thu

ris, Opii, Mandragoræ, Petroselini ana drach. 4. Croci, Galbani, Chamędryos, Anisi, Hyoscyami ana dra. 2. & scrupul. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum nucis Myristicæ.

HIDROTOPOEON. Cap. 396.

QVod prodest ad dolorem stomachi, & omnium interaneorum medetur. Iliosis, calculosis, colicis, cœliacis, & dysentericis, Stranguriam soluit, Quotidianarios, & Quartanarios typos emendat, somnium conciliat, & sudorem prouocat. Recipe Myrrhæ, Opoponacis ana drach. 18. Libani, opii, cyperi, Acori, Peucedani, Iridos, Mandragorę, Celticæ, millefolii, Melanopiperis, marathri, Anisi, Ammei, Sileni, Hyoscyami, Rupti ana drac. 9. mellis quod sufficit. Detur in modũ auellanæ cum tepida.

Puto Selini, idest Apij esse legẽdũ. Fortassis nigri legendũ erat.

HYDROGOGVM QVOD DICITVR Dià scilles. Cap. 397.

OPtimum Epilepticis, & Melancholicis, Dyspnoicis, cardiacis, Stomachicis, & Hydropicis subuenit, Spleniticis, & colicis peculiariter medetur. Recipe Scillæ coctæ, lactis Tithymali ana unc. 36. Polypodii, Alypiados, corticis capparis ana unc. semis. Nardi, Asari, Iridos, Melanopiperis, petroselini ana unc. 3. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ Hydropicis cum oxymelite, Dyspnoicis cum mulsa, Spleniticis cum uino.

HYDROPICRA. Cap. 398.

Appellata uidetur Hydropicra ab eo qđ amara existens aquã inter cutem trahat.

QVę aquas maxime de tunicis uentris educit, conducit ad eos qui ex pinguibus humoribus uentositatem patiuntur, Hepar & Splenem eximie curat. Accipitur autem per dies nouem cum Hydromelite, quia nullas molestias facit. Recipe Aloes, Mastiches ana drac. 18. Nardi, Folii, costi,

Reupontici, Asari, Rododaphni, Amomi ana drac. 9. mellis partes tres, Lactis Tithymali. 2. Dosis eius drach. 3. cum tepida, aut uino, aut mulsa.

ISOTHEOS Magna. Cap. 399.

Aetius lib. 9 ca. 32. hãc appellat Isotheon Colicam Nicostrati, & duobus talentis emptam aliquãdo prodit. Addit autẽ piper albũ & longum & galbanum & sagapenum.

QVæ accommodata est Dyspnoicis, Tussientibus, & Phthisicis, dolorem Stomachi, & apostema in eo factum curat, Pleuriticis, & hypochondriacis, & Iliosis subuenit, omnium interaneorum tormenta compescit, Nephriticis, & Colicis medetur, Ventrem sistit, & fluxũ sanguinis prohibet. Recipe Dauci, Cassiæ, ana drach. 10. & scrup. 2. Balsami drach. 10. & scrupul. 1. Cinnamomi, Nardi, Croci, Styracis, Opii, Libani, succi Mandragoræ, ana drach. 10. Mastiches, Roris Syriaci ana drach. 9. Castorei, Amomi, ana drach. 7. & scrupu. 1. succi Glycyrhizæ, drach. 6. & scrup. 2. Costi, Myrrhæ ana drach. 5. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ISOTHEOS Minor. Caput. 400.

OPtima ad catarrhum, & humidam tussim, auxiliatur Peripleumonicis, Pleuriticis, Hepaticis, Spleniticis, Cœliacis, & Dysentericis medetur. Recipe Balsami, Cinnamomi, Croci, cozumbi, Opii, Hyoscyami, anisi ana drach. 18. Libani, Myrrhæ, Celticæ, Iridos, Acori, Peucedani, Mandragoræ, Piperis, Ameos, Dauci, Marathri ana drachm. 9. mellis quod sufficit. Detur in modum castaneæ cum tepida.

ANNOTATIO.

COZVMBRVM alii scribunt, & tradunt esse thymiama, uel incensum iudæorum, uel thus Iudęorum. Docentq; cozumbrum esse feces Styracis liquidi. Est igitur styrax ruber, quo Iudęi in synagogis suis pro suffitu utuntur. Licet omne bene redolens suffumigium Cozumbrũ interpretari possit. Iac. Mãlius.

ARTERIACA Galeni. Cap. 401.

HAnc Arteriacam ab auctore suo loco nõ expressam, sed ad hunc locum transcriptã, quia Galeno eam tribuit, præterire noluimus. Cõfert enim ad tussem, & faucium asperitatem, Raucedinem ex Phthisica passione natam, & sanguinis reiectionem emendat. Recipe Tragacanthæ, Gummi Arabici, ana drac. 13. & semis, carnium Dactylorum drach. 6. Smyrnes drach. 2. & semis, Croci drach. 2. Libani drac. 1. & mediam, succi Glycyrhizæ, Leucopiperis ana drac. 1. Passi, & mellis quod sufficit. Detur sub lingua tenenda.

IVSTINVM. Cap. 402.

EST expertum ad eos qui sanguinem uomunt, & cibos continere nequeunt, & qui fractũ thoracem habent curat, Stomachicis, Spleniticis, & Hydropicis proficit, Nephriticis, Calculosis, mucos mingentibus, & uesicæ ulcerationem habẽtibus ter exhibitum salutiferum est, Colicorũ tumores, & inflationes sine mora dissoluit, & ad multa alia optimum est. Recipe folii, Costi, Petroselini ana drach. 16. Balsami drach. 14. Zingiberis, Cassiæ fistulæ, Asati, Meliloti ana drach. 12. Cinnamomi, Agarici, sinopidis, Leucopiperis, Amomi, Seselei, ana drachm. 8. Dauci Cretici, drac. 6. Acori, Cymini Æthiopici, ana drach. 4. mellis quod sufficit. Detur ad magnitudinẽ fabæ ægyptiacæ cum tepida.

IVSTINVM. Cap. 403.

OPtimum ad dolorem renum, quod calculos frangit, & arenas expellit, & Stranguriã soluit. Recipe Cinnamomi, Folii, Costi, Nardi, Cassiæ, Aristolochiæ rotundæ, Helenii, Hyssopi, pulegii, artemisiæ, pentaphylli, Leucopiperis, Orobi, petroselini, Libystici, Olusatri, seminis urticæ, saxifragę, Iuniperi, sileris, seminis Asparagi, apii, Anethi, semi-

nis pegani, Granorum ſolis, ſeminis Citri, fœniculi, baccarum Lauri ana drachm.7. mellis quod ſufficit. Detur ad modum Auellanæ cum tepida.

IDRIVM. Caput. 404.

HOc auxiliatur non dormientibus, & mente alienatis, hæmoptoicis, & pleuriticis medetur, Dyſentericis, & Colicis ſubuenit, & menſtrua aſtringit. Recipe Coſti drach.11. Nardi, Libani, Myrrhæ, Opii, Reupontici, Macropiperis, ana drach.2. mellis qđ ſufficit. Doſis eius drach.3. cum tepida.

HIERA Picra. Caput. 405.

FAcit ad diuerſas capitis, & aurium, & oculorũ diſtemperantias, ſtomachũ quoq; optime purgat, affectiones hepatis emendat, ſplenis duritiem, & denſitatẽ emollit, & extenuat, renibus, & ueſicæ prodeſt, & matricis diſtemperantiam emendat. Recipe Cinnamomi, Spicæ, Croci, Schœnanthus, Aſari, Xylobalſami, Xylocaſiæ, Carpobalſami, Violæ, Abſinthii, Epithymi, Agarici, Roſæ, Turbith, Colocynthidos, Maſtiches ana drach.9. Aloes ad pondus omnium ſpecierũ, uel.135. mellis quod ſufficit. Doſis eius drach.3. cum abſtinentia in calida. Si uero in pilulas informas, dabis.15. cum tepida.

HIERA RVPHI. Caput. 406.

QVæ proficit omnibus inueteratis paſſionibus capitis uidelicet Maniæ, Melancholiæ, & Epilepſiæ, Deſtruit autem antiquam Cephaleam, Hæmicranicum dolorem, & Monopagicum: Vertiginoſos, ſtomachicos, Analepticos, & Catalepticos, & eos qui fumo ſtomachi caliginem ſentiunt, ita ut in ſubitaneum timorem incidant, uel qui uentoſitate ſtomachica tinnitum aurium patiuntur, ut in furiam agantur, uſurpata ab imminentibus liberat periculis. Deponit autem Cacochymiam ſtomachi, Hepatis, & ſplenis, Impetiginoſis, & Elephanti-

Monopagian quidã appellãt dolorẽ quo capitis quarta pars laborat.

cis, Arteticis, & Podagricis summũ auxilium est, & menstrua ducit, datur quoq; rheumaticis. Recipe Aloes unc. 12. Ellebori nigri & albi unc. 6. Diagridii, Colocynthidos interioris ana unc. 4. Nitri, Euphorbii, Polypodii, salis Ammoniaci ana unc. 3. Piperis, Chamædryos, Croci, Agarici, Mastiches, Epithymi ana unc. 7. Cassiæ fistulę, Xylobalsami, Opoponacis, Gitteris ana unc. 1. Myrrhæ drach. 3. mellis qđ sufficit. Dosis eius cochlearia. 2. in mulsa, Epilepticis diebus. 12. Arteticis, & Podagricis diebus. 20. uel. 30.

HIERA FORTISSIMA GALENI. Caput. 407.

VTilis est cephalalgicis, scotomaticis, idest uertiginosis, Epilepticis, melancholicis, apoplecticis, paralyticis, & his qui Maniam patiuntur, alopeciæ, Lethargicis, & qui per somnum meditantur mortem, ad aurium tinnitus, ad oculorũ passiones, fauces, & arterias purgat, dentium dolorem compescit, uocem claram facit, Asthmaticos, Orthopnoicos, & chronicas ęgritudines sanat, pleuriticos, hydropicos, Ictericos, ad duritiem Hepatis, & spleniticis prodest, Arteticis, colicis, cœliacis, dysentericis medetur, Nephriticos, & Ischiadicos releuat, Phlegmaticos, Quartanarios, Hæmitritæicos adiuuat, febres omnes auertit, Alphosos, Zermosos, & Elephantiacos purgat, Venenis obsistit, cancrosis proficit, & mulierum uitia emendat. Recipe colocynthidos, Scillæ, Agarici, ammoniaci, Ellebori nigri, Silphii, idest piperis cõmunis ana unc. 10. Diptami, Polypodii, Bdellii, Chamædryos, succi Brassicæ, cassiæ ana unc. 8. Smyrnæ, Sagapeni, aristolochiæ longæ, piperis lõgi & albi, Cinnamomi, opoponacis, castorei ana unc. 7. petroselini, absinthii, piperis nigri ana unc. 4. Aloes unc. 3. mellis qđ sufficit. Dentur ex eo drac. 2. uel. 3. mane, cum aqua calida.

Alphos est species uitiliginis.

Annotatum erat in scripto codice Silphiũ esse Asam munedam.

ANNOTATIO.

AETIVS lib.3.cap.117.Hãc Hieram miris extollit laudibus,& in nonnullis quãquam paucis simplicibus uariat medicinis hanc hierã cõponentibus.

ZERMA est impetigo,græce Lichen appellata, de qua nemo diligentius prodit Nicol. Leoniceno in lib.de morb.Gallico.

HIERA Galeni. Caput. 408.

HÆc est auxiliante domino præciosissima, cui potestas & gratia data est immensa:totũ corpus roborãdi & erigendi,& ad sanitatẽ perfectam reuocandi,est.n.ualidior omnibus, sicut ipse Galenus affirmans ait,Tam salubris est ut possit pluribus annis hominem rite sanum conseruare. Quod si plenam & integram eam elaborandi operam impenderis secũdum testimonium eius,uirtutem talem cognosces.Recipe Specierũ.14.Ellebori nigri drac. 12.Colocynthidis interioris,Diagridii,Scillæ assę in pane,Agarici,Acori ana drach.10.Alces drach.19. Epithymi,Chamædryos,Prassii,cassiæ fistulæ, Hyperici,ana drach.8.Piperis albi,& nigri,& longi,cinnamomi,opoponacis,castorei,petroselini, aristolochiæ longæ,Myrrhæ Troglodyticæ,ana drac.4.Spicæ indicæ drach.3.Ammoniaci drac.1.mellis quod sufficit.Dabis de ea in modum Castaneæ,cum tepida uel mulsa.

HIERA ALIA Galeni. Cap. 409.

HÆc quasi suprascripta cõficitur,humores omnes purgat sine labore,nullam inferens molestiam,neq; lassitudinem aut puncturam, sed sollicite operando purgat Cephalalgicos ad Epilepsiam,Melancholiam,Maniã, & aurium uitiũ proficit,caliginem resecat,Suspiriosos,Asthmaticos adiuuat,& uocem claram facit,Stomachum purgat,paralyticis auxiliatur,Hepaticis,emphraxes, & duritiem

Splenis,

Splenis,& uentositatem eradicat, Hypochondria ex uentositate uel aliquo humore compatientia curat, mēstrua deponit, Arteticis, Nephriticis, Ischiadicis, Podagricis auxiliatur, curat impetigines,&malas scabies,& Elephanticos,& leprosos,& alphus sæpius data ieiunis, cum Diagridio,& Euphorbio,& cōmuni sale purgat, Cancros & uitiosa uulnera desiccando constringit. Recipe Colocynthidos interioris, Aloes, Agarici, Acori, ammoniaci, Thymiamatis, Diagridii, Ellebori, hyperici, Scillæ assæ, polypodii, Euphorbii ana unc. 10. Epithymi, prasii, cassiæ ana dra. 8. Croci, Chamædryos, ana drac. 5. Myrrhæ, Troglodyticæ, Sagapeni, Aristolochiæ longæ, Piperis albi, & longi,& nigri, Cinnamomi, opoponacis, castorei, petroselini, Bdellii, Stœchados ana drach. 4. mellis quod sufficit.

HIEROLOGODION EMPODISTON hoc est impeditum, eo quod curat sermonem impeditum, undecūq; contigerit. Cap. 410.

EXterminat diuturnas & inueteratas passiones, idest maniam, ad omnes melancholias, Epilepsias, Scotomaticos, idest uertiginosos, & spumantes caducos,& qui sibi præmordent linguā, cephalalgicos, Hæmicranicos, & qui ita uexantur ex capitalibus commotionibus, ut uideantur quasi dæmonium habere, qui appellantur Spatici, data purgat, ne incendium aut Lipotomia generetur corpori qđ suprascriptis passionibus subiacet, quibus inuitis etiam medetur. Paralyticis,& tremulis subuenit, datur indigestis, Cardiacis, Pleuriticis, hepaticis, spleniticis, Elicit menstrua, Nephriticos, Arteticos, & Ischiadicos subleuat, Venena & uenenatas passiones & morsus admodum persanat, Lepras & uarias Zer

Spaticus dicitur, quasi maligno spiritu correptus, qui in loco eodem nequit consistere, sed subito mouetur. Vtitur Plinius lib. 23. ubi de spaticis & repente expauescentibus facit mētionem.

mas emẽdat. Est autem sine ullo periculo, neq; alias molestias infert accipiẽtibus, daturq; de ea ter in mẽse põdus drachmarum trium, cum mulsæ cyathis. 3. & salis cochlear. 1. Recipe Colocynthidos interioris, polypodii ana drach. 20. Euphorbii, Polii, Coccognidii, idest seminis laureolæ, ana drac. 17. Absinthii, Myrrhæ Troglodyticæ ana drachm. 12. Centaureæ, Ammoniaci, Thymiamatis, Agarici, folii, Scillæ, diagridii, Spicæ ana drach. 10. aloes, comarum Thymi, casiæ, chamædryos, bdellii, Prasii ana drac. 11. Cinnamomi, Opoponacis, Castorei, Aristolochiæ longæ, piperis albi & nigri, & longi, Croci, Sagapeni, petroselini ana drach. 5. Ellebori albi & nigri ana drac. 1. mellis optimi quod sufficit. Cõfice diligẽter, & repone in dolio uitreo, cumq; opus fuerit, utere.

HIERA LOGADII EX DESCRIPTIONE Aetii. Caput. 411.

Aetius lib. 3. cap, 116. PVlpæ Colocynthidis drach. 20. Scillæ assatæ, agarici, ammoniaci Thymiamatis, Scãmoniæ, corticis Ellebori nigri, Hyperici ana drach. 1. Epithymi, Polypodii Aridi, Bdellii, Aloes, Chamædryos, Marrubii, Casiæ, ana dra. 8. Myrrhæ Troglodyticæ, piperis albi, piperis nigri, cinnamomi, croci, Opoponacis, Sagapeni, Castorei, petroselini, Aristolochiæ, ana drach. 4. Assumito in melle, exhibitio integra, drach. 4. media. 3. minima. 2. Vbi uero exhibenda sit, addito salis cochlearium semis.

HIERA RVFI EX DESCRIPTIONE Aetii libro eodem. Cap. 412.

PVlpæ Colocynthidis drac. 8. Chamæpityos, Chamędryos, Agarici, Marrubii, ana drac. 10. Sagapeni, Casiæ, ana drac. 5. Opoponacis dra.

8.Petroselini, Aristolochiæ rotundę, piperis albi ana drachm.5.Cinnamomi, Spicæ nardi, Croci, Myrrhæ Troglodyticæ, Polii, ana drach.4. Assumito in melle, exhibitio integra drach.4.cum melicrato & sale, Educẽdo enim plurima à capite habet quod ad prudentiam conferat, propterea uertiginosis, capitis grauitati, glaucomatibus, quæ pridem frustra tentata fuerint, Comitiali morbo, affectibusq; uniuersis functiones animæ euertentibus, tale medicamentũ exhiberi consueuit, item ad memoriam reuocandam: nam ad Melancholicos morbos non est huius medicinæ uulgaris utilitas, propterea in his sæpius iterãda est. alia profecto remedia uaria uarie cõponuntur, quæ sint ad certas quasdam ægritudines utiliora, id uero ad Melancholiam peculiare est, propterea ex ea singulis diebus sumendum, quãtum est fabæ magnitudo, non quidem purgandi gratia, sed quod summopere coctiones adiuuet, & flatũ discutiat, porrò illud mihi obseruandum uidetur, ut in purgationibus singulis, seminis maluæ drach.2.præbibantur. *Melancholicorum curatio.*

HIERA Logodion. Caput. 413.

QVo utebatur Ptolemæus Rex, & per nos re ipsa comprobatũ est, contra omnia uitia quę ex Melancholico humore gignuntur, ad lupinam maniam, Melancholiam, & omnes Epilepsias accommodum, spumãtes & conuulsos, aut linguam præmordentes emendat, omnia antiqua uitia per annum datum tribus uicibus unoq; mense distantibus à se diebus decem, Accipitur autem citra molestiam & ad corporis digestionem, & ad sanitaté perducit plene, & excitat Lethargicos, & amentes sine febribus ad mẽtem reuocat, prodest Stomachicis, pleuriticis, hepaticis, Nephriticis, & Ischiadicis, uenenis

omnibus resistit, datur optime contra Elephantiam, Morpheam, & Impetigines extirpat. Recipe Piperis albi & nigri, Cinnamomi, Opoponacis, petroselini, Castorei, Aristolochiæ, Colocynthidos interioris ana drachm. 45. Casiæ, Chamædryos, hyperici, ana drach. 13. Agarici, Ammoniaci, Aloes, Ellebori, Scillæ assæ, Diagridii, Polypodii, ana drach. 20. Epithymi, Myrrhæ, ana drach. 16. Folii, Nardi ana drac. 10. Bdellii, Prasii, Polii, ana drach. 8. Sagapeni drac. 5. mellis quod sufficit. Dosis eius drac. 3. uel. 4. in aqua calida.

HIERA Logodion. Cap. 414.

QVod opitulatur Cephalalgicis, & Hæmicranicis, & cõtra omnia uitia quæ ex Melancholia in Stomacho, & in capite fuerint, suspiciones sine rõne, & timores excludit. Contractiones neruorum & musculorum, & pectoris dolorem emendat, Vẽtositates, Melancholias siue Phlegmonas in stomacho, Hepate & Splene dolores generantes discutit, Alphis, & Impetiginosis in initio proficit. Dosis eius drach. 2. uel. 3. cum mulsa uel calida. quod si uolueris catapotia facere, poteris quidem informare addito Diagridio ad libitum tuũ. Recipe Colocynthidos interioris drac. 20. Coccognidii drac. 15. Cinnamomi, Scillæ, Agarici, Ammoniaci, Scammoneæ, Ellebori nigri, & albi, Hyperici, Epithymi, Polypodii, Croci, Costi, fellis terrę, Absinthii põtici, ana dra. 12. Spicæ, Castorei, Acori, ana drach. 18. Opoponacis, Sagapeni, ana unc. 3. Elaterii drach. 10. Aristolochiæ longæ drac. 22. Silphii, Schœnanthus ana dra. 7. Euphorbii drach. 3. mellis quod sufficit.

Vide Theodoreti duo medicamenta apud P. Aginetã li. 7. cap. 11.

HIERA LOGODION THEODORETI Archiatri. Caput. 415.

PVrgat humores abundantes nec angustiam facit, nec anxietatem, sed confortationem & ui-

res corporis præstat, prodest melancholicis, Epilepticis, Contractis & spumantibus, & linguã mordentibus, spasmosis, & hydropicis proficit, & menstrua educit. Recipe Epithymi, Colocynthidos interioris ana drachm. 16. Stoechados, Ellebori nigri, Thymi, Schœnanthus, Silphii, masticheS, Costi, Mei, Amomi, Agarici, Elaterii, Salis lucidi, absinthii, ammoniaci, folii, scillæ coctæ, Scammoneæ, Aloes hepaticæ, Euphorbii, myrrhę, Coccognidii, Asari, Myrobalani nigri & rubei, ana drach. 12. † Polii, Casiæ, Chamædryos, Cẽtaureæ, Hyperici, Bdelii, Prasii, piperis albi, Cinnamomi, Opoponacis, Libani, Nardi spicæ, idest Nardostachyos, Polypodii ana drach. 10. Sagapeni, Macropiperis, Croci, petroselini ana drach. 8. Castorei, Aristolochiæ rotundæ, Leucopiperis ana drach. 7. Iridos, sileris mõtani, seselei, Phu, Hyssopi, Betonicæ, ana drac. 5. Lithi armeniaci, ceratia. 2. mellis despumati quod sufficit. Dosis eius drach. 3. ter in mense cum Hydromelite aut calida.

Vetus codex addit Laseris dra. 12.

Ceratia tria constituunt obolũ. Duo oboli scrupulũ faciunt In obolo p̃terea chalci sũt octo Pa. lib. 7. c. ult.

HIERA VINDICIANA. Cap. 416.

QVæ mundat omnia Vitia, corporis maxime capitis, Confert optime ad suffusiones oculorum & imagines, quas recentiores appellant Catarractas oculorum, & dentium uitia, decoloratos ab Hepate, & Splene reddit probe coloratos, Elephantiã & impetigines purgat. Dosis eius infantibus drach. 2. Viris & mulieribus drach. 3. cum tepida uel mulsa. Recipe Colocynthidos interioris, Aloes, Piperis albi, & nigri, & lõgi, Chamædryos, Scãmoneæ, Casiæ, zingiberis ana unc. 1. succi Absinthii drach. 5. Costi, Euphorbii, Mastiches, ana drac. 4. cinnamomi drach. 3. mellis quod sufficit.

Ab hac cõpositiõe non abludũt multum duæ Aloeticæ descriptæ ab Aetio lib 3. cap. 103. Meminit idem quoq; Aloetici oribasii, ibidẽ cap. 108.

HIERA Aloetica. Cap. 417.

QVæ conducit Cephalalgicis, Hæmicranicis, & Monopagicis doloribus capitis, ad om-

nia uitia de nigra cholera generata. Prodest etiam ad pectoris & lateris dolorem, Renum & coli, & ad incipiétem Podagram, reprimit importunos sudores, & angustias subito incurrentes aufert. Opitulatur .n. crudis uentriculis & qui ex Chronica ægritudine cõualescunt & decolorati sunt & mulierũ uitiis. Est autem sine molestia. datur uerno & temperato tempore. Recipe Chamædryos drach. 5. Agarici drach. 3. Aloes hepaticæ, Reupontici, Xylobalsami, Colocynthidos interioris, Diagridii ana drach. 3. Piperis albi & nigri, & longi, Schœnanthus, Gentianæ, Amomi, Costi ana drach. 1. mellis quod sufficit. Dosis drach. 2. uel. 3. cum tepida.

HIERA COLOCYNTHIDOS.
Caput. 418.

Hanc cõpositionẽ Aetius citato loco appellat Hieram logadij quæ omnes has simplices medicinas recipit præter Amomum. Vide Paul. lib. 7. cap. 8.

Recipe Colocynthidos interioris drac. 2. Ammoniaci drac. 1. & semis, Agarici, Scillæ assę, Diagridii, Ellebori nigri, Hyperici, Epithymi, Polypodii, Prasii, Bdellii, Aloes, Chamædryos, Casiæ, ana unc. 1. Myrrhæ, Piperis, Croci, Opoponacis, Sagapeni, camphoræ, petroselini, Aristolochiæ longæ & rotundæ, Amomi ana unc. 1. mellis quod sufficit. Dabis ut supra.

HIERA ARCHIGENIS EX EPISTOLA ad Marsum de Melancholia, que sic conficitur. Cap. 419.

Pulpæ colocynthidis drach. 8. Chamædryos, Agarici, marrubii, Stœchadis, ana drachm. 10. Opoponacis drach. 8. Sagapeni drach. 8. Petroselini, Aristolochiæ rotũdæ, piperis albi, ana dra. 5. Cinnamomi, Spicæ nardi, Myrrhæ Troglodyticæ, polii, croci. ana drach. 4. assumito in melle despumato, & in uitreo uase recondito, exhibitio integra dra. 4. in alio drach. 3. cum melicrato sale adiecto quantũ

est cochleare paruũ, Melancholico enim affectu dominante, egregia huius medicinæ uirtus excellit, non tantum quia magnam humorum copiam per aluum ducat, sed cum seorsum bilim atrã euacuet, proprietate quadã respicit id morbi genus. Confert & pleuritidi, flatuosisq; morbis utilissima est, optimã respirationem facit, his quæ nutritionem impediunt è regione aduersatur, colorẽ mirifice emendat, tum qđ excolet sanguinem, tum quia squalentem spiritũ excitet, lucidiorẽq; reddat, certe omnibus morbis qui ab atra bile eueniunt, præsidium huic comparãdum haud facile inuenias.

HIERA IVSTI. Cap. 420.

QVæ ad quæcunque præcedens utilis est. Recipe Stœchadis drach. 30. Colocynthidos interioris, Chamædryos ana drac. 25. Scammoneæ drac. 16. Piperis nigri, albi, & longi, ana dra. 10. Ellebori nigri, Ammoniaci, croci, aloes, absinthii pontici ana drach. 8. Myrrhæ, Euphorbii, Libani, ana drachm. 4. mellis quod sufficit. Dosis eius drachm. 3. cum tepida.

Hãc & Aetius lib. 3. c. 20. & P. li. 7. cap. 8. diligenter descripserunt, quos consulere licebit.

HIERA Asclepii. Cap. 421.

OPtima medicina & experimentis nobilitata. Recipe colocynthidos interioris, piperis longi, albi, & nigri, chamædryos, casiæ, diagridii, ana unc. 1. Cinnamomi, Myrrhæ, succi absinthii, guttæ ammoniacæ, Epithymi, Myrtæ nigræ, ana drac. 1. mellis quod sufficit. Dosis eius in modum auellanæ cum tepida.

HIERA Philagrii. Cap. 422.

REcipe colocynthidos interioris drac. 16. Chamædryos drach. 4. Ammoniaci drach. 1. Alii assumunt Cinnamomi drach. 2. mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. in mulsa interdum admittens salis communis cochl. 1.

ALOETICVM PRIMVM PHILAGRII bilem,& pituitam ducens. Cap. 423.

PVlpæ Colocynthidis, Scammoniæ, aloes, ana drach.1. Mastichæ, Bdellii ana drach.5. ſucci aut comarum abſinthii, drac.5. cum ſucco cau lium pilulas confice ad ciceris magnitudinem, dato uigentibus drac.1. tanquã medicamentum optimũ.

ALOETICVM SECVNDVM VALDE expertũ tresq; ſimul humores pur-gans. Caput. 424.

ALoes, Epithymi, ana drac.2. Colocynthidos, agarici ana drach.1. Confice cum ſucco cau-lium,& da pilulas quindecim.

ALOETICVM TERTIVM, QVOD in Tyro urbe conficitur. Cap. 425.

SCammoneæ unc.2. Aloes, drach.4. Maſtichæ, Bdelii, piperis, abſinthii ana drach.2. Confice cũ ſucco Citri,& dato pilulas ſeptem aut nouem, qđ ſi egregie purgare uolueris, habeant pilulæ exhi bendæ pondus ſcrup.4.

HIERA IOSEPHI SACERDOTIS. Caput. 426.

QVam inſigni experimento confecit, iuuat do lorem capitis,& maniam,& rheuma oculo-rum & aurium,& dentes dolore affectos,& Paralyſim,& eos qui mentis exceſſu laborant, ſingu-lis coniunctionibus ſolis & lunæ: frugifera eſt tuſsiẽ-tibus, ſtomachicis, Hepaticis, & Spleniticis, mitigat febres,& frigora, & uenenatas paſsiones extinguit, morſui quoq; uenenatorum animalium, ideſt ſcorpii uel ſerpentis obſiſtit, leproſis,& impetiginoſis emo-lumentum adfert, ad ſanguinis fluxum, ſiue per os ſiue per hæmorrhoidas, ſiue ad profluuium mulie

rum omnibus modis opitulatur, uentris fluxum adimit, Arteticis, Nephriticis, Ischiadicis, & podagricis auxilium adfert. Recipe Confectionis crocomagmatis, piperis longi, rosarum, opobalsami ana drac. 32. Iridis Illyricæ drach. 20. Opii, Agarici, Croci orientalis, Aloes ana drac. 16. Glycyrhizæ, Cinnamomi, radicis peoniæ, Libani, Piperis albi, Diptami, Epithymi, Olusatri, idest Alexādri, peucedani, Aristolochiæ longæ ana drachm. 12. Scillæ assæ, Nardi Celticæ, Schœnanthus, Prasfii, Stœchados, Chamæpithyos, Spicæ, ammei, Elelisphaci, ammoniaci, Thymbræ, id est Saturegię, mastiches, Caryophyllorum, Dauci cretici, Hypocisthidos, gūmi Arabici, Acaciæ, ana drac. 9. Zingiberis, pentaphylli, ana drach. 6. Petroselini, Calaminthes, Terebinthinæ, Stœchados, phu, chalcitidis, idest æruginis æris, Gentianæ, Anisi, Cymini, Carpobalsami, Tragacanthæ, Cardamomi, Seseleos seminis piperde, Sagapeni, Castorei, pegani, agni, seminis meconis, idest papaueris, Seidię, Apii seminis, floris Myrrhæ, Styracis calamitæ, Helenii, Gallæ, cyparissiæ, baccarum Lauri, Labdani, asphalti, Galbani, Hyperici, Thiu apyru, Canfumele lini, seminis lactucę, Silphii, Cyperi ana drac. 4. Opoponacis dra. 3. Amomi drach. 2. Vini ueteris optimi, sextariū medium, mellis quod sufficit. Dentur de ea drach. 2. uel 3. secundum sumentis uirtutem in fluxibus cum mulsa, aliis cum calida.

Olusatrum quid.

Thymbra.

Codex manuscriptus addit r eubarbari dra. 4.

Pro lino uidebatur etiā lycium legi posse.

ANNOTATIO.

PIPERITIDEM legendum arbitror, qđ Plin. authoritate Castoris Siliquastrum esse scribit, caule rubro longo, densis geniculis, foliis lauri semine albo tenui gustu piperis.

SEIDAM coniicio positam pro psidio, idest corio mali granati. Nam quæ nomina Arabica huc alludunt in pronuntiatione, non respondent instituto.

Seid nanq; brachii ossa significat, Sedia cassiam, Seedes polium, Sedis malabathrum, Seedeb rutam, & sedine hæmatitidem lapidem.

ARCHIERA. Caput. 427.

QVæ admirandæ facultatis est ad omnes passiones capitis quæ ex melancholico humore & phlegmate fiunt & ad caliginem, proficit etiam paralyticis, arteticis, Ischiadicis, maxime podagricis, & Spleniticis. Recipe Diagridii drac. 20. seminis Coccognidii, Elaterii, Zingiberis, Polypodii, Hermodactyli, Ellebori, Melonis ana drach. 10. Bandaleno cado, Epithymi, Apii, Croci, Agarici, Mastiches, Bdellii ana drach. 8. Piperis drach. 5. lactis Tithymali maioris nascentis in locis petrosis, coquatur cum melle super carbones, donec rubea fiat, & ad mellis spissitudinem deueniat, & sic temperentur supraſcriptæ species. Dosis eius in modũ fabæ uel minoris auellanæ cum calida.

Bandaleno cado balanũ Myrepsicã. idest glãdẽ unguentariã puto appellasse. de qua Diosc. lib. 4. cap. 154.

HIERA Picra. Caput. 428.

LEuat diuersas capitis, & aurium, & oculorũ distemperantias, & Stomachum optime purgat, casus Hepatis emendat, & Splenis duritiem, & densitates mollit, & extenuat, Renibus & uesicæ efficax est, & matricis distẽperantias tollit. Recipe Cinnamomi, Spicæ, Croci, Schœnanthus, Asari, Xylocasiæ, Xylobalsami, Carpobalsami, uiolarum, absinthii, epithymi, agarici, rosarum, Turbith, colocynthidos, Mastiches, ana drac. 11. Aloes ad pondus omnium specierum, uel drach. 135. mellis quod sufficit. Dosis eius drac. 3. cũ abstinentia, mane in calida, si uero pilulas informas, dabis. 15. Addito sufficiẽti diagridio.

HIERA PICRA CONSTANTINI. Caput. 429.

AD uisum recuperandum & retinendum. Recipe Myrobalani, chebuli, Indi, Citrini, Vio-

larum,absinthii ana drac.4. Bellirici,Emblyci,Casię, Epithymi,Senæ,agarici,cuscutæ,Schœnanthus,reu-barbari ana dra.2.Xylocasię,Spicæ,anisi,mastiches, Xyloaloes,nitri,salis gemmæ,ana drac.1.mellis q͂d sufficit.Datur in modum Castaneolæ.

HIERA Picra. Caput. 430.

Recipe Schœnanthus,absinthii,agarici, masti-ches,Turbith,Epithymi,colocynthidos,cin-namomi,Alithimon,Spicæ,Croci,Zingibe-ris,Carpobalsami,Xylobalsami,casiæ ligneæ,rosarũ, uiolarum,Asari,Folii,nucis moschatæ,Galliæ Mo-schatæ,Caryophyllorum,Sthœchados,Amomi,co sti,ana drach.1.Ellebori nigri,euphorbii,bdellii,ana drach.semis,Polypodii drachm.1.Diagridii unc.2. Aloes lib.semis,mellis quod sufficit.

HIERA RVPHI. Caput. 431.

QVotidiano usui exposita,qua ipse crebro ute batur,quoniã ipsa absq; piculo succurrit.Va let cõtra Epilepsiã,& cephalæam,& Hæmi-craneã grauissimã præ cęteris passionibus,Dyspnoi cis,pleuriticis,phthisicis,uertiginosis ꝓficit, ad anti-quos hepatis,& splenis dolores,& ad eas quę uidẽ-tur molas habere,arteticis,cholericis,& podagricis optime cõducit,& eis qui timẽt carnis pænas,& lũ-bricosis auxiliatur.Illis aũt nõ dabis,qui rheumatici sunt.Datur elephãtiosis,Impetiginosis,& uitiligines habentibus,& qui uari sunt,Scabiosis,& prurigino-sis,&omnibus à salso chymo uexatis.Ad usus mulie rum utilis q̃ non purgãtur,& ad uẽtris purgationẽ. Recipe diagridii drac.8.salis ammoniaci,drac.6.co-locynthidos interioris,piperis,chamædryos, Masti-ches ana dra.4.euphorbii drac.3.croci,Myrrhæ,ana drach.2.Alii addunt agarici,Xylocasiæ ana drach.3. Ellebori nigri,aloes,Casię,salis communis ana dra. 4.mellis quod sufficit.Dosis autem eius ut supra.

CATHARTICVM Cetinum. Cap. 432.

QVod naturaliter choleram rubeam, Melancholiamq́; purgat, Hepaticis, Spleniticis, & Hydropicis mirabiliter ſubuenit, Nephriticis, & Iſchiadicis optimum eſt. Recipe enulæ, lactis Tithymali ana unc. 8. Cinnamomi, Diagridii, Aloes Hepaticæ, Colocynthidos interioris, Agarici, Caſtaniolæ, Elaterii, Epithymi, Alypiados, Euphorbii, Melanopiperis, Lateridis, coccognidii, ana unc. 6. Iecoris Ceti, Schęnanthus, Bargi ana unc. 3. mellis quod ſufficit. Detur in modum orobi cum tepida.

Hieram picram Galeni, & Hierã Picram Alexandrinam uide inferius in Litera P, in Picris.

Ceti iecur.

CATHARTICVM Archonticũ. Cap. 433.

QVod ad miraculum omnes paſſiones capitis, quæ ex melancholico humore fiũt, curat, caligines oculorũ detergit, & ſpleniticis optimum eſt. Recipe Diagridii, Hermodactylorũ, Coccognidii, Ellebori nigri ana unc. 2. & ſemis. zingiberis, elaterii, polypodii, ellebori nigri ana unc. 2. Colocynthidos, croci, agarici, maſtiches, bdellii, epithymi Euphorbii, apii ana unc. 1. zedoariæ, Melanopiperis ana unc. ſemis. Cõfice ſic. Mẽſe Februario, uel Martio ſextarii tres lactis tithymali naſcẽtis ĩ locis petroſis colligantur, & cũ mellis ſextario. 1. & ſemis lento igne coquantur donec rubere incipiant, & inde puluis terẽdorum temperetur. Detur autem in modum fabæ, uel minoris auellanæ cum tepida.

CATHARTICVM Galeni. Cap. 434.

MIrabile quod ipſe omni tempore in uſu habebat, adeoq́; in menſe Iunio & Octobri, bilem nigram & pituitam optime purgat, & ſine moleſtia uentrem laxat. Recipe aniſi drachm. 10. Diagridii, Euphorbii ana drach. 8. Cinnamomi, Colocynthidos interioris, Agarici, Aloes, Pyrethri, Elaterii, Confitæ, Chamædryos, Coccognidii, ana dra. 6. Croci, ſalis Ammoniaci ana drach. 4. mellis quod

ſufficit. Detur in modum caſtaneæ cum tepida.

CATHARTICVM. Cap. 435.

OPtimum melancholicis, Spleniticis, maxime Elephantioſis. Recipe Diagridii, Aloes, ſeminis anethi, & Gongylidis ana drach. 18. Croci, Myrobalani citrini, chebuli, Epithymi, pityuſæ, id eſt Turbith ana drac. 9. Folii, Agarici, Caſsiæ ligneæ, Chamædryos, Hyperici, praſsii, Polii, Scordei, ſinoni, ana drach. 4. & ſemis, mellis quod ſufficit. Dentur de eo drach. 3. cum tepida.

Pityuſa qd.

CATHARTICVM. Cap. 436.

HOc auxiliatur melancholicis, phthiſicis, Spleniticis, & Hypochondriacis. Recipe Paſſularum pinguium enucleatarum drach. 100. myrobalani, Chebuli, Indi, Diagridii, ana drach. 20. Cuſcutæ, Epithymi, Polii, Abſinthii, Polypodii, ſeminis Chamædryos, Fumi terræ, ana drach. 10. Aloes dra. 6. nardi, Caſsiæ ligneæ, Xylobalſami, Maſtiches, carpobalſami, ſeminis marathri, aniſi, ana drach. 2. mellis quod ſufficit. Detur in modum caſtaneæ, ieiuno cum aqua calida.

CATHARTICVM Imperiale. Cap. 437.

QVod optime purgat caput, os bene olẽs reddit, de ſtomacho, & toto corpore utramq; bilem deducit. Recipe Diagridii ſaccari ana drach. 8. Cinnamomi, Nardi, Saxifragæ, Polypodii ana drach. 4. Caryophyllorum, Zingiberis, Celticæ, Melanopiperis, & Macropiperis, cardamomi, Amomi, ana drach. 3. mellis quod ſufficit. Detur ante cœnam, & poſt cœnam in modum nucis myriſticæ.

CATHARTICTM SVRRENTINVM, Caput. 438.

OPtimum aſthmaticis, & ſuſpirioſis, tuſsim pectoris, & pulmonis emendat, Stomachi uitia aufert, Hepar, Splenẽ & renes purgat, imbe-

cilles partes corporis robuſtiores reddit. Recipe ſaccari, candi ana drach. 50. diagridii, Glycyrhizæ, Rhodoſtomatis ana drach. 36. Caryophyllorum, Galangæ, Nardi, Zingiberis, coſti, pyrethri, Corallii, Aniſi, anethi, petroſelini ana drach. 9. Cinnamomi, Cymini, ana drach. 18. Moſchi drach. 2. mellis quod ſufficit. Dentur de eo drach. 3. mane cum tepida.

CATHARTICVM. Cap. 439.

HOc mirabiliter purgat caput & ſtomachũ, hepar, & ſplenẽ à renibus calculos excludit, ſtrãguriã ſoluit, & corporeas uires aliqua occaſione collapſas potẽter erigit. Recipe Diagridii, turbith, Saccari ana drach. 10. Cinnamomi, nardi, Folii, zingiberis, Schœnanthus, Xylobalſami, agarici, ana drach. 5. Caryophyllorum, Galangæ, Zedoariæ, Coſti, Xylocaſiæ, Aſari, polypodii, Cardamomi, carpobalſami, melanopiperis, aniſi, maſtiches, ana drac. 3. mellis quod ſufficit. Detur mane uel ueſperi in modũ auellanæ cum tepida.

CATHARTICVM. Cap. 440.

EXpertum contra bilem ruffam, bene purgans Stomachum, Hepar, maxime Ictericos. Recipe Diagridii, coſti, zachari, candi, roſarum ana drach. 26. Reubarbari, ſucci Glycyrhizæ, Tragacanthæ, ſeminis portulacæ, ana drach. 6. ſeminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, ana drach. 3. Cãphoræ drac. 1. Syrupi roſacei quod ſufficit. Dentur de eo drach. 3. uel. 4. mane cum tepida.

CATHARTICVM. Cap. 441.

COntra omnem guttã, maxime calidã, & prodeſt paralyticis, arteticis, nephriticis, & podagricis. Recipe Hermodactylorum drach. 45. Diagridii, drac. 20. Caryophyllorũ drac. 9. Cinnamomi drac. 9. Folii, ariſtolochię lõgæ, Myrrhæ, ſeminis rutæ, Vrticæ, & Bruſci, ana dra. 4. & ſcru. 1. mellis q&#

ſufficit. Dentur de eo drach. 3. ieiunis poſt balneum.

CATHOLICVM. Cap. 442.

Opitulatur hepaticis, & ſpleniticis, datur in acutis & peracutis, quia mollificat, digerit, cõfortat. Recipe Senæ mundatæ, caſiæ, Tamarindorum, Reubarbari, ana unc. 3. Polypodii, aniſi, Glycyrhizæ, ſeminum communium, candi, pænidii unc. 1. Syrii quod ſufficit, in quo ponãtur polypodii unc. 8. Fœniculi unc. 3. in lib. 3. aquæ, & Syrupizentur cũ ſcrup. 2. Saccari.

Sic habent fragmenta impreſſa for taſſis autem pro ſcrupulis uncias legere oportet.

ANNOTATIO.

SIREI eſt legendũ. Sapæ enim duo genera ſunt, unum quod ebulliẽdo ad tertiam partem reſoluitur alterũ ad dimidiã. Primum Sireũ uel Hepſema, latine Sapa uocatur, ſecundũ Defrutũ. Plin. lib. 14. ca. 9.

CLYSTER. Cap. 443.

Qvi conducit his qui ex phreneſi & ſynocho uel ex Cauſo conſtrictionem uentris patiuntur. Recipe Buboculi drach. 18. Maluæ, uiolarum, ana drach. 18. Nitri, diagridii, aloes, colocynthidos, ana drac. 6. olei uiolacei phialam unã, & mellis dimidiam. Coque ſic. Herbas omnes in aqua ſufficienti lento igne ad tertiam decoque, & diligẽter cola, abiectisq; herbis ſucci phial. 3. Oleum & mel adde, & iterum lenes ad prunas modicum bulli, cumq; percoctum fuerit puluerem ſpecierum adhibe, & bene commixtum patienti oleata Embrocha præloto adminiſtra.

Buboculum latine malluit quã græce Buphthalmon appellare, de quo P. agit, lib. 7. Dioſc. lib. 3. c. 147

CLYSTER. Cap. 444.

Qvi opitulatur Epilepticis, melancholicis, & maniacis. Recipe bugloſſ., Cãtabri ana dra. 36. Polytrichi, Maluæ ana drac. 36. Myrobalani citrini, chebuli ana drach. 16. Diagridii, Euphorbii, Colocynthidos, ana drach. 9. Agarici, epithymi, ana drach. 4. & ſemis, olei uiolacei phial. 2. mellis. 1.

Cantabrum uulgus Practicorũ medicorũ furfures tritici appellant, et cantabricũ furfures capitis.

Coque sic. Herbas & Cantabrũ, & myrobalanos pri die in aqua infusa, competenti igne ad tertiam decoque, & diligenter excola, deinde tribus phialis succi, oleum & mel adde, iterumq; exquisite bulli, tandem puluerem specierum liquori infunde, & sic competenti Encathismate præhabito patienti inde bis uel ter in die iniice.

CLYSTER AD ILII DOLOREM.

Caput. 445.

RECIPE Alypiados, Mercurialis, polypodii radicum uiridium, Cantabri, Maluæ ana drac. 27. de puluere philantropi drach. 9. Diagridii, Nitri, Colocynthidos, ana drach. 4. & semis. Olei phialam unam, mellis dimidiam, coque ad hũc modum. Herbas omnes & cantabrum in aqua fontana ad medietatem decoque & cola, deinde succo, oleũ, & mel adde, & competenter bulli, ad ultimum puluerem specierum probe commisce, & inde ter in die phial. 1. tepidam patienti iniice.

CLYSTER OPTIMVS ILIOSIS.

Caput. 446.

Actes & chamæactes legendum uidetur, sic.n. Græci Sambucum & Ebulum nuncupant.

RECIPE radicis Illyricæ, actes & magatis corticis mediani contusi, ana drachm. 36. antidoti Dauid regis drac. 18. Diagridii, Coccognidii ana drach. 9. Aloes, salis Ammoniaci, ana drach. 4. & semis, olei ueteris phialam unam, mellis dimidiam. Coque sic. Herbas, radices & cortices contritos in aqua sufficienti lẽto igne ad medietatem decoque, & cola, deinde succo, oleum, & mel adde, & sic puluerẽ specierum admisce, & inde ter in die phialam unam tepidam iniice.

CLYSTER Nephriticus. Cap. 447.

RECIPE mercurialis, tenerrimæ frondium Esulæ, ana drach. 50. Saxifragæ, herbæ uenti, maioris, mediæ, & minoris, ana drach. 27. Vrticæ, seminis

cæ,ſeminis aſparagi,citri,milii ſolis,mobaric,philanthropi,ana drach.18.Diagridii, colocynthidos ana drac.9.Aloes,agarici,nitri, ana drac.4.& ſemis, olei ueteris phi.2.Olei Scyllitici,& mellis ana phi.ſemis, Coque ſic.Herbas omnes & ſemina trita in aqua ſufficienti biduo infuſa ad tertiam decoque & cola, abiectiſq; retrimentis ſucci phia.3.oleum & mel adhibe,iterum modice bulli,& ſic antidota & ſpecierum puluerem adde,& tepidũ quoties opus fuerit iniice.

CLYSTER NEPHRITICIS ET CALculoſis dicatus. Caput. 448.

RECIPE pegani, Calaminthæ,ſaxifragæ, betonicæ,urticæ,ana drach.27.Antidoti hadriani, panchreſti, philanthropi, ana drach.18.Diagridii,Euphorbii, ana drach.9.Muſcelii, Sambacæ, petrolei,nardini & pulegini Olei,ana dra.3.Olei ſcyllitici,phia.1.Coque ſic,herbas tritas in aqua fontana triduo infuſas ad medietatem decoque & cola,deinde phia.3.ſucci,ſcylliticum & mel ſufficiens adde,iterumq; aliquantulum bulli,& ſic antidota & ſpecierũ puluerem in cæteris oleis liquata adhibe,& inde tepidum quoties opus fuerit iniice.

ANNOTATIO.

ZAMBACAM Syluaticus eſſe tradit Sambucum. Cæterum Arabes conſueuere Leucoion ideſt uiolam albam Ieſemin & ſambacam appellare uelut idem docet cap.376.

CLYSTER CALCVLOSIS APPOſitus. Caput. 449.

RECIPE ſanguinis hirci ſecundum diſciplinam Alexandri Tralliani compoſiti drac.1.& ſemis,pulueris cicadarum in Iulio confecti,balſami,muſcelii,nardini,petroſelini,Petrolei,ſucci Ba- *Vide Trallianum li.3. ca.34.paragrapho.6.*

filici, ana drachm. 1. Fac sic, Sanguinem & puluerem cum Balsamo, succo, & oleo commisce, & tepidum cum syringe hoc enema per uirgæ urinarium meatum iniice, hoc fac quoties tibi uisum fuerit.

CLYSTER CALCVLOSIS DEXTEritate multa succurrens. Cap. 450.

Recipe pulueris Iustini Antidoti, drac. 3. Olei laurini, Sambacini, succi solatri hortensis, & radicum dardani, Betonicæ, ana drach. 2. Fac sic, puluerem cum oleis & succis commisce & tepidum per uirgam cum syringe iniice.

Bardanæ legendum fortassis.

CLYSTER. Cap. 451.

His qui in uesica Lithiasin patiuntur idoneus. Recipe Muscelini, Petrolei albi, succi Basilici & Saxifragæ, ana dra. 3. Zingiberis, Melanopiperis, seminis diptami, Petroselini, Dauci, Macedonici, ana drach. 2. Fac sic. Puluerem specierum cũ oleis, & succo commisce, & tepidum per uirgam iniice ita tamẽ ut ante uirilia oleo, & aqua fomentẽtur.

CLYSTER LITHIACIS ET ARENosis conueniens. Cap. 452.

Naphtũ bitumen Babyloniũ describit Diosc li. 1. ca. 86. Ignoratur ab officinis, quidam pro hoc oleũ Petroleũ usurpant.

Recipe Pegani, Calaminthæ, Saxifragæ, Betonicæ ana drach. 9. Olei Nardini, Petrolei albi, Muscelii, † Naptæ, Antidoti Adriani, Mitridatis, Panchresti ana drachm. 2. Olei laurini, quod sufficit. Coque sic. Herbas contritas in oleo Laurino lento igne competenter decoque & cola, de quo drach. 3. sumens, & cum oleis & Antidotis commiscens, tepidum per uirgam iniice, præstantius autem erit si additur balsami drach. 1.

Lithõtripõ ab eo dicitur quod cõterat lapidem.

LITHONTRIPON MAGNVM. Caput 453.

PRæclarum ad indigestionem stomachi ex frigiditate, Iliorum lumborumq; dolorem compescit, Lapides in Renibus, & Vesica potenter confringit, & inde mirabiliter expellit, Stranguriam, & Dysuriã è uestigio soluit. Recipe nardi, zingiberis, Xylobalsami, Acori, Cinnamomi, Peucedani, Meu, Melanopiperis, Leucopiperis, & Macropiperis, Saxifragæ, ana drach. 20. Opobalsami, Caryophyllorum. Costi, Reupontici, Glycyrhizæ, Cyperi, Tragacanthæ, chamædrios, apii, amei, asparagi, seminis Basilici, urticæ, seminis citri, Alexandri, ana drac. 10. folii, croci, Schœnanthus, Casiæ ligneæ, Bdelli, Mastiches Iridos, amomi, seminis libystici, Granorum solis, petroselini, sileris, Sinoni, cardamomi, seminis anethi, euphorbii, Lapidis lincis, Olei nardini, muscelii ana drac. 5. mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ cum tepida aut cum uino.

LITHONTRIPON MINVS. Cap. 454.

QVod purgat renes, lapides frangit & expellit. Recipe Saxifragæ drac. 27. Melanopiperis drach. 18. nardi, phu, meu, acori, asari, Betonicæ, petroselini, Dauci Cretici, Lapidis in uentre uerris, & annalis scrophæ inuenti ana drach. 2. Mellis quod sufficit, detur in modum nucis cum tepida. Quod si non liceat inuenire prædictos lapides, pro eis appone nitrum ustum, & lapidem Iudaicum.

LONPERION. Cap. 455.

QVod prodest contra malum medicamen assumptum, & serpẽtis morsum, & inueteratã tussim, Ictericis, & Hydropicis proficit, ad lateris dolorẽ, ad Renũ, & uesicæ limositatẽ optimũ est. Recipe Myrrhæ Troglodyticæ drac. 7. & semis, Nardi drac. 5. & semis, Casiæ drac. 4. Aloes Hepaticæ, Rosarum, seminis rapæ ana drac. 3. Croci, Shoe-

nanthus, Thuris, ana drac. 2. Leucopiperis & Macropiperis, ana drac. 1. Mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ cum tepida.

Legendum fortasse Lysippium.

LISOPUM MAGNUM. Cap. 456.

AD omnem guttam maxime Podagricã. Recipe Hermodactylorum drach. 75. Diagridii drac. 36. Caryophyllorum, Zingiberis, Cymini Thebaici, ana drac. 17. Turbith, Reupontici, ana drac. 9. Mellis quod sufficit. Dabis dra. 2. cũ tepida.

LISOPUM MINUS. Caput. 457.

QVod conducit ad Rheuma capitis & pectoris, uocem debilitatam instaurat, Hepaticis & Spleniticis proficit, dolorem Ilii, & Podagricum tanta cum celeritate emendat, ut quiddã artibus magicis simile uideatur. Recipe Diagridii, Saccari, Hermodactylorum, ana drac. 8. Moschi, Caryophyllorum, Cinnamomi, nardi, zingiberis, confitæ moschatæ, Celticæ, Melanopiperis, ana drach. 1. Cocognidii, drac. 1. & mediam, mellis quod sufficit, dabis ex eo drac. 3. ieiunis cum tepida.

LITROPHILON MAGNUM. Cap. 458.

APpositum est ad debilitatem uentriculi, frigidi Iecoris perditam temperantiam reuocat, Splenis tumores & uentositatem discutit, & omnium interaneorum uitia compescit. Recipe Reubarbari, Cinnamomi, Caryophyllorum, ana drac. 6. Galangæ, Folii, croci, nardi, nucis myristicæ, zingiberis, costi, Schœnanthus, xylobalsami, laccæ, mastiches, myrrhæ, asari, Iridos Illyricæ, Meu, aristolochiæ longæ, absinthii, Gentianæ, cardamomi, carpobalsami, macropiperis, amomi, marathri, petroselini ana drach. 2. Mellis quod sufficit, dentur de eo

drac.2.cum aqua in qua decocta sit masticheS, ma-
rathri, anisi singulorum uncia una.

LITROPHILON MINVS. Caput.459.

SAnans frigiditatem & omne uitium pectoris, dolorem stomachi emendat & appetitum prouocat, cruditatem aufert. Recipe cinnamomi, zingiberis, zedoarię, melanopiperis, carui, anisi, cymini, lybistici ana drac.18. Galangæ, Seseleos, marathri, apii, meconis, ana drac.9. Mellis quod sufficit, detur in modum castaneæ cum tepida.

LAXATIVVM. Cap. 460,

QVod purgat choleram rubram, adustam, de capite & stomacho & toto corpore. Recipe succi fumi terræ drac.40. Saccari, croci, uiolarum, drac.30. Epithymi, drac.20. Mannæ drach.10. Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorũ ana drac.7. Diagridii drac.4. Cõfice sic. Saccarum & mannam in succo fumi terræ manibus fricando commisce, deinde lento igne ad spissitudinem decoque, cumq; percoctum fuerit, specierum puluerem competenti oleo spicæ, & si deest, accerse uiolaceũ, probe fricatum inde tempera, & cum opus fuerit, drac.5. cum tepida mane propinentur.

LAXATIVVM. CAPVt. 461.

q Vod optime purgat melancholicum humorem. Recipe Epithymi drac.100. Agarici, polypodii ana drac.15. Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorum ana drac.10. Diagridii, salis ammoniaci ana drac.9. Calaminthes drac.6. Mellis quod sufficit, dabis drac.6. cum tepida.

LAXATIVVM. Cap. 462.

q Vod proprie purgat Tertianarios ueros. Recipe succi mali granati drach.200. Syrupi uiolacei, Saccari ana drac.100. Diagridii, polypodii.

ana drach.20.Spodii,Sandali albi,& rubei,Rosarum ana drac.5.Galiæ,ligni aloes,caryophyllorum, nardi,croci,carpobalsami,berberis,seminis portulacæ, ana drach.3.Camphoræ drac.semis.Confice sic,succum,syrupum,& saccarum in uase stagnato lenes ad prunas ad spisiitudinem decoque, cumq; percocta fuerint,inde in marmorea pila specierum puluerem tempera,ad ultimum camphoram in rhodostomate solutam superadde,dosis eius dra.4.ante horam accessionis cum rhodostomate.

LAXATIVVM QVOD PECVLIARIter purgat Quartanarios. Cap. 463.

Recipe Diagridii,Colocynthidos,Stœchados ana drach.12 Agarici,Epithymi, Ellebori nigri,melanopiperis,libystici, ana drach.4.Mellis quod sufficit,dabis drach.4.ante horam accessionis cum tepida.

LAXATIVVM OPTIMVM AD PVRgandum Quotidianas febres. Cap.464.

Recipe Coccugnidii,nitri,zingiberis, ana dra. 10. Euphorbii, colocynthidos, pyrethri ana drac.8.Turbith,latheridis,nitri,melanopiperis,ana drach.6.Alypiados, Polypodii,rosarum,mastiches,salis gemmæ,anisi,ana drach.3.Mellis quod sufficit.Dentur de eo drac.3.uel 4.ante horam accessionis,cum libanotidos decoctione.

Diosc.uidetur appellare lathryedem.

LIBYSTICVM. Cap. 465.

Hoc utile est ad catarrhum,asthmaticis & suspiriosis subuenit,Emphraxim spiritualiũ pororum sputamina educendo aperit, dolores interaneorum ex tumore uel uentositate factos mire compescit,urinam prouocat, & menstruis imperat,

& lumbricos expellit. Recipe Glechonis, Hyssopi, Calaminthæ, Pegani, ana unc. 3. Pyrethri, corticis raphani, Helenii, Scillæ assæ, Euphorbii, melanopiperis, libystici seminis, Sinapis, seminis urticæ, ana unc. 2. zingiberis, macropiperis, Sinoni, Ammei, Cymini, Thymbræ, ana unc. 1. Dosis eius drach. 3. mane uel uesperi cum uino aut tepida, quod si catharticum facere uolueris adde Diagridii unc. 4. Colocynthidos & Turbith, ana unc. 2. purgat enim phlegmaticũ de toto corpore humorem.

MITRIDATVM MAGNVM. Caput. 466.

Conducens ad omnes passiones uirorum & mulierum, quod sumptum in modum fabæ Aegyptiæ, ante prandium siue de primo mane, Epilepticis, Maniacis, phantasticis, & timidis mirabiliter prodest, Cephalalgicis, Hemicranicis, dolorem Iliorum patientibus, palatum & omnia uitia tõsillarum medicatur, Synanchen soluit, Apopleticis cũ cerussa acceptũ confert, tussientibus, Asthmaticis, hęmoptoicis, peripleumonicis, & omnibus doloribus qui intra corpus humanũ pullulãt, succurrit, Cœliacis, Dysentericis, & lyentericis optimũ est, Tetanos siue spasmos patientes, & paralysim absq; mora curat, Diaphragmati, Hypochondriis, Renibus, & Vesicæ opitulatur, calculos frangit, menstrua prouocat, omniaq; uitia matricis excludit, Arteticis, & Ischiasim patientibus, & podagricis singulare præsidium est, Venena omnia reprimit, uenenatos morsus seu rabidi canis, uel cuiusq; reptilis impositum siue bibitũ cum magna admiratione emendat. Quotidianarios ueros & nothos, necnõ Hemitritęos expellit, ad omnes morbos incertas passiones, et

erraticas febres, seu ad omnes morbos qui ingenio medicorum occulti sunt, mirabile est, propterea sapientes medici Macedoniæ, statuerunt hoc esse caput omnium Antidotorum, uires equidem illius efficaciores sunt, quàm ut ullis laudibus consequi possis. Recipe Styracis drach. 36. Caryophyllorũ, Nardi, Xylobalsami, Orobon Leticæ idest laccæ, Tragacanthæ, mastiches, Galbani, gummi Cedri, Asphalti, castorei, gummi Hederæ, Bdellii, terræ figuli, meliloti, labdani, Opopanacis, Amomi, Opii, sulphuris uiui Glycyrhize, nitri, hypocysthidos, acaciæ, rosarum, Chamædryos, hyperici, Abrotani, Peoniæ, Hyssopi, Origani, Elenii, Rami Cedri, & Daphnidis, idest Lauri, Aristolochiæ longæ, Epithymi, Peucedani, Centaureæ, Roris marini, radicis Eringii, Balaustiorum, Cymarum myrtæ, Sidiæ, Romei idest Raphani, Scillæ, Carpobalsami, Anisi, Git, Hyosciami, Cymini, Fœniculi, Cardamomi, seseleos, thesapii idest seminis sinapi, amei, sinoni, lybistici, seminis rutæ, meconis, apii, seminis Dauci, macropiperis, armini idest seminis urticę, amomi, ana unc. 27. Acori, Illafeos idest lappæ, Cassami idest cyclaminis, fillis idest capparis, floris agni, rasuræ cornu ceruini ana drachm. 18. Balsami, Cinnamomi, croci, cõsti, Schœnanthus, zingiberis, Folii, Terebinthinæ, myrrhæ, libani, casiæ, agarici, celticæ, reupontici, Iridos, asari, diptami, prasii, colocynthidos, Cucurbitæ aphricæ interioris, stœchados barbæ iouis, artemesiæ, calaminthæ, scordei, silphii, chamæpityos, leucopiperis, Melanopiperis, seminis Ozimi, seminis petroselini, Anagalda idest sumac, Malabathri, cardami, Pẽtaphylli ana drach. 9. Daphni Coccorum, idest Baccarum Lauri, drach. 3. Vini uetustissimi sextariũ. 1. Mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ minoris febrientibus cum tepida non febrientibus cum uino.

Macedonũ medicamentum.

Alij Lentisci.

Alij amomiaci.

Romeum.

Impressus habet Anagodam.

ANNOTATIO.

CERVSSA legebatur in libro manuscripto: q(uod) cum præsens sit uenenum commutabit in magis benedictam medicinam quicunq; hoc antidoto uti uoluerit nisi extrinsecus applicare animus sit. Veluti Nicolaus impressus in oris uitiis fieri iubet.

MITRIDATVM MINVS. Cap. 467.

OPtimum Epilepticis, Scotomicis, & timidis ad omnem distemperantiam capitis., & linguæ Paralysi & Synanchæ medetur, Sanguinis sputum omne & fluxum corporis compescit, Nephriticis, Calculosis, & Arenosis, Stranguriosis, & Colicis peculiariter remedio est, omnia uenena potum exterminat, morsum uenenatorum animaliũ impositum potenter emendat, & ad omnes desperatos morbos quadruplici uirtute succurrit, nam qui usus fuerit nunquam a ueneno succumbere poterit. Recipe Scordei montani drachm. 30. Aristolochiæ longæ & rotundæ. ana drach. 20. Opii, agarici, pulueris cornu ceruini, seminis Crisimi, idest seminis rubi, seminis tordili idest seminis herbæ passerinæ, ana drach. 10. Melanopiperis & Leucopiperis, Chamæpityos ana drach. 9. Cinnamomi, Myrrhæ, Sagapeni, Meliloti, Lemnii asteros, radicis eringii, malabathri, Pentaphylli, seminis rapæ ana drac. 8. Peucedani, fascis Gallici, Cimarũ Mẽthæ, Orobi albi, ana drac. 7. nardi, radicis Peoniæ, radicis Collidiamis, Romei. i. Raphani, Gesapitiæ Celticæ, Calaminthæ, Cymini, Sinoni ana dra. 6. Helenii, Sileris montani ana drach. 5. & semis, Fellis taurini & ursini, Staphidis agriæ, ana drach. 5. Costi, Cini floris ana drach. 4. & semis, Xylobalsami, succi glycyrhizæ, Thuris, Opopanacis, Samei, carnis iuniperi, casiæ, seminis Staphylini idest seminis uuæ, Asari, Gentianæ, radicis Panacis, Stœchados, Cardamomi, Ceparum, seminis Elelis-

Lemnius aster nullus habetur ut est apud Dios li. 5. ca. 67. Sed Samius aster quod ibidem docetur ca. 101.

Fascẽ uel fasciculum Gallicũ uocat Nardum Celticam, eo quod in fasciculos deligatur à Gallis atque ita diuenditur.

Cinũ Genuẽsis authoritate Plinij arborẽ esse prodit in Gallia gallas ferentẽ. Itẽ nonnunquã Cinum fortassis apud barbaros poni pro scino uel schœno.

phaci, Roris marini ana drach. 4. Balsami Edellii, nucleorum purgatorum Galbani, Nardi, Syriaci, radicis Dracontii, Abrotani ana drach. 3. & semis, Calami Aromatici, Castorei, Gummi, Hederæ, Cyperi, radicis Symphyti, Rosarum, Pastinacæ, Meu, Coniz ę, idest pulicariæ minutę foliorum, Pelecini, idest Personatiæ, radicis Pteridis, idest Filicis, Polygoniæ foliorum, Macropiperis, Anisi, Amomi, Dauci, seminis lini, Fœniculi, Petroselini Macedonici, Sesami Scoriati, sanguinis anatis, Stracis ana drach. 3. Hypocisthidos, Caroi, Polii, ana drach. 2. & semis, Croci, Reupontici, Terebinthinæ, Iridos, Centum Folii, Gummi Vermiculati minuti, Carpobalsami, Conii seminis discoriati, seminis cnici, seminis lonchitidis, idest seminis Violæ, seminis speriti, Psyllii ana drac. 2. Mellis quod sufficit, detur in modum fabæ Aegyptiæ, cum Hydromelite uel uino.

Lonchitidē Diosc. li. 3. ca. 152. descripsit. lanceolā & venereā appellari tradit.

MVSA MACHEA. Cap. 468.

Conuenit ad pectoris, & pulmonis uitia dolorem stomachi amputat, uomitum coercet, dolorem Renum mitigat, & sanguinē inde fluentem sistit, Quotidianarios, Tertianarios, & Quartanarios ante horam accessionis data omni cum celeritate liberat. Recipe leucopiperis grana 50. Croci, libani, Myrrhæ, Sulfuris transmarini, Hyoscyami ana drach. 27. Opii, Amomi, Anisi, amygdalarum amararum ana drach. 9. Carpobalsami unc. 4. & semis, aristolochiæ longæ drac. 1. & mellis quod sufficit. dentur de eo drachm. 2. uel. 3. febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

Musa ennea dicitur à nouem quæ ipsam componunt, ingredietibus simplicibus medicinis,

MVSA ENNEA. Cap. 469.

Faciens ad omnes accessiones periodicarum febrium, idest Quotidianę, Tertianæ, & Quartanæ, Acutarum febrium angustias tollit. Por-

ro cum dederis confidera uirtutes eorũ,qui patiuntur quod statim medelam sentiunt. Inflationem Stomachi emendat,suspiriosis,Phthisicis,& his qui pus screant subuenit,Spleniticis, Hydropicis, & Colicis proficit, Lapides in uesica frangit,& urinam prouocat. Recipe Leucopiperis grana 50. Thuris masculi, myrrhæ,Gentianæ, Hyoscyami ana drach. 18. Opii, drach. 12. Croci drach. 8. & scrup. 2. Euphorbii, Aristolochiæ longæ,ana dra. 4. & scrup. 1. Mellis quod sufficit. Alii addunt corticis Mandragoræ drach. 4. Detur in modum fabæ Aegyptiæ,febrientibus cum tepida,non febrientibus cum uino.

Emplastrum Musam Enneam quære superius in Emplastris.

MVSA PROSPERITON. Cap. 470.

QVæ proprie Quotidianariis, Tertianariis, & Quartanariis eximia est, Cephalalgicis, Suspiriosis & tussientibus prodest, contractiones, & suffocationes, & inflationes Ventriculi emendat, Nephriticos,& colicos curat. Recipe leucopiperis grana 50. myrrhæ,thuris,seminis hyoscyami,ana drac. 13. & semis, Opii drach. 10. croci drac. 6. & scrup. 2. Thiu apyru unc. 6. Corticis Mandragoræ drac. 4. & semis, Cinnamomi, Aristolochiæ longæ,gentianæ,euphorbii ana drac. 3. mellis quod sufficit,detur in modum Aegyptiæ fabæ cum tepida.

MYSTERION MAGNVM. Cap. 471.

QVod prodest ad dolorem laterum, nephriticis,calculosis, uesicæ uitiis & colicis subuenit. Recipe Croci, Asparagi, Libystici,granorum solis, Saxifragæ ana dra. 16. & semis, Costi, Thuris, Myrrhæ, Casiæ, Betonicæ, Pulegii, Petroselini, Fœniculi, seminis Vrticæ, & Iuniperi ana drachm. 9. Nardi, Zingiberis, Laseris, Aristolochiæ longæ,

Dendrolibani, seminis marrubii, Cymini ana drach. 4. & semis, Euphorbii drach. 3. Leucopiperis drach. 2. seminis Rutæ, drach. 1. Mellis quod sufficit, dabis in modum auellanæ cum tepida.

MYSTERION MINVS ANODYNUM. Caput. 472.

QVod opitulatur nephriticis, & ad ulcera renum & uesicæ salutare est, nam statim dolorem tollit. Recipe croci drac. 27. Leucopiperis, Hyosciami, ana drac. 20. Opii drac. 10. Cucumeris domestici, apii, conii seminis, ana unc. 6. Amygdalarum amararum purgatarum, fœniculi ana drac. 3. Pyrethri, Euphorbii, petroselini, ana drach. 1. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum calida.

MAGNITES. Cap. 473.

QVod prodest ad capitis, pectoris, & stomachi dolores, & cardiacis subuenit. Recipe Folii, agarici ana drach. 10. Diagridii, aloes, Bdellii, Hyperici, casiæ, colocynthidos, Scillæ, polypodii, aristolochiæ lõgæ, Prasii, Epithymi ana dra. 8. Castorei, croci, Sagapeni, Ellebori nigri, amomi, leucopiperis, & melanopiperis, & macropiperis, petroselini, ana drac. 5. Cinnamomi, myrobalani, Opopanacis, ammoniaci, asari, Thymi, chamædryos, ana drach. 4. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ mane & sero cum tepida.

MAGNIFICVM MEDICANEN. Caput. 474.

A Multis expertum ad tremores capitis & totius corporis, conducit ad eos qui percussi sunt, in capite, & quibus ex aliquo humore lingua impeditur, & oculus torquetur, labium sub-

ducitur,& aliqua pars ex paralysi afficitur, quod genus est Cynicus Spasmus. Optimum est,& mentibus timidis,& ad exundationem saliuæ, & ad inflationē præcordiorum proficit,& mensibus imperat. Recipe cinnamomi,croci,nardi,costi, confitæ opopanacis,myrrhæ, melanopiperis, seminis rutæ agrestis, succi abrotani,ana drach.9. Dauci drach.4.& semis, moschi,balsami ana drach.1. Mellis quod sufficit,detur in modum fabæ Aegyptiacæ cum tepida.

Spasmus Cynicus.

MORENETII ANTIDOTVM.
Caput. 475.

ACcōmodatum est ad grauedinem capitis, & faucium affectionē, & rheuma quod de uua descendit,& tussim, Stomachi dolorem, inflationem,duritiem,& acidos ructus emendat. Sclirosin item hepatis & splenis soluit, tormina intestinorum & pleuriticos dolores assumptum statim sedat. Iliosis,nephriticis, calculosis & stranguriosis cō modat,mēstrua prouocat. Infantemq; mortuum expellit. Recipe Dauci drach.7. Carui, Ameos, Libystici,ana drach.1. Mellis quod sufficit. Dabis drach.3. cum tepida,

MARCELLI ANTIDOTVM NARcoticum. Caput. 476.

COnducēs ad immanissimos dolores capitis, amentes & uigilantes nephriticos, & mulieres quæ ex compressione matricis amentiā, & uigilias patiuntur magna admiratione consopit,& a labore imminenti eos momentanee liberat,& periculosis morbis, qui ex pinguibus, & glutinosis humoribus sunt orti. Non tamen nisi in capitali periculo exhiberi debet,quia quanuis in præsentia mitigare uideatur,in posterum tamē grauius offendit,nam

& coli dolorē una potione emendat. Recipe Hyoscyami, piperis albi drach. 20. Croci drach. 1. Mellis quod sufficit. dabis in modū auellanæ cum tepida.

ANNOTATIO.

MARCELLVS medicus latinus, qui non contemnendum ante annos plus minus mille ducentos scripsit opus medicum: quod nuper Ianus Cornarius chalcographis dedit excudendum.

MACROPIPERINON. Cap. 477.

OPtimum ad tusses, & imbecillitatem pectoris ex causa frigida, Stomachum calefacit, Nephriticis & colicis subuenit, Quotidianarios & Quartanarios typos sine mora soluit. Recipe Macropipeos drac. 40. Opucissæ drac. 16. Cinnamomi, Nardi, Thuris, myrrhæ, sulfuris uiui, asari, cardamomi, ana unc. 2. Croci, Opii ana drach. 10. Costi, corticis mandragoræ, aristolochiæ lōgæ, Euphorbii ana unc. 8. Sulfuris cocti drachm. 6. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum uino calido.

Opon cissū appellat succū hederæ, uel potius eius gummi. Incertū erat ex attritu characteris num unc. 8. aut drac. 8. essent legendæ.

MOBARIC. Cap. 478.

OPtimum ad dolorem & plenitudinē, & apostemata renum, uentositatem Hypochōdryorum & Iecinoris expellit, Tensionem in peritonæo, & pectine factam deponit, coli & uesicæ putredinem purgat. Recipe Saccari unc. 30. Diagridii, Turbith, ana drach. 20. Cinnamomi, leucopiperis, ana drac. 6. Nardi, zingiberis, pyrethri, apii ana drac. 6. uel. 5. Magicis macropiperis ana. 4. Salis gemmæ, rosarum ana drachm. 2. Mellis quod sufficit. datur in modum castaneæ cum tepida.

Halcyoniū Diosc. ptractat li. 5. ca. 90. Musa brasauolus conuincit hoc esse quā in pharmacopolijs appellamus spumā maris.

MEDICAMENTVM SIMPLEX. Cap. 479.

AD Alopeciam cum halcyonio usto, & ueteri oleo trito, locum perungens mirabiliter medeberis. Ad idem pollet si caprarum stercus,

& ungulas ipſarum combuſtas, & cum aceto ſolutas adhibueris.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 480.

VT capilli citius creſcant, libano cum murium ſtercore æquali pondere cum aceto utere, & illine, ſed antea loca nitro laua aut frica.

MEDICAMENTVM AD ALOPEciam. Caput. 481.

ET ut capilli generentur, ex cortice cepæ incenſæ, & cum melle mixta inunge, & ex Raphani cortice puluerem cum melle trito ſimiliter alline.

MEDICAMENTVM. Cap. 482.

AD Alopeciam, & ut capilli oriantur, ex cinere quercus uolenæ, ideſt nouellæ, cum pice liquida mixto perunge caput, & ſi ſæpius feceris, cito generabuntur capilli, ſimiliter ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida mixto, ſi ſæpius unxeris cito pullulabunt.

MEDICAMENTVM. Cap. 483.

AD diuturnam Alopeciam, & ad renaſcentes capillos. Ex Pyrethro trito cum felle uituli mixto ſæpius perunge, & ſtercus cati quem felem appellant cum aceto illitum idem præſtat, & Euphorbium tritum cum oleo frequenter illitum mire ſanat.

MEDICAMENTVM SIMPLEX. Caput. 484.

VT capilli non defluant, ſed alii naſcantur, ex apibus combuſtis, & oleo mixtis loca perunge, tamen obſerua ne faciem attingas, & gittus uſtulatus, & cum aqua illitus idem præſtat.

MEDICAMENTVM. Cap. 485.

AD tineam capitis compositum. Recipit adipis ursini, Adarces ana drac.8. Picis liquidæ, muris fimi, ana drach.3. Olei usti ex lucerna unc.1 .& semis, omnibus tritis & commixtis loca ante rasa perunge. Hoc si frequenter feceris etiam diuturnam curabis tineam.

MEDICANENTVM AD ALOpeciam. Caput. 486.

EX lacerta uiridi combusta mixta cum axungia ueteri & oleo unge caput tineosum.

MEDICAMENTVM. Cap. 487.

VT capilli in locis glabris nascantur, serpentẽ apprehende, & de capite, & cauda unc.3. aufer, & in cacabo nouo adure, & locis perunctis oleo aut melle super sparge puluerem.

MEDICAMENTVM. Caput. 488.

AD Alopeciam compositum, testudines uiuas super sarmenta incende, & cineres earum in cacabo nouo cum aluminis unc.3. et medullæ ceruinæ totidem, cum uino decoque & exinde Alopeciam frequenter frica.

MEDICAMENTVM AD TINEAM. Caput. 489.

REcipe Chalcucecaumeni, Sulfuris uiui, Asphodeli ana drac.2. commisce cum ouorum uitellis, & ex inde caput frica.

MEDICAMENTVM. Caput. 490.

VT capilli non excidant nec furfures in capite nascantur. Recipe Adianti, Gallæ Asianæ, Myrrhæ nigræ ana drac.2. Chalcanthi, Absinthii,

ſinthii, Arceuthidon, ideſt baccarũ iuniperi ana dra. 3. Hæc omnia trita in oleo diebus ſeptem infunde, & cola, & caput exinde frica.

MEDICAMENTVM. Cap. 491.

AD capillos deciduos, uel qui calui fiunt. Recipe Adipis urſini Polytrichi uſti, Labdani, olei Lentiſcini, Vini myrtini, æquali pondere, tamen Labdani paulo amplius aſſume ad ſpisſitudinem & inunge.

MEDICAMENTVM. Cap. 492.

AD eos qui calui fiunt ut capilli non effluant. Recipe Labdani, Olei myrtini, ana unc. 4. Artemiſiæ unc. 3. Adianti, Tapſiæ, adipis Vrſini ana unc. 1. Vini Italici cotylas. 3. Confice ſic, quæ tundenda ſunt, tunde uel tere, adipem Vrſinũ liquato, & cola, & ſic omnia cum uino, & oleo ſimul commiſce, & illud capiti affrica.

MEDICAMENTVM. Cap. 493.

AD capillos nigros faciendos. Recipe Gallas Aſianas, Acaciam, Stypteriam, Chalcãthum, Squammam ferri æquali pondere. Confice ſic. Per integrum diem in urinam pueri impubis infunde, & affunde olei cotylas duas, & in uaſe diu exagita, cumq; commixtum fuerit, caput unge.

MEDICAMENTVM. Cap. 494.

AD denigrandos capillos, Tenerrimi frondes Lentiſci, uel nigri acini Sambuci ſemotim in acri aceto contrita nocte uel die infundãtur, caput ter in die ungatur, expertum eſt. Hoc etiam terreſtres lumbrici in oleo contriti præſtant.

Scriptus liber in Olibo, uel Olibano legebat.

MEDICAMENTVM APORISTON. Caput. 495.

AD capillos denigrandos. Recipe Corticis pi uni uiridis unc.6.nucis uiridis unc.4.In uini nigri sextarium infunde, & ad tertiam deque, & sic adde olei myrtini sextarium unum, & repone, exinde per singulos dies utere, hoc enim confirmat capillos & nigrificat.

MEDICAMENTVM. Cap. 496.

AD rubros capillos faciendos, Amarorũ Lupinorum, & orientalis croci decoctione ter utere in die, nempe proderit si in balneo feceris.

MEDICAMENTVM ALIVD. Caput. 497.

Asbestũ Passim appellat Nicolaus calcem uiuã & non extinctam.

ASbesti drach.6. Lithargyri drachm.4. in aqua solue & tam diu agita quousq; ad mellis spissitudinem perueniat, & exinde caput unge, & post ex aqua decoctionis Bletarum caput laua.

MEDICAMETVM ERRINON. Caput. 498.

AD Hemicranei dolorem. Fac sic. Laser cum Bletæ purpureæ succo distemperatum, in narem eius partis quæ dolet immitte, statimq́; dolor cessat.

MEDICAMENTVM ERRHINON. Caput. 499.

AD capitis dolores. Confice in hunc modum, Ex succo hederæ cum aceto & oleo nares intus, & extra perunge, & statim dolor quiescit, hoc idem cymarum rutæ succus in narem immissus facit: ad idem porri sectilis succi cochlearia tria melli mixta auribus iniice.

ANNOTATIO.

ERRHINA sunt quæ naribus indita caput purgant: commodant etiam ueteri lippitudine oculorũ infestatis, faciunt & ad comitiali morbo apprehensos ducuntq; multam humiditatem Gal.li.2.De Cõpos.secundum loca.

MEDICAMENTVM. Cap. 500.

AD hemicranei dolorem, Laser cum lacte mulieris tritum tepefactum, & in aurem alterius partis immissum dolorem placat, succus alli cum pipere mixtus idem facit: quod etiam dentium dolorem mitigat.

MEDICAMENTVM. Cap. 501.

AD dolorem capitis, Hederæ folia mollissima trita cum Oxyrhodino fronti & temporibus impone, & miraberis. hoc idem terrestris hederæ succus cum Rosaceo mixtus, & fronti illitus facit. Chamæmelon cum oxyrhodino tritum & frõti inunctum idem præstat.

MEDICAMENTVM. Cap. 502.

AD eos qui ex febre capite dolent. Folia Hederæ.7.cum totidem nucleis persicorum tere & cum Oxyrhodino coque, & exinde caput line.

MEDICAMENTVM. Cap. 503.

AD eos qui in febribus ex nimio dolore capitis dormire nequeunt. Recipe olei uiolacei unc.4. Rosacei, Chamęmelini unc.2. succi mãdragoræ, Hyoscyami, lactucæ, conii, opii, ana unc.1. Ceræ quod sufficit. Confice sic, succos & herbas in oleo coque, & cola, & sic ceram immitte, postremo opium in uino infusum admisce & modicum bulli, & ab igne sublatum coagulari permitte, cumq; opus fuerit pulsus brachiorum, aut nares, siue frontem & tempora illine, statimq; cum magna admiratione quies conciliabitur.

MEDICAMENTVM ANACOLIzans. Cap. 504.

AD dolorem capitis & lachrymas stringēdas. Recipe Croci orientalis, Mastiches, Acaciæ, sanguinis Draconis ana drac.3.cum albumine oui collige, & fronti impone.

MEDICAMENTVM ANACOLIzans, Cap. 505.

AD supercilii dolorem, & lachymas stringendas. Pollinis hordei partes duæ, mastiches, & libani partes singulæ, puluerizatæ, & cum ammoniaci succo temperatæ, patientiq; loco inductæ certum remedium exhibent.

MEDICAMENTVM ALIVD ANAcolizans, Cap. 506.

REcipe Aridæ farinæ drach.3. Masticheș, croci, aloes ana drac.1.cum oui albumine & succo Strychni collige, & fronti illine.

MEDICAMENTVM, Cap. 507.

AD dolorem hemicranei, castoreum aut nitrū tritum cum oxyrhodino mixtum, & illitum placat: ad idem cornu ceruinum ustum, & in cinerem redactum oxyrhodinoq; infusum in fronte allitum dolorem tollit: ad idem Baccarum Lauri puluerem cum Rutæ uiridis foliis, & terrenis lumbricis, addito aceto acri tere, & bene commisce, & fronti impone.

MEDICAMENTVM, Cap. 508.

Hypochysis est suffusio & uulgo cataracta uocata.

AD amblyopiam, idest obtusam uisionem, hoc præsidio est, & ad imminentem hypochysin, lauri baccarum purgatarum drac.30.tere cū urina Pueri uirginis, & cum Gummi drach.2.inunge

oculos,& quibus cataracta descēdit:& ad idem chelidoniæ & Conyzæ succum cum melle inungas, & succus quidem Fœniculi bene facit,utiliterq; operantur hæc medicamenta,& non solum ad Amblyopias,& inchoantem Hypochysin:sed etiam dissipant & detergent antiquas ægritudines oculorum. Conyza quibusdā est herba pulicaria. Vide Diosc. lib. 3. cap. 127.

ANNOTATIO.

AMBLYOPIA est obscuritas uisus, uel quia spiritus crassescunt,uel tunicæ densantur, uel humores lenti fiunt.

MEDICAMENTVM. Cap. 509.

VT cataracta ab oculo auferatur citra ferrum. Recipe Violæ albæ foliorum, seminis Raphani hortensis ana unc.1. Ammoniaci dra. 4.Istorum puluerem balsamo optimo commisce,& confectum medicamentum mane, & sero oculo insere,non ambige quin mirabiliter subueniat. Ad idē stercus corui,aut fel mixtum cum melle sine fimo in oculo super maculas impositum ocyus persanat.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI non uident. Cap. 510.

PVllos hirundinis cum aqua cuprina in nidis suis excecabis, signabisq; ut cognoscas, & post tres dies cum uiderint præcides earū capita ficulneo cultello, quem repones in ficu, capita uero incende, & puluerem factum cum balsamo in oculum instillabis,& uisum restituet. Ad idem peucedani succus cum succo fœniculi, & Lycio tritus, oculoq; immissus sanitatem sine dubio restituit,morgellinæ agrestis succus de tertio in tertiū diem oculo iniectus idem præstat, & etiam panum in eo factum consumit.

MEDICAMENTVM AD CALIGInem oculorum. Cap. 511.

R Ecipe herbæ chelidoniæ, ſucci fœniculi uiri-dis ana unc. 1. fellis uulturis, floris rutæ agre-ſtis ana cochlearia. 2. Opobalſami ſcrup. 2. Hæc omnia commiſce in mellis Attici, drac. 2. utere ſimul & eodem modo uſurpa. Ad idem, Fel uultu-ris cum ſucco porri commixto melle claritatem oculis præſtat.

MEDICAMENTVM. Cap. 512.

a D tumorem, & calorem, & ſanguinem oculo-rum. Morgellina domeſtica trita cum albumi-ne oui impoſita mire prodeſt. Ad idem Cy-noglosſæ ſuccus in oculos immiſſus, & herba trita, & ſuper oculos impoſita rite medetur. Ad idem herba Verbena cum albumine oui trita, & ſuper ocu-los impoſita eximie conducit.

MEDICAMENTVM AD SANGVI-nem oculorum. Cap. 513.

a Bſinthium uiride tritum cum albumine oui nocte ſuperpoſitum ſanat.

MEDICAMENTVM. Cap. 514.

a D tumorem oculorum, & dolorem, & calidi-tatem, Herbam uiolariam, cymas rubi, fo-lia papaueris, cymas tenerrimas Saluiæ cum oleo Roſaceo, & ſuper oculos impone, mirabiliter iuuat. Ad idem mali granati ſuccum cum melle in uaſe æneo ſiue ſtagnato coque, & ibidem dimiſſo cum opus fuerit utere. Ad idem, ſemina malorũ Cy-doniorum in aqua Roſacea infunde nocte, & die, & cum uolueris de ſucco in oculum iniice. Ad idem. Lycium in rhodoſtomate ſolutũ & guttatim in ocu-los inſtillatum dormitionis hora belle prodeſt.

MEDICAMENTVM. Cap. 515.

a AD pruritum oculorum, & ad sanguinem, & ad clarificandum uisum, Radicis Fœniculi corticis rutæ, Basilici, Cymarum Rubi & Lauri ana manipulum 1. Rosarum drac. 4. tere & coque in uase æneo cum optimo uino albo, & ibidem dimisso, cum uolueris iniice & ablue. Ad idem, succũ Rutę, cymini puluerem, cum albumine oui tempera, & superimpone, expertum enim est. Ad idem, Lac mulieris cum oui uitello, & oleo Rosaceo superim positũ mitigat, & digerit satis igneas oculorũ phleg monas, Crocus cum mica panis & uitello ouorum idem præstat. Ad idem Rosarum siccarum drach. 4. Croci drac. 2. Opii drach. 1. cum sapa in qua Melilotum fuerit coctum collige, & utere.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM aurium. Caput. 516.

YSculos idest terrestres uermes longos, amfauillas, idest uermiculos latos aut araneos in oleo coque, & exprime, & auribus tepidum infunde, & suffumiga sacculo torrefacto inde repleto. Ad idem, Rutæ cymas, & Cyminum tere, & cum lacte mulieris misce, & cola, & succum inde exprime, tepidum auribus instilla.

Ysculos appellat quos uulgus niscu los, & erudi ti oniscules uocant, de quibus supe rius egimus cap. 378.

MEDICAMENTVM. Cap. 517.

a AD dolorem, & ulcera, & ueteres passiones aurium. Croci drac. 2. Castorei, Aloes, Myrrhæ. Lycii Indici, ana drach. 1. simul tere, & cũ melle collige, & resolutum cum oleo Roseo & passo auribus instilla, & desuper lanam succidã aut purpuram inuolue.

MEDICAMENTVM. Cap. 518.

a AD aurium dolorem, & uentositatem, & surditatem, cepullam albam, & Allii bulbulos simul tere & exprime, & de succo cum opus fuerit auribus instilla.

MEDICAMENTVM. Cap. 519.

AD dolorem aurium & Emphraxim in sacrũ, Aphronitrũ ammixtũ melli, & aceto tepidũ tẽpore doloris auribus iniice. Ad idẽ, fel taurinum, ouinum oleo commixtum dolenti auri instilletur, melius autem si Amygdalinum sit. porri succus per se aut cum melle mixtus auribus tepidus instillatus hoc idem præstat.

MEDICAMENTVM. Cap. 520.

AD nimiam constipationem & dolorẽ, fel caprinum cum succo porri tepefactum auribus iniice.

MEDICAMENTVM. Cap. 521.

AD aurium dolorẽ ex caliditate, Albumẽ oui tepefactum, & immissum dolorẽ sedat, Lac mulieris cũ Opio, & Croco tritũ, & auribus immissum idem præstat, & succus Perdiciados per se, aut oleo rosaceo mixtus siue aceto auxilio est, maxime ad ignitas, & ardentes distemperantias. similiter succus Strychni, & Coriandri, aut asphodeli magnifice iuuant.

Perdicium Plinius lib. 21. cap. 30 Parthenium uel muralũ facit, & nasci in hortorum sepibus flore albo, odore mali, sapore amaro.

MEDICAMENTVM. Cap. 522.

AD dolorem, & calorem, & tumorem auriũ, Rasura cucurbitæ cũ oleo rosaceo enclymatizata sanat. Lycium & Opium cum lacte mulieris commixtum, & in aurem immissum nimium ardentes phlegmonas, & dolores mitigat. Similiter autem, & Castoreum ex æquo cum opio mixtũ, & cum sapa tritum, & in aurem immissum nimios dolores paragorizat, si tamen Opium uetus fuerit.

MEDICAMENTVM. Cap. 523.

AD dolorem aurium siue uehementi calore, Adipis Anserini, aut gallinacei, partes .2. olei

Amygdalini ex amaris amygdalis expressi partem 1. simul misce & tepefactum auribus instilla, præuaporatis partibus spongiis calidissimis ex aqua calida expressis, atque alternatim appositis, & postquã instillaueris iterum competenter ut supra uaporabis, molliq; lana patientia loca fouebis, & oportet ægrotum inani masticatione os mouere, & sic medicamentum in aures assumere.

MEDICAMENTVM. Cap. 524.

AD tinnitus & obstructionem aurium, & ad difficiles auditus, & initia surditatis, Nitrum, Aphronitrum æquali pondere commisce, & aceto acri & oleo ueteri tepefactum auribus infunde. Oleum Raphaninum cum aceto acri mixtum, & auribus infusum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD TINNItum aurium. Cap. 525.

NItri scrup. 16. Croci scrup. 4. Ellebori albi scrup. 2. tere, & in puluerem redige, & inde quantum opus fuerit cum aceto solue, & tepidum in aurem infunde. Castoreum & Conii semẽ cum aceto æquali pondere solutum & tepidum in aurem immissum idem pollet.

MEDICAMENTVM. Cap. 526.

AD diuturnos sonitus, Euphorbium cũ oleo Cyprino tritum & calefactum in aurem immissum singulare præsidium est.

MEDICAMENTVM. Cap. 527.

AD eos qui ex ægritudine tinnitum patiuntur. Principio autem coctione absinthii fomenta, & sic acetum, & oleum roseum, aut Elleborum nigrum cum aceto iniice.

MEDICAMENTVM AD SVRDItatem aurium. Cap. 528.

ELaterii unc. i. cum lacte mulieris quæ masculũ lactat infantem solue, & tepefactũ in sole aut aqua calida auribus iniice, & calidam insuper patiens in ore teneat, fel quoq; taurinum cum lacte mulieris solutũ & in aurẽ immissum idem præstat.

MEDICAMENTVM. Cap. 529.

a D difficiles auditus & surditates, ellebori albi aphronitri ana drach. i. Castorei scrup. i. & dimidium cum aceto acri sufficienti collige, & in aurem immitte.

MEDICAMENTVM. Cap. 530.

a D difficiles auditus ex ægritudine conflatos, Fel leporinum cum lacte mulieris, & melle solutum, & tepefactum, auribusq; immissum peculiare remedium est.

MEDICAMENTVM. Cap. 531.

a D eos qui grauiter audiunt, & surdi sunt, Elleborum nigrum, & castoreum ex æquo cum aceto tritum, & auribus immissum satis iuuat, succus Hederæ cum nitro confectus, & auribus immissus par beneficium præstat.

MEDICAMENTVM AD GRAVEDINEM, & surditatem aurium. Cap 532.

FEl ueruecinum cum pari portione butyri mixtum, & auribus immissum mirabile est.

MEDICAMENTVM AD EOS QVIbus auditus subito auferri uidetur. Caput. 533.

PVluis nitri cum aceto mixtus auribusq; immissus optimus est. Quin etiam ex eo & oleo roseo, & uino posteriora capitis inungantur.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI grauiter audiunt, & doloris expertes sunt. Caput. 534.

PVluis radicis Ellebori nigri cum aceto & melle mixtus, & auribus immissus mirabiliter operatur.

MEDICAMENTVM AD SVRDITAtem aurium & Emphraxim factam. Caput. 535.

PVluis peucedani, & opium ex æquo oleo Amygdalino siue Irino mixtus, & auri immissus prodigiose auxiliatur.

MEDICAMENTVM AD TINNITVM & surditatem aurium. Cap. 536.

HErbam, quæ dicitur Terebuncula, in uino forti ad medietatem decoque, & per tres uices hoc uino caput ablue, eadem ipsa herba caput fascia, & tertia uice patientem ad balneum adducito, & in utrasq; aures digitis immissis ciminilia noue aquæ calidæ capitis patienti infunde, & sic subito digiti de auribus eximantur. Ad idē, Artemisiā tere & succum eius aceto commisce, & inde caput foue, & ipsa herba trita caput fasciatur ad idem institutū.

MEDICAMENTVM AD VLCERA ET Apostemata aurium. Cap. 537.

STypteriam scisfilem cum aceto tere donec mellis spissitudinem habeat, & tepidum cum lana molli in aurem immitte. Ad idem Lycium, &

Meconem æqualiter cum melle contunde, & in aurem impone.

MEDICAMENTVM AD DIVTVRna ulcera. Caput. 538.

CEdria cum melle mixta, & in aurem immissa pari modo auxiliatur. Ad idem. Absinthium maritimum cum melle tere & utere, ad uotũ ulcera purgat. Thus solutum cum uino idẽ præstat.

MEDICAMENTVM AD AVRES PVtulentas fluentes, & penitus humentes. Caput. 539.

ALuminis scissi drach. 1. & semis, myrrhæ, croci, ana drac. 1. tere & in puluerem redige, & de puluere quantum sufficit, cum uino austero aut aceto collige, & in aurem iniice.

MEDICAMENTVM AD ANTIQVVM Vulnus, & fœtorem, & dolorem aurium. Caput. 540.

NVcum uiridium nucleos oleo immitte, quos in diebus Canicularibus aliquandiu insolabis, cumq́; opus fuerit, tepidum in aurem immittas præfatum oleum.

ANNOTATIO.

INSOLARE græce ἡλιάζεσθαι & ἀληθερεῖν exponere soli significat. Columel. lib. 5. Vuæ commodius insolatæ percoquuntur. Gal. lib. 2. Salubrium calefiunt corpora nostra balneis, & cum insolamur.

MEDICAMENTVM AD VERMES aurium. Caput. 541.

CAlaminthes succus auribus immissus uermes necat, & dolorem amputando mitigat, succus capparis, succus Centaureæ, similiter &

ſcammonium maceratum in aceto, aut ſucco Abſinthii auri inditum uermes occidit.

MEDICAMENTVM QVOD SANguinem ex auribus effluentem diſcutit. Caput. 542.

RVbus & Gallia Aſiana cum aceto cocta, & apozema eorum in aurem immiſſum ſingulare præſidium eſt. Ad hanc formam pertinet ſuccus perdiciados tepidus in aurem iniectus. Cęterum ut Thrombus ſanguinis in aure non fiat, porri ſuccus cum aceto mixtus, & auribus immiſſus par beneficium præſtat.

MEDICAMENTVM AD PAROTIDAS & Diaphoreſin faciendam. Cap. 543.

HIbiſcum cum fermento confectum, & impoſitum mire facit, Radices Lilii domeſtici ablutæ, & in aqua elixæ, cum axungia tritæ & impoſitæ iiſdem uitiis obſiſtunt.

MEDICAMENTVM AD DVRITIEM Parotidum ſoluendam, & ad Diaphoreſin faciendam. Cap. 544.

CAricas, adipem porcinum, Lapathi radices ſimul tere, cum aqua decoctionis Fœni græci, aut herbæ Chamæmeli, uel cum Viſci radice tempera, & tepidum impone. Idem ualet farina triticea, & Lapathi radices in Hydræleo coctæ, & axungia porcina tepida indita.

MEDICAMENTVM AD PAROTIDAS Quibus nimius calor increuit. Cap. 545.

REcipe Ceræ unc. 4. Olei Roſei unc. 3. Adipis porcini unc. 2. Lithargyri & mellis ana unc. 1. Croci ſcrup. 4. ſucci lini ſeminis quod ſufficit,

ad idem farinæ fabæ unc.4. Olei Chamæmelini, & Rosacei ana unc.2. & semis, Ceræ unciam dimidiā, ouorum uitellos numero septem confice & utere.

MEDICAMENTVM AD MOLLEM tumorem parotidum ex pituita. Caput. 546.

Cimoliæ terræ.

RECipiuntur cretæ partes duæ Cimoliæ, sulfuris uiui ana pars 1. Salis modicum simul cū aceto teruntur & illinuntur. Cæterū calx uiua nouies abluta, & similiter illita inflammatos tumores digerit. Item orobus cataplasmatus cū melle siue mulsa idem præstat.

MEDICAMENTVM AD MATVrandum Apostema. Cap. 547.

a Dipem porcinū, Resinam Terebinthinam in aquam mulsam immitte, & solue, cumq; bullire cœperint, pollines triticeos adde, & in lintheum inductum, partibus præuaporatis cū spongia impone. Ad idem prodest Hibiscus, & Fœnum græcum decoctum cum Oxelæo & impositum. Allium & nitrum cum melle tritum, & impositum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 548.

EBuli folia contusa cū pane molli infuso in uino, & imposita omnes tumores soluunt. Huc faciunt pollines hordei cum succo foliorū sambuci, & Ebuli temperati, & sæpius illiti tumores sedant, & si scabies aliqua innata fuerit, sanant. Proxime laudantur caules ueteres triti, & exiccati cū butyro, quos, coque, & sæpius impone. Præterea radix Filicis in aqua, & in mortario præter lignum internum trita, & iterum lacte uaccino cocta & imposita prodest insigniter.

MEDICAMENTVM APERIENS EMphraxim cum ad duritiem tum ad tumorem efficax. Cap. 549.

FAba frixa ſine ſale, & uua paſſa enucleata, & cum melle mixta, & impoſita digerit & mollit. Præcipua ſunt ficus Siccæ, & ſtercus colũbinum ſimul trita, & cum farina hordei mixta, & in aceto recocta, & alutæ inducta.

NEDICAMENTVM AD RVMPENdum Apoſtema. Cap. 550.

REcipe Nitrum cum Sapone Gallico, & ad ſpisſitudinem perçoque mirabiliter operatur.

ANNOTATIO.

SAPONE Gallico utitur Aetius ad pſoras lib. 13. cap. 126. Eſt enim ſapo Gallicũ inuentũ rutilandis capillis ex ſeuo, & cinere optimus fagino, & carpino, duobus modis ſpiſſus & liquidus, uterq; apud Germanos maiore in uſu uiris quã mulieribus. Plinius li. 28. cap. 12. Veneti hodie calcem, ſal, & oleum addunt. Liquidus ſeptentrionalibus Germanis magis in uſu eſt.

MEDICAMENTVM AD PENVCLAS aperiendas & ſanandas. Cap. 551.

NAſturtium cum fermento coctũ, & impoſitum penuclam medicatur. Ad idem fel tauri indomiti ſæpius impoſitum idem præſtat: purgat & infixa diſcutit.

MEDICAMENTVM AD POLYPOS Narium. Caput. 552.

REcipe Aluminis ſciſsi, myrrhæ, ſandarace, ana unc. 4. Æris uſti, Gallę ana drac. 1. diligenter trita calamo in ſufflabis, prælotis tamen naribus bono uino optime curabitur Polypus, emplaſtrabisq; diapipeos reſolutũ cũ acidi maligranati ſucco.

MEDICAMENTVM AD POLYPOS Narium. Caput. 553.

Luminis scissi unc.3. Floris æris, æris usti ana
a unc.2. cum aceto diligentissime tere, & in pyxidem æream reconde, & uirga ærea ad solē usq; dum exiccet agita, deinde in mortario diligenter tere, post hæc in uase fictili adserua, cumq; uti uolueris, puluerem calamo subtili excipe, naribusq; insuffla: coctum etiam in puluerem redactum, & naribus immissum bene facit, & cum melle mixtum, & penna illitum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM narium restringendum. Cap. 554.

Gypsum cum aceto forti solue aut Argillā, & frontem aut nares inde illine, & testiculos in aceto acri patiens contineat. Ad idem gesente ra, idest lumbricos terrestres, commixta Thuris Mānæ cum oui albumine tenui contere, & fronti naribusq; impone. Ad idem, spongiam nouam pice liquida maceratam, cacabo nouo include, & addito coopertorio, argilla obtura, & in furno cōbure, deinde diligenter tere, & naribus calamo insuffla: fabæ, nigellæ uetustæ incensę puluis naribus iniectis idē præstat. Fibrum, & Phasiolum incensum, & in puluerem redactū naribus immitte: mirabiliter enim operatur.

ANNOTATIO.

FIBRVM puto Nicolaum castoreum appellare Fibri uidelicet testiculū, & phasiolum quem Dioscor. lib.2. ca.99. phaselum nominat.

MEDICAMENTVM AD PROFLVuium narium. Cap. 555.

Nguriæ pelliculæ cinis tritus, & naribus indi
a tus optimus est. Ad idem ranæ rubetæ puluerem super carbones appone, cuius fumum

patiens

patiens in aures ſuſcipiat, ita ut de ſanguine aliquantulum ibidem fluat, expertisſimum eſt.

MEDICAMENTVM AD DENTIVM dolorem. Caput. 556.

STaphidis agriæ, maſtiches, pyrethri æquale põdus tere, & modicum Ceræ admiſce, & in uino diligenter contunde, & rotulas inde finge, quas ad maſticandum dabis, inclinato capite, & humorẽ pituitoſum trahent. Ad idem, Leberidem, ideſt ſpolium ſerpentis incende, & cum oleo ad mellis ſpiſſitudinem contere, & utere, & ſi cauus fuerit, & intromittatur, iuuat. Origanum cum nitro tritum, & gingiuis ſuperſparſum ſtatim dolorem mitigat. *Leberis.*

MEDICAMENTVM AD DOLOrem dentium ut ſtatim dolor mitigetur. Cap. 557.

ALlii bulbos numero. 5. Libani, arſenici ana obolos 3. Myrrhę articulos 2. ſigillatim omnia tere, poſtea ſimul in nouã ollã impone, & deſuper aceti heminam affunde, & lento igne agitando ad tertiam decoque, & tepido utere per multas horas donec dolor deficiat. Ad idem Hyoſcyami ſucci unc. 4. Stypteriæ Schiſti, Piperis ana drac. 4. Pyretri drachm. 2. cum aceto coque, & in ore tenendum exhibe.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM dẽtium, & gingiuas comeſas, & tineas, & uulnera oris. Cap. 558.

Sidiam author uel potius translator more ſuo dixit pro pſidijs. i. malorũ granatorũ corticibus.

CApparis radicũ, foliorũ oliuæ, pyrethri, Gallæ, myrobalani, Sidiæ corticis põdera æqualia tere, & cum aceto ad tertiam decoque, & exinde totum os lauetur. Ad idem, Acetum in quo

decoctus fuerit cortex mori celsi, cum uiginti septē granis piperis, quod decoctum, tepidum in ore retentum dolorem dentium mitigat. Ad idem. Oleum in quo bullierit calamenthum, ruta, & radix hyoscyami tepidum in ore tentum mire prodest.

MEDICAMENTVM AD DOLOrem dentium. Cap. 559.

SVccus hederæ terrestris in aurem immissus in ea parte qua dolet statim dolorem mitigat. Ad idem Senationis succus in aurem immissus eiusdem partis mirabiliter tollit dolorem. Ad idem succus herbæ calendulæ ꝑ nares eius partis quæ dolet attractus, dentes putridos excutit, & dolorem sedat.

MEDICAMENTVM PHYSICVM AD dolorem dentium. Cap. 560.

CAricas & sinapi tere, & panno inductum cubito alterius partis impone.

MEDICAMENTVM PHYSICVM AD dolorem dentium. Cap. 561.

ALlium tritum, & in pulsibus circa manus eiusdem partis quæ dolet ligatum statim dolorem sedat, succus allii cum pipere tritus in aurem alterius partis immissus mirabiliter sedat cruciatum.

MEDICAMENTVM AD PENDVlam uuam. Caput. 562.

SVcci corticis nucis unc. 3. cum mellis unc. 1. ad spisitudinem coque, & cum aceto gargarizandum exhibe, sapa in qua decoctæ sunt gallæ asianæ, cortices cydonii, & balaustiorum gargarizata, uuam cadentem sublcuat. Ad idem succus betonicæ ex aceto coctæ & colatæ calidus gargarizatus optimus.

MEDICAMENTVM OPOCARYON.
Caput. 563.

AD humores digerendos, & præfocationes iuxta antiadas faucium. Conficitur sic. Nucũ uiridium corticis succum per linteolum cola, & lento igne ad tertiam efferuefacito, postquam infrigidatus fuerit in mortarium marmoreum infunde, & tantundem mellis despumati admisce deinde croci, myrrhæ succi hypocisthidos dimidiam partem immitte & utere.

Opocaryon appellatur eo quod conficitur ex succo corticum iuglandum, quæ græcis uocantur Carya.

MEDICAMENTVM CROCAtum. Caput. 564.

HOc competit eximie ad feruidos tumores faucium siue rubicundos. Rosæ floris, crociana scrup. 2. nucleos pini 7. Vuæ passæ enucleatæ grana numero 9. cum modico passo & melle despumato tere & alline. Ad idem succus Hypocisthidos cum aluminis drach. 1. in aceto teratur, & inde cum penna fauces, & uua illinantur, desiccat, & subleuat & amputat calorem.

Escharam. i. crustam ulceris adnotauit Genuẽsis nõnullos, fortassis barbaros, appellare Scarã.

MEDICAMENTVM AD PVTREDINEM faucium & scaras. Cap. 564.

FImum caninum album collige, indeq; patientia loca illine. Græcum album ita comparetur. Canis in diebus canicularibus sub custodia teneatur per biduum, ut nihil manducet. Et per nouem dies nutriatur solis ossibus uaccinis, nono uero die, id quod egerit colligatur, & secundum superius scriptam doctrinam condatur.

Albi Græci ueri præparatio.

MEDICAMENTVM. AD MVLtiiuga uulnera faucium nigra uel alba. Caput. 567.

Recipe balaustiorum, corticum granati sicco-rum ana drac.4.aluminis scissi,mastiches ana drac.1.tere & in puluerem redige,& cum de coctione Croci collige,cumq; opus fuerit locis do lentibus illine.

MEDICAMENTVM. Cap. 567.

Dia ton chelidon.

AD Synanchen & faucium dolorem ac tumo rem, quod dicitur diatōchelidō. Recipe cro ci scrup.2.hirundinū agrestiū exustarum, spi cæ indicæ, myrrhæ ana scrup.1.mellis despumati quod sufficit.Confice sic,& utere ubi tumores sunt, oportet pullos hirundinū paruos aqua aspergere, & in ollam fictilem & crudam immittere,& sic coo-pertos exurere.Ad idem fœnugræci, tritici seminis æquale pondus cū aqua mulsa coque,& ex hac dia-moron gargarizet,& si ualet deglutiat.Ad idem ster cus anserinum cum axungia porcina in sartagine sol ue, & tepefactum quinquies in die gutturi, & col-lo impone.

MEDICAMENTVM. Cap. 568.

AD dolorem,& tumorem ceruicis, & guttu-ris,ex synanche factum,seu ad aliorum mem-brorū dolorem,& tumorem undecunque fue-rit exortus.Recipe ceræ,olei ueteris ana lib.2.bacca rum lauri maturarum lib.1.saturegię tenerrimæ in so le siccatæ, cymini foliorum,rutæ uiridis, herbæ uer-benæ cum radice sua ana unc.6.Confectura est hæc. Saturegiā,rutam,baccas lauri, cyminum separatim diligenter in pila tere, & in uinum diebus tribus in-funde,ita ut omnes species in uino contegi possint, deinde coque, cumq; cocta fuerint,herbam uerbe-nam oleo infusam cum ipso oleo cum aliis commit te,& iterum coque, donec tota uis humoris exco-quatur, postea cola, colatoq; oleo ceram adiunge,

cumq; resolutum fuerit ab igne subleua, & ad omnia supra scripta utere.

MEDICAMENTVM. Cap. 569.

AD tumorem, & dolorem Synanches, & alios qui in gutture, & ceruice fieri solent dolores. Recipe Baccarum Lauri, Cymini, Pulegii, ana unc. 1. Calcis uiuæ cochlearium 1. tere & in puluerem redige, & cum melle collige, & locis dolentibus superpone, & cum stuppa cooperi. Ad idem, ferulæ incensæ puluis dolentibus locis melle perunctis superspar sus, & ferulæ ipsius reliquiæ superligatæ idem præstant.

MEDICAMENTVM AD MALAM PVstulam linguæ, uel alicuius alterius loci. Cap. 570.

LEberides idest exuuias serpentis incensas cum melle collige, & impone. Ad idem, Steleam, idest scorpium cum oleo in sartagine decoq3, & ex oleo ipso perunge, expertissimum est.

MEDICAMENTVM AD TVMOREM & calorem faciei seu alterius membri. Cap. 571.

ALoes hepaticæ drac. 2. cum oui albumine ad spissitudinem tere, & penna perunge, & cum exaruerit bis aut ter hoc est repetendum. Ad idem cucurbitæ carnes aut Citruli cum Aloe tritæ & illitæ miraculo simile operantur. Ad idem, folia capparis trita, atq3 cum oleo rosaceo mixta & peruncta, idem pollent. Ad idem, Aloe cum uino albo & succo fœniculi trita & illita tumorem tollit & refrigerat. Ad idem succus tenerrimarum frondium Harmoraciæ sæpius illitus tumorem deponit, & frondes eius tritæ & impositæ idem præstant. Ad idem succus mẽthæ cum aceto & in farina coctus & illitus mirabiliter tumorem sedat.

Armoraciã agrestẽ raphanũ Dioscor. li. 2 ca. 104. appellat, & habet folia satiuæ similia, radicem gracilem &c.

MEDICAMENTVM AD DEALBANdas cicatrices nigras. Cap. 572

SEuum asininum cum felle hirci aut tauri calidũ factum, additis croco, myrrha, & melle, sæpius impositum nigredinem tollit: ad idem. Recipe fellis hircini aut tauri drac. 15. nitri drac. 12. alcyonii, Staphidis agriæ, sulfuris uiui, nitri albi ana dra. 3. quæ terenda sunt in puluerem redige, & cum felle tempera, & inde nigras cicatrices illine.

MEDICAMENTVM AD CICATRICEM dealbandam seu subtiliandam. Cap. 573.

PVlueris plumbi usti drac. 8. Libani, masticheſ, myrrhæ ana drach. 1. tere & in puluerem redige, & cum oleo, & aceto confice, & illitum frondi hederæ super cicatricem impone.

MEDICAMENTVM AD NIMIVM rubeam Caput. 574.

SAnguinem draconis cum aceto tere & unge ter in die. nidus hirundinis incensus, & tritus cũ aceto, sæpius illitus idem præstat. Ad idem canabis seminis, tartari, ana drach. 4. cum aceto, & oleo rosaceo sufficienti tere, & illine.

MEDICAMENTVM AD TVMORES & rhagades faciei. Caput. 575.

REcipe spume argenti unc. 3. mastiches cyathos 3. Rosarũ, seminis hyoscyami, olei myrtini ana unc. 2. Confice sic, terenda in puluerẽ redige, & cum oleo in mortario diligenter tere, ac commisce, & cum opus fuerit utere. Ad idem thuris, & orobi æquales partes tritæ, & cum albumine oui mixte & illitæ idem præstant.

MEDICAMENTVM. Cap. 576.

Ephelides quæ. AD lentigines faciei, & baraulos, & ad ephelides, idest adustiones ex sole æstiuo factos. Scillæ succi, iari, cucumeris syluatici radicis

succi ana drach.2.nucis nouellæ corticis succi,gummi hederæ,ana drach.4.confice cum aceto, & uesperi loca perunge,& mane sapone rursus absterge.

ANNOTATIO.

BARAVLI uel baruli sunt pustulæ faciei præcipue iuuenum,ita Manardus li.7.Episto.2.inquit,fit in facie à crasso humore tumor exiguus,& durus uocatus ionthos.Celsus uaros nominat.Hæc tubercula uel resoluũtur,uel exiguo ingenito pure maturãtur.

IARON Nicolaus uocat quam Diosco.Arum appellat lib.2.cap.157.

CVCVMEREM syluaticum uocare Nicolaũ arbitror cucumerem syluestrem, unde fit Elaterium.

MEDICAMENTVM AD LENTIginem faciei ,& ad liuorem extergendum. Cap.577.

Recipe cimoliæ un.2.saponis un.1.aceti quod sufficit,omnia simul misce & utere. Ad idem, galbanum &nitrũ ęquis ponderibus ex aceto ad mellis spissitudinem tere & illine,& mane faciem laua. Ad idem,puluis radicis cucumeris agrestis cum aqua mixtus & illitus per triduum mire prodest , ita tamen ut medicamen aqua frigida omni mane de facie abluatur . Ad idem,puluerem cyperi cum butyro caprino misce,& faciẽ illine. Ad idem marruzę quæ in herba uel arbore hærent tritæ & uesperi illitæ , & mane de facie ablutæ mire faciunt. *Marruzæ sunt limaces.*

MEDICAMENTVM AD LENTIgines & sugillata quæ in facie oboriuntur. Cap.578.

OVA integra in acerrimo aceto infunde & tã diu ibidẽ dimitte,donec apala fiant: pulueris sinapis unc.4.cum ipsis diu terendo cõmisce,

& inde sordida loca unge, & mane faciem laua, hoc sæpius fac & miraberis. Ad idē, gūmi hederæ emollitum faciei illitum, & post tertium diem aqua tepida ablutum idem operatur.

ANNOTATIO.

APALA oua sunt tenera uel mollia oua. Translator more suo uelut stellulam Græcam uoculam interpretationi suæ addere uoluit.

MEDICAMENTVM AD NIGREDInem faciei & totius corporis. Caput. 579.

Lixiuia aqua.

LVpinos in aqua lixiuia infunde, & coque ut purgari possint, & excoriatos ad mellis crassitudinem tere, inde bis in die & nocte loca perunge.

MEDICAMENTVM AD NIGRAS CIcatrices faciei, & totius corporis dealbandas. Caput. 580.

REcipe Crystalli, asbesti, albę uerę sicidis, mastiches, amyli, psimmithii, succi Bryoniæ ana drac. 1. Seui porcini albissimi, ceræ albæ, olei rosacei ana drach. 3. Conficitur sic. Seuum & ceram lento igne solue, & sic puluerem specierum commisce, & repone, cumq; opus fuerit supra cicatricē nigram illine, si autem induratum fuerit, exinde quantum tibi necesse fuerit decerpas, & cum oleo rosaceo tempera & sic utere.

ANNOTATIO.

ALBAM Sicida ueram coniectura ducor Nicolaum intelligere cucumerem satiuum. Cuius carnem ferè præstare posse tradit Diosc. lib. 2. cap. 124. quæ Nicolaus ei tribuit.

MEDICAMENTVM AD OMNEM sordiciem faciei, & lentigines, & morpheam. Cap. 581.

REcipe mellis albisſimi libr.2. ſucci cyclamini unc.2. ſucci radicis uiticellæ purgatæ, & radicis iari & cucurbitini radicis ſicidis ſucci, & fœniculi ana unc.1. farinæ fabæ nigellæ, ſinapis, tartari ana drach.2. Nitri dulcis & ſalſi, ſalis gemmę, umbilici marini, Corallii rubei & albi ana drach.2. Conſice ſic. Succos cum melle, & ſinapi, & fabæ, & nitri, & tartari puluerem ſimul miſce, & in uas ſtagnatum immitte, & in ſole diebus canicularibus uiginti ſuſpende, & inde ſublato puluerem cæterarum ſpecierum ammiſce, itemq; ad ſolem decem diebus dimitte, & repone, & uſu expetente locis patientibus inunge, æſtate ab hora tertia, uſq; ad nonam, mox faciem ſapone, aut pane infuſo in aqua ablue, hyeme uero in balneo, donec admodum ſudet, & ſic ablue, cutem ſubtiliat, ſordida extergit, & colorem uiuidũ reddit.

Viticella uiticulam eſſe cõijcio, quæ eſt Bryonia apud Dioſc. li.4.c.176.

ANNOTATIO.

CVCVRBITINVM aliquis adpoſuit pro expoſitione Viticellæ. Tranſcriptores uero contextui uerborum adiunxerunt. Eſt enim cucurbitinus bryonia ut teſtatur Siluaticus.

MEDICAMENTVM AD FACIEM lucidam reddendam. Cap. 582.

ALbumen ſubtilisſimum oui, cum aqua roſacea, & camphora ſufficienti, tempera, & inde faciem ſubtiliter inunge. Sapo Gallicus rubeus & præparatus idem præſtat, ſi de eo facies abluatur, præparatur autem ſic. De eo facti magdaliunculi in ſacculum mittantur, & deſuper bis, & ter aqua calidisſima fundatur, & cum perfluxerit aqua in pyxide condatur, & cum opus fuerit utitor.

MEDICAMENTVM AD FACIEM COLORANDAM, & claram faciendam & rubram. Caput. 583.

CIceris rubri farinæ, & farinæ nigellæ, Lupini amari mundati, Bryoniæ in rotulas diuisæ & siccatæ, pulueris radicis uiticellæ, phasioli farinæ, æqualia pondera misce, cumq; uolueris faciem colorare parum de puluere cū aqua in uola manus impone, & sic faciem frica, postea ex aqua faciem laua, hoc enim rubram, & lucidam faciem reddit, & glabrum facit. Ad idem uiticellæ farina cum farina lupini sola idem præstat.

MEDICAMENTVM. Cap. 584.

AD uitia oris, & narium, & aurium uulnera expurganda, & oculorum caliginem discutiendam, croci, myrrhæ, aluminis scissi æqualia pondera in puluerem redacta fiunt ad mellis crassitudinem, ad supra scripta utere.

MEDICAMENTVM AD NÆMOPTOICOS quibus de uua, & faucibus sanguis effluit. Cap. 585.

ROsas siccas, senticem uiridem, myrtam, nigellam siccam, gallas omphacias, æquali pondere tere, & cum pusca coque, & gargarizandū da. Ad idem, Polygonii radicem in aqua ad tertiam coque, & cola, & cum cymino sufficiente trito potui da, hyeme tepidum, æstate frigidum. Ad idem, Gisaster, & amylum cum pusca tritum potui detur.

MEDICAMENTVM AD IDEM Caput. 586.

SYmphyti radicis pulueris scrup. 2. Gisasteros, amyli ana scrup. 1. in una dosi cum pusca frigida dentur. Ad idem bulbi aut cochleæ elixæ, & cū aceto comestæ mirifice operantur, habent enim conglutinatoriam uirtutem. Si cum nimia tussi fuerint

ſputa ſanguinis dabis cum puſca trochiſcum trigonium ueſpertino tẽpore, & ſanabis ægrum. Ad idẽ, libani, amyli, ſymphyti ana unc. 1. tere & in puluerem redige, & exinde cochleare 1. cum modica puſca in apozemate myrti, aut mali granati ſucco, aut lenticulæ exhibebis.

Trigonius paſtillus recipit hyoſcyami, opij, aniſi ana unc. 1. ſem. apij ſextantem, & aqua ſubigitur Aetius li. 9. ca. 48.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 587.

Recipe gentianæ, tragacanthi, ana drac. 14. Succi plantaginis, aut polygoniæ q. 5. Fac Trochiſcos p. Drachmæ, & da cum aqua aut ſucco polygoniæ, ſiue plantaginis. Ad idem, Porri ſuccus cum portulacæ ſucco, & modico aceto potatus ſanguinem reprimit, Reuponticum cum hæmatitidos, & corallii puluere propinatum, idem præſtat. Ad idem, decoctio floris roboris, & corticis ipſius membranæ cũ amyli & boli, hauſta faciet egregie.

MEDICAMENTVM HYPOCAPnium. Caput. 588.

AD frigidam & humidam tuſſim. Confice ſic. Sandaracæ, Thuris ana drac. 2. Myrrhæ drac. 1. tere & in puluerem redige, & cum medullæ ceruinæ drach. 1. Confice, & exinde trochiſcos in forma ad modum lupini, & per ſeptẽ dies ſuper carbones diebus ſeptem impone, & ſuperpoſito traiectorio, patiens ore aperto fumum excipiat tam diu, donec id quod excreatur habet fumi colorem, poſt hæc conditum calidum bibat. Ad idem palmulas, roſas, lenticulas, pira ſicca cum dulcore ad tertiam coque, & exinde patiens gargarizet. ſiliqua græca in dulcore cocta, & gargarizata idem præſtat. Ad idẽ, palmulas, myrrhã, & hordei pollines cũ melle, & aceto ſufficienti coque, & exinde iugulũ, ſcapulas,

& pectus cataplasmabis. Ad idem amomi pulueris, Mastiches, & Hypocysthidos succum cum melle sufficienti, & carnibus palmarum coque, calidumq́; sub Antereon impone.

MEDICAMENTVM AD SICCAM tussim. Caput. 589.

PVlegii radicem, Apii uiridis fasciculū 1. in mellis optimi duabus partibus, & aceti albi una, ad horas 24. infunde, & lento igne ad mellis crassitudinem coque, & per linteolum cola, exinde cochleare unum aut duo singulariter uel cum calida appropriata dabis. Ad idem, Fœnum græcum purgatum in aqua calida ablue, ut terrestri qualitate exuatur, & supra exiguos carbones leniter coque, & cola, & secundo mutata aqua iterum coque, & ex eodem succo calicem unum ammixto mellis cochleari uno exhibebis.

ANNOTATIO.

ANTERION scribit Siluaticus, & prodit esse partem sub mento, ἀντήρης idem est quod contra eleuans, & Anterides sunt tibicines, idest pilæ lapideæ quæ ædificia fulciunt editiora.

MEDICAMENTVM AD VVLNVS PVLmonis, & ad timorem Phthiseos. Cap. 590.

IN secunda aqua decoctionis Fœni greci caricas pingues, Hyssopi comas, Iridem Illyricā coque & cola, & ammixta mellis phiala mane aut uesperi dabis. Ad idem, orobum rufum die integro in aqua infunde, alio uero die in testa ignita moderate torrefac, & mola portatili molere curabis, & per angustissimum cribrum concernito, & ex ipso puluere cochleare 1. cum mulsa calida ieiunis in diluculo uel uesperi exhibebis, aliquando in tribus partibus pollinis adduntur hyssopi, & Iridis illyricæ, partes singulæ, & similiter ut supra administratur.

MEDICAMENTVM ASTHMATICIS Salutare. Cap. 591.

TEmpore hyemis ex tritici farina decocta in Marrubii decoctione, cum ſpongia diligentisſime pectus, & ſtomachum foue. Ad idē, Abrotonon, uuam paſſam, rutam in aqua coque, & colatum adminiſtra ſorbendum.

MEDICAMENTVM QVO VSVS EST Galenus ad Empyicos, & Aſthmaticos, & ad omnem tusſim. Cap. 592.

REcipe Styracis Iſaurici, drac.6. Reſinæ Terebinthinæ, opoponacis, galbani, iridos illyricæ, ana drach.4. Myrrhæ drac.2. & ſemis, ſulfuris uiui, Hyoſcyami ana drach.1. Mellis deſpumati, collige, cumq; opus fuerit exhibe. Ad idem expertum, radices Filicis ſiccæ, Stercoris Lupi, Lemniæ Sphragidis, Colophoniæ æqualia pondera tere, & in puluerem redige, & cū uini phi.1. uel 2. ante prandium, uel poſt prandium propina, uel poſt cœnam.

Styracem nanq; Gabalitē uel calamitē piſſidiacum, & ciliciū, ubi eſt Iſaurus, cæteris præfert Dioſco. li.1. ca. 70

MEDICAMENTVM AD DEBILITAtem ex frigiditate, & dolorem ſtomachi. Caput. 593.

REcipe abſinthii, piperis ana ſcrup.6. aloe, Styracis, Maſtiches ana ſcrup.4. Vini ueteris hiſpanici quantum ſufficit. Conficitur ſic. Omnes ſpecies pridie infuſæ in cacabo æneo ſtagnato coquantur donec uinum conſumatur, & inde ſtomachus plagellis laneis intinctis diu uaporetur per triduū, & ſuppoſitis purpureis alapſis opoſe faſcietur.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM ſtomachi mitigandum. Cap. 594.

CYmini torrefacti, ſeminis apii ana drach.2. Seminis papaueris drac.1. Tere & in puluerem redige, & exinde cochleare 1. in hauſtu uini ſtyptici calidi propina.

MEDICAMENTVM AD DEBILITAtem humectationem, & fastidium stomachi. Caput. 595.

REcipe carnes tusas palmarum numero duodecim, aloes hepaticæ, mastiches, absinthii ana unc. 1. & semis, pollinis lentis partes 3. lini seminis pollinis partem 1. coque cum oleo nardino, & aqua calida, aut melino si æstas fuerit, & cataplasmate hoc utitor, renouato subinde medicamine.

MEDICAMENTVM AD DVRITIEM & tensionem stomachi, & ad difficilem motum articulorum. Caput. 596.

REcipe ceræ, olei cyprini ana unc. 4. ammoniaci unc. 2. Bdellii, Resinæ terebinthinæ, galbani ana unc. 1. Thuris masculi, myrrhæ ana un. semis, confice & utere.

MEDICAMENTVM AD RHEVMAtismum stomachi, & uomitum constringendum. Caput. 597.

REcipe absinthii pontici comæ, aloes, aluminis scissi, croci, mastiches æqualia pondera tere, & in puluerē redige, exinde albumine oui stomachum illine, & sic supra scriptum puluerē insperge, purpuraq; cooperi & fascia. omphacium in uino myrtino, aut aqua pluuiali sorbendum exhibe, & idem pollet.

MEDICAMENTVM AD DEFECTIONEM stomachi ex paralysi. Caput. 598.

MAstiches drach. 2. Absinthii, Styracis, aloes, Schœnanthi in fortissimo uino nigello pridie infusa, in uase testeo stagnato coque, &

exinde spongiis nouis ante prandium alternatim uaporabis, & sic purpura operi, & fascia. Ad idem. Ex oleo rutaceo, & butyro tepefacto stomachum crebrius perunge, lanisq; superpositis fascia.

MEDICAMENTVM AD VENTOSITAtem stomachi, seu inflationem, & tensionem. Caput. 599.

POlycratis manipulum 1. in aqua decoque, & ipsam decoctionem ieiunis exhibebis. Ad idē, Menthæ cū nepitæ decoctio cum melle, & piperis granis 30. mixta, potata par beneficiū præstat.

Fortassis polytrichi germana lectio legendū requirit.

MEDICAMENTVM PHYLAGRII. Caput. 600.

OPtimum ad uentositatem & inflationem stomachi, hepatis, & splenis. Recipe adipis taurini, olei nardini mellis ana unc. 12. Ammoniacæ guttæ, resinæ terebinthinæ, ana unc. 6. Cardamomi, cyperi, herbæ sabinæ, nitri, baccarum lauri, casiæ fistulæ, Meliloti, Fœnigræci pollinis, fascis gallici, seminis apii, sansucci, anisi, panacis ana unc. 3. Terenda in puluerem redigantur, panax & guttæ ammoniaci cum aceto soluantur, & solubilia ad ignē soluta adiiciantur, deinde puluerem specierum admisce, & bene commixtum medicamentum usui reserua.

MEDICAMENTVM AD DVRITIES & digerendam phlegmonem hepatis inflammati. Caput. 601.

MAla cydonia purgata & trita cum farina hordei, & fœnigræci, in aqua pluuiali coque & impone. Ad idem, carnes dactylorum cum eius æquali pondere ceroti rosacei in mortario molybdino oleo perunct o diu tere & impone.

MEDICAMENTVM GALENI AD phlegmonem hepatis, & stomachi probatum. Cap. 602.

Recipe ceroti rosacei in mortario molybdino unc.3.cum olei nardini drach.3.aut molybdi solue drac.4.Puluis aloes mastiches drac.1. ceroto admisceatur, & cum infrigidatũ fuerit,utere.

Molybdos est plumbũ. Maluit autẽ translator Græca quã latina uti uocula.

MEDICAMENTVM COPTON. Caput. 603.

Quod optimum est ad duritiem, & sclirosin hepatis & stomachi, ita ut cum sæpius impositum fuerit,molliat,& per halitum digerat.Conficitur sic,in fece nardini olei,(quod optimũ est ad duritiem & sclirosin hepatis & stomachi, ita ut cum fuerit sæpius impositum molliat & purget) Propolidis unc.6.Styracis unc.2.lento igne solue, Hæmatitidis pulueris unc.1.& dra.4.Terebinthinæ supermisce,& cum refrigeratum fuerit in purpurea alapsa sæpius hepati superpone & miraberis.

MEDICAMENTVM AD DOLOrem hepatis. Cap. 604.

Tritici farina in decoctione absinthii,&anethi cocta & sacculo immissa, & imposita statim dolorem mitigat. Ad idem, costum patiens bibat,ieiunus,ipsumq; liquorem deglutiat, & in idẽ latus iacendo incumbat. Decoctio absinthii pontici idem præstat.

MEDICAMENTVM AD DVRItiem & tumorem hepatis. Caput. 605.

Centauream, anethum,asphodeli radicem,papaueris capita æqualia pondera in oleo, & modica aqua coque,& eodem oleo lanas imbutas appone.

Medicamentum

MEDICAMENTVM AD PHLEGMOmonem hepatis. Cap. 606.

CHamæmelon cum uino & melle data confestim omnem phlegmonem persanat.

MEDICAMENTVM AD EMPHRAXIN hepatis & splenis expertum. Cap. 607.

QVod emollit durities magnas & soluit. Ammoniaci scrup. 2. da in condito dieb. 3. miraculo proxime accedit, semper. n. uitiosos humores per uentrem euacuat, ut qui hydropici certo futuri sint salubriter euadant hoc medicamine accepto. Ad idem pulueris radicis capparis scrup. 2. dati febrientibus cum calida non febrientibus cum uino emphraxin hepatis mirifice soluunt, & qui hæc pertentant decumbant in idem latus manu supposita capiti. Ad idem, costi, eupatorii, ana drachm. 4. piperis drach. 2. tere & in puluerem redige, & inde cochlearia 2. in uino Ascalonio diebus tribus propina mane, & qui accipit in dextro latere horam dimidiam decumbat, & ad noctis crepusculum similiter utatur.

Inclinaret animus legẽdũ esse manu apposita loco affecto siquidem is calor temperatus est, & iuxta Serapionem & Hugonẽ Senensem ad maturandã phlegmonẽ eximie conducens.

MEDICAMENTVM. Cap. 608.

AD eos qui ex pingui & uiscoso humore & spisso emphraxi hepatis sunt obnoxii. Recipe anisi seminis apii, asari, absinthii, amygdalarum æqualia pondera tere, & in puluerem redige, & cum aqua collige, & exinde drachmam appõderantes trochiscos informa, & cum appropriata integrum exhibe, & si duritia cum uehementi dolore sit in epate, & intestinis, & splene, trochischum amazonium da. Etenim constipata aperit, & narcotica uirtute paragorizat.

MEDICAMENTVM AD SPLENIS DEBIlitatem, & imbibitionem humoris a græcis Citron appellatum. Cap. 609.

Recipe resinæ frixę unc. 12. ceræ, guttæ ammoniacæ ana unc. 6. Auripigmenti, aluminis scissi, olei ueteris ana unc. 1. & semis. Aceti acrioris quod sufficit. Conficitur sic. Cum aceto ammoniacum in mortario diu teratur, & cera in oleo soluta apponatur. Identidem specierum puluis tam diu in mortario conficiatur, donec optime commixtus fuerit, condatur, & cum opus fuerit in plagellam inductus superponatur.

MEDICAMENTVM AD DVRITIEM splenis. Caput. 610.

Thus masculũ, ammoniaci guttã æquali pondere diligenter tere, & succũ cauliculi ex foliis uiridioribus expressum immitte, ut in similitudinem emplastri efficiatur, & in charta inductum, uel Aluta, spleni appone.

MEDICAMENTVM AD EVAPOrandum splenem. Cap. 611.

Hederæ folia uiridia, & nepitam uiridẽ in aceto cõpetenter decoque, & cola in ipsam decoctionem hordei pollinis, & Fœnigræci, & Orobi æqualia pondera immitte, modicumq; bulli, & sacculo inclusis splenem diu uapora, & post euaporationem nitrum in cyprino, aut irino oleo simul efferuefacito, & in lanas inductum patientibus locis impone, & fascia.

MEDICAMENTVM AD SPLEnis affectionem cum febre acuta. Caput. 612.

Foenigræci pollinis partem 1. hordei partes 2. cum aqua, & oleo rosaceo, & modico melle coque, & instar cataplasmatis per tres dies impone, & oxymeli, aut acidum syrupum cum appropriata ieiunis administra.

MEDICAMENTVM AD SPLENIS CALIditatem nileon appellatum. Cap. 613..

Recipe ceræ, guttæ ammoniacæ, olei rosacei ana unc. 3. croci, scrup. 6. aceti quod sufficit. Confice & utere.

Vide paulũ li. 7. ca. 18. qui pro rosaceo cyprinũ adhibet, quod iam olim laudatũ & nobile pharmacum est, & omnibus notum teste Galeno, de Com. secun. loca lib. 2. cap. 2. de Cataplasmatis Archigenis.

MEDICAMENTVM AD CALIDAM & humidam distemperantiam Splenis ab initio. Caput. 614.

Picis liquidæ, & aceti, salis floris stipii, idest Antimonii, œnanthus, gallæ asianæ pulueris ana drac. 3. in mortario diu terendo commisce, & calefactum ad prunas superimpone.

MEDICAMENTVM AD HVMIdum splenem. Caput. 615..

Recipe picis siccæ, & ceræ albæ, ammoniaci ana unc. 4. olei rosacei unc. 1. halosanthus, floris agni plantaginis, quinqꝫ folii, foliorum sicorum, Stypteriæ schisti, ana drac. 7. Solubilia cũ pice soluantur, & sic terendorũ puluis adiiciatur, & bene commixta in plagellam inducta imponantur. Ad idem floris æris, aut salis, Stypteriæ æqualia põdera cum aqua abscissæ salicis solue, & Alapsæ inductum spleni superpone, admirationi est & felix, & faustum medicamentum ad desiccandum splenem.

MEDICAMENTVM AD VENTOSItatem splenis. Cap. 616.

Recipe piperis, cymini, rutæ ana drach. 10. Nitri drach. 9. Melle optimo excipe, & inde mane, & Vesperi drach. 2. offeras. Ad idem gitteris, apii seminis anisi, petroselini cymini, ana drac. 2. in farinæ libr. 1. pistoria arte confunde, & subige, & inde panis factus comestusq; splenis uentositatẽ tollit, præfatæ uero species cũ uino tritæ, & ebibitæ idem præstant. Aliud. Vinum in quo infusa, & trita Scolopendra, & Asplenon herba fuerit sumptum

duritiem ſplenis, & uentoſitatem emendat. Ad idē, betonicæ herbæ tritæ ſcrup. 3. cum uini nigri cyathis 3. & calidæ tantum per tres dies, aut quinq; in uno menſe potui datur. Ad idem hederæ radicis, & capparis radicis uiridis ſeu ſiccæ æqualia pōdera in uino ſtyptico ſufficienti ad tertiam decoque, & exinde calicem unum ieiunis da.

MEDICAMENTVM SPLENITICVM & ſolutiuum. Cap. 617.

EBuli tenerrimæ radicis faſciculus non ablutus cōtuſus, cum uino ueteri, & potu datus humorem de ſplene per uentrem mirifice deducit. Ad idem. Iridis illyricæ radix, cum uino ueteri trita, & mane epota idem præſtat.

MEDICAMENTVM AD EVACVANdum ſplenem. Cap. 618.

GVttæ ammoniacæ & pulegii drac. 1. cum aceto porrigatur. Ad idem, chamæleæ foliorum laureolę, chalcucecaumeni & aniſi ęqualia pōdera tere, & in puluerem redige, & inde drac. 1. cum condito aut. 2. ſecundū uires ægrotantis exhibe. Ad idem, Tartarum ablutum aqua, & inſolatum tere, & in puluerem redige, & inde unc. 1. in uini phiala porrige, prodeſt etiam & picra antidotū ſæpius oblatū.

ANNOTATIO.

Conditum hic & aliàs ſemper in hoc authore intelligere oportet potionem factam ex propomate. Propoma autem fit ex uino & melle deſpumato, & recipitur ad uini ſextarios quatuor mellis ſextarius unus, & diutius ſoli exponitur. Conditum autem tūc fit ubi aromata admiſcentur ueluti piper, cinnamomum, zingiber, & ſimilia. nonnunquam mel non admiſcebatur uide Palladium lib. 3. cap. 32.

MEDICAMENTVM HYDROPICIS APtum qui duritiem & emphraxin uiscerum patiuntur. Caput. 619.

SIlleris, ſpicæ nardi, caſiæ, aſari ana æqualia pondera, ſi febriat in aqua, ſi non febriat in uino coque, cuius apozematis phialam 1. exhibebis.

MEDICAMENTVM HYDROPICOrum ad confortanda, & exiccanda uiſcera. Caput. 620.

ABſinthii pulueris & aniſi, maſtiches, ſeminis rutæ ana unc. 1. tere & cum melle coque, & inde quotidie ſingula cochlearia adminiſtra.

Aliqui addunt, fœnigræci, farinæ ordei, orobi, cymini ana unc. 1.

MEDICAMENTVM HYDROPICIS AD diaphoreſin faciendam, & reprimendos humores, & tumorem conducibile. Caput. 621.

REcipe olei unc. 10. pſimmithii, ceræ ana unc. 7. chalcanthi, aphronitri, aloes ana unc. 3. aceti acerrimi qđ ſufficit. Terendorũ puluerem' cũ aceto in mortario tere donec ad mellis ſpisſitudinẽ abeat, pſimmithium autẽ cũ oleo coq; donec molleſcat, & poſthac ceram immitte, & in mortarium ſuper ſpecies congere, & manibus malaxa, & conde: cumq; opus fuerit utere. Hoc medicamentum non ſolum ad hydropicos, uerũ etiã ad alia utilisſimum eſt, & ut plurimũ ſplenem euacuat, apoſtemata exiccat, & in articulis coagulatos humores diſſoluit, minime uero deſpiciatur propter humilitatẽ ſpecierũ ut encomio indignum: equidem eius præconia nemo digno elogio uel demoſthenico efferre queat.

MEDICAMENTVM AD REFRENANdum fluxum cholericum & ſomnum inducendum. Caput. 622.

DIacodiõ de ſapa factum, & uentrẽ ſtringit, & ſomnum inducit. Ad idem omphacomeli

cum succo turionum in uino deuorabis.

MEDICAMENTVM HYPOCORION ad idem. Caput. 623.

RECipe Pirorum immaturorum, & malorum Cydoniorum, & malorum granatorum acidorum, & dactylorum immaturorum succi ana unc.1 Macis, Acaciæ, caryophyllorum ana drac.6. cinnamomi, balaustiorum ana dra.2. cõfice sic. Succũ cum mellis rosacei libra coq; donec inspissetur, & sic cæterarum puluerem admisce, diuq; terendo confice & usui reserua, cum opus fuerit cum aquæ cisternæ unc.1. plus minus secundum uirtutes patientis suppedita.

ANNOTATIO.

MACEM adstringere constat ex hoc medicamento. Cuius nos admonuit etiam doctor Geor. Leuelaticus physicus Vuasserpurgensium. Quod uidelicet uulgus medicorum mace utatur tanquam soluente medicamine: quum aperte uel Auicenna ipsorum contrarium statuat. Macis uero oleũ odoratissimum Vuelserii Augustani mercatores opulentissimi ex India occidentali exportant hodie, quod podagram curat. ubi pedi oblitum fuerit, ut prodigio assimile uideatur.

MEDICAMENTVM. Cap. 624.

CHolericis ad uomitum, & uentrem stringendum, fastidium aufert, stomachum confortat. Mica panis in oleo rosaceo infusa, & cum lactuca, & semper uiua in modum electuarii trita, & imposita insigniter prodest. Ad idem Omphacii, polygonii, succum palmitum uitis ana unc.1. in olei rosacei unc.3. coq; donec olei consistentiam habeat, & sic ceræ albæ unc.1. appone & cum infrigiditatũ fuerit utere ad supra scripta, hoc caliditatem mitigat, &

confortat stomachum & humorem affluentem stomacho reprimit, & si cholerica uomica oborta sit, aut uentris proluuium urgeat, scammoneam in pusca, aut succo menthæ, aut hydrorosato, aut rhodomelite porrige, aut si imbutæ tunicæ cholerico humore fuerint, mixto diagridio secundum uirtutem patientis medicamentum temperabis.

De potionibus eiusce modi uide Paulum lib. 7. cap. 15.

MEDICAMENTVM AD RHEVMA uentris sine febribus. Cap. 625.

LAc caprinum, aut uaccinum lento igne decoctum ita ut semper agitetur, donec tertia pars consumatur, mirabiliter iuuat, quando autem cum lapidibus, aut ferro coctum fuerit, & datum idem pollet.

MEDICAMENTVM AD RHEVMA uentris ex cholerico. Cap. 626.

BAccarum lauri, psidiorum radicis, pentaphylli, idest quinque folii, ana cum oleo myrtino sufficienti coque, & lanas inde imbutas suppone stomacho & uentri. Ad idem pulueris cymini, seminis apii ana æqualia pondera in oleo puro sufficienti coque, & lanas inde humectas impone.

MEDICAMENTVM AD RHEVma dysentericum uentris. Caput. 627.

FArinæ hordei unc. 6. mannæ unc. 2. cum oleo myrtino sufficienti in quo bullierint rubi radices, Psidia, aut galla asiana: coque, & instar cataplasmatis impone. Ad idem si intestinorum tumor, & dolor cum febre sint, triticeæ farinæ, & lini seminis, & lenticulæ ana æqualia pondera cum melle, & aceto sufficienti coque, addendo mannis psidiorũ gallæ asianæ ana dra. 1. locis dolentibus super impone.

Liber scriptus uidebatur habere testiũ dolor.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM DYsenteriæ. Caput. 628.

VInum austerum in quo decoctum fuerit labdanum cum drac.1.pulueris nardi potatum fluxum stringit. Ex myrrha optima catapotia in modum fabæ facta, & potata idem præstant. Ad idem. Gallæ asianæ, psidiorum, polygoniæ, rubi radicis & quinq; folii apozema adstringit.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM dysenteriæ. Caput. 629.

SVmmitates rubi, myrrhę caducæ, mali granati, Gallarum omphacidon ana æqualia pondera in uino styptico coque, & colatum potui da. Ad idem, acaciæ & gisasteros ana æqualia pondera in uini cochl.1.pota similiter adstringunt.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM & uulnera dysentericorum. Cap. 630.

LAc caprinum optimum moderate lento igne coque, in cacabo fictili nouo, & sufficiens amylum recens admisce, & ieiunis aliquot diebus sorbendum da, post aliquantulum panis sicci ad comedendum exhibe. etenim hoc adiutorium acredinem temperat, ulcera cicatrizat, & intestinorum ac uentris asperitatem lenificat.

Ericis Carpos est fructus hederæ quemadmodum exponi Genuensis. Ego puto corrupte barbaros ericem pro hederæ quadã specie pronunciare quæ dicitur elix Vide Diosc. & Hermolaum in Coroll.

MEDICAMENTVM AD PROCIdentiam intestini recti. Cap. 631.

ERicis carpi, gallarum, cerussæ, acaciæ, succi hypocisthidos, corticis pini, thuris masculi ana æqualia pondera tere, & in puluerem redige, & præloto ipso intestino uino bono austero, aut lentisci uel myrti decoctione puluerem asperge.

MEDICAMENTVM AD PROPENdens intestinum rectum. Cap. 632.

FAbæ nigræ, quercus, castaneæ, radicis corticis, cardui syluestris, lentisci, roris marini, aluminis ana æqualia pondera tere & in aqua pluuiali coque, & exinde intestinum fomenta. Ad idem, aluminis, gallæ, tartari, corticis quercus, testæ oui, colophoniæ, boli gentianæ ana æqualia pondera tere, & in puluerem redige, & fomentato intestino procidúo supersparge.

MEDICAMENTVM AD PLEVRETICORUM DOLOREM. Cap. 633.

PVlegii pollen adhibitus, & calidus inductus dolorem pleuresis emendat, & tumoribus, podagricisq; doloribus obsistit. Ad idem folia nasturcii, & minoris nepitæ cum ueteri axungia in modum electuarii trita, & cum frumenti polenta, & melle cocta, & inducta mire dolorem arcent. Ad idem, Sansuci, & rutæ agrestis folia, & baccarum lauri æqualia pondera tere, & cum melle coque, calidumq; in plagella inductum locis patientibus imponetegeq;, lana calida, & fascia. Ad idem, calcis uiui pulueris unc. 1. cum mellis unc. 6. ad spissitudinem cocta, sacculoq; immissa, & calide imposita subuenit eximie.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 634.

ABsinthium cum ceroto laurino, & nitro, & iride illyrica, & caricis ammixtum, & pleuræ superpositum dolorem placat: hoc medicamẽtum stomacho inductum antiquissimos dolores curat exhauriendo humorem amplius non reuersurũ. Ad idẽ mulsa ex decoctione hyssopi, & origani potata. Ad idem Diolibanu, & hygiæ æqualia pondera contusa, cum suprascripta mulsa data dolores reprimunt, & quietem optatam inducunt, ad hæc eadem dià peganu, & Acharistum benefaciunt.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM Ilii. Caput. 635.

BAcca lauri una,& dimidia purgata,& trita cũ aqua fœniculi agrestis pota cum omni celeritate subuenit. Ad idem,grana radicum Hipposetæ,tria uel quinq; trita,& cum aqua tepida pota eadem hora prosunt, eringi radicis succus potatus idem præstat. Ad idem,cozumbrum cum melle coctum & impositum iuuamen adfert optatum.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM Ilii,& uentositatem. Cap. 636.

MAstiches, Costi,zingiberis, pyrethri pulueris,euphorbii ana æqualia pondera in sufficienti ceroto rosaceo coq;,et ex eo manibus perunctis loca dolentia diu frica, lanisq; calidis superpositis fascia. Hoc medicamentum,& dolorẽ placat,& uentositatem expellit. Ad idem,zingiberis,piperis,seminis apii,& anethi ana drach.3. euphorbii. Coccognidii,diagridii,ana drach.7.tere & in puluerem redige,& inde drach.2.uel 3. dabis secundum uirtutem cum apozemate apii & petroselini,costi & galangæ. Ad idem. Hederæ terrestris decoctione patiens fomentetur,& sic caudæ uulpinæ granorũ nouies ablutorum succum patienti præbe. Lilii radicis siccæ pulueris scrup.3.pulueris lapidis qui de renibus aut uesica mingitur scrup.2.cum pastinacæ radicis nouies ablutæ apozemate sumpti dolorem Ilii admiraculum arcebunt.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 637.

REcipe seminis immaturi citri unc.1.& mediam, saxifragæ uiridis fasciculum.1.cymini fracti drach.1.mellis, uini albi quod sufficit. Semen & herbas,& cyminum contusa in uino bulli,

& cola, & mellis parum decoctioni adde, & potui da tepidum. Et Philantropum cum 1. drach. diagridii cum appropriata data soluit, diospolites, & diatrion præstat idem.

MEDICAMENTVM AD CALCVlos in renibus factos. Caput. 638.

PAtiens fomentetur ex aqua calida, uel tepida, & oleo chamęmelino: mox apozema radicis cardui syluestris, & apii, & anisi sumat. Ad idẽ, herbæ quinque folii, & radicis eius apozema post fomentationem datum lapides mirabiliter frangit, & cum urina deducit. Ad idem, Strigni, Eringii, pœniæ apozema potatum idem operatur, Baccarum hederæ undecim, & piperis eiusdem numeri pulueris in aqua tepida datus idem præstat. *Strychni legendum.*

MEDICAMENTVM AD EXPELLENdos lapides. Caput. 639.

VEsicam apri cum urina sua, & tantundem sanguinis hirci, adiuncti siccari procura, & cum opus fuerit drac. 3. cum apozemate nardi indici, aut asari, aut amomi propina, hoc enim auxilium probatum est, & a multis expertum. Ad idem sanguinis triennalis, aut uetustioris hirci puluis secũdũ industriam medicorũ præparatus, & cicadarum siccarum puluis cum apozemate nardi, & cinnamomi datus eadem mirandum in modum, atq; ocyus expediunt. Ad idem. Casiæ fistulæ, costi ana unc. 2. Spicæ nardi, piperis ana unc. 1. tere & in puluerẽ redige, & cum aqua mane, & sero cochleare 1. tribue. Ad idem. Recipe spicæ nardi, phu, saxifragæ, betonicæ, asari, seminis lini, petroselini ana drach. 8. costi, folii ana drac. 4. facto puluere exinde cochleare 1. ante horam prandii in condito bibendum exhibe, minuit lapides, & expellit, nec alios renasci patitur. *Conditum require ca: 618.*

MEDICAMENTVM OPTIMVM AD confringendum lapidem in renibus factum. Cap. 640.

RECipe carpobalsami, lapidis qui in spongiis nouis reperitur, pulegii ficci floris, maluæ agrestis seminis ana æqualia pondera tere, & in puluerem redige, exinde cochleare 1. cum uino tepefacto aut condito uel passo ęgrotanti ministrabis. Ad idem. Piperis, baccarum lauri, petroselini, asari æqualia pondera in puluerẽ redige, & inde cochleare. 1. in passo tepefacto per triduum ieiunus bibat. Lauri cortex tritus, & cum uino bibitus idem præstat, & abortum facit. Bestianum antidotum & panacea, Lithontripon, aut Iustinum cum condito usuali acceptum ad supra scripta præsentaneũ remediũ est.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI pus ex renibus mingunt. Cap. 641.

MVlsa sæpius data bene facit, & succus fœni græci cum melle potus idem præstat, & semen cucumeris domestici cum chrysoptico, & mulsa sumptum auxilio est.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI ulcus in uesica, aut renibus habent. Caput. 642.

ARmenicus bolus cũ uino potus eximie operatur, & herba hippuris & graminis cum uino accepta idem præstat. Ad idem lini seminis drach. 2. amyli drach. 1. tere & cum aqua cochleare 1. potui administra, amygdalæ, & pineæ ante prandium, & post prandium cum uino sumptæ par beneficium præstãt. Trochiscus dià physalidos cum sapa sumptus optime subuenit, & Phylonis antidotũ bene facit, cuius confectio hæc est. Recipe leucopiperis, hyoscyami ana drach. 20. cucumeris domestici seminis ana drach. 6. croci drach. 4. conii seminis drac.

Philonis Antidotus.

3. opii, pyrethri ana drachm. 1. mellis quod sufficit.

MEDICAMENTVM AD STRANguriam & calidam distemperantiam. Caput. 643.

SEminis cucumeris & citruli, melonis, & apii purgati, ana drach. 1. trita & cum aqua tepida, & muscelio temperata & sumpta belle prodest. Ad idem, granorum solis pulueris drac. 2. cum aqua frigida sumantur. Ad idem, maluæ seminis cucumeris, & apii, ana æqualia pondera cum aqua tepida, & modico rosaceo data stranguriam soluunt, argentum uiuum cum tantundem lactis per uirgam cũ cathetere immissum idem optime præstat.

ANNOTATIO.

CATHETERES sunt infusoria instrumẽta, quibus in uesicam medicamen aliquod iniicitur pro curandis ulceribus eius, uel pro elicienda suppressa in ipsa urina.

MEDICAMENTVM SI EX CALIDA intemperie renes, & uesica distemperata fuerint. Cap. 644.

LAc asininum potatum ieiunis temperat, & uulnera purgat. Ad idem in lacte caprino, & uino nucleorum recentiũ cucumeris seminis, amygdalarum dulcium, amyli ana æqualia pondera leniter cocta, & pota mirabiliter operantur. Ad idẽ mulieribus lac asininum, & muliebre pessario suppositũ idem præstat. Ad idem, amyli recentis drac. 4. seminis lini, papaueris albi seminis excoriati, tragacãthæ ana drach. 2. tere & in puluerem redige, & cum aqua collige, & trochiscos drachmam ponderantes effinge, unumq; per uices tres cũ crhysoptico da. ad hoc optimum est dià iteon emplastrum, & dià phœnicõ in aluta inductum, & pectini, & renibus impositum. *Dià iteõ emplastrum ex sa icibus confectum.*

MEDICAMENTVM. Cap. 645.

AD inflammationem renum & uesicæ, & ad dysuriam, & uulnera cum phlegmone oborta, cucumeris domestici seminis grana numero 40. nuclei pini grana numero 20. amyli drac. 1. in aquæ sextario 1. ad tertiam decoque, apii seminis drach. 5. & spicæ drach. 1. in puluerem redige, & cum supra scripto apozemate admisce, indeq; cyathos duos ieiunis porrige.

MEDICAMENTVM AD STRANGVriam, & dysuriam expertissimum.
Caput. 646.

REcipe capparis radicis, saxifragæ, macedonici, apii, peucedani radicis ana fasciculum 1, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, cucumeris ana drach. 3. sambacæ drach. 2. Conficitur sic, herbas omnes contusas in aqua tam diu coque, donec uirescat aqua & cola, deinde semina omnia diutissime trita tam diu in eadem aqua manibus frica, donec lactea fiat. Postea per linteolum cola, & addito sambaco, tepidum potui da, aut per uirgam iniice, si careas succo, uino albo sarcire idem licebit.

MEDICAMENTVM AD STRANGVriam ex frigida distemperantia.
Caput. 647.

CAryophyllorum, salis nitri, cymini, ana æqualia pondera tere, & cum forti aceto per triduũ ieiunis propina, artemisiæ succi scrup. 2. cum uino poti, uesicæ dolorem, & stranguriam soluunt. Ad idem apii, Fœniculi, rutæ, dauci seminis cinnamomi, spicæ, carpobalsami, ana æqualia pondera in puluerem redige, & inde drac. 2. post balneum cum apozemate macedonici, aut Senationis æger usurpet. Rhamni, idest brusci radicum, & origani decoctio pota præstat idem.

ANNOTATIO.

RHAMNVS persephonion dicitur græcis, & leucacantha, latinis spina alba. Ruscus autem in officinis hodie bruscus perperam dicitur, quæ est myrsine agria, idest myrtus syluestris apud Dioscor. lib. 4. cap. 141.

MEDICAMENTVM FORTIVS ad idem. Caput. 648.

RAdicis tithymali fasciculum tere, & in aqua ad medietatem coque, & inde duos, aut tres cyathos secundum uirtutem exhibe: extenuat enim, & poros aperit, & stranguriam soluit, sanguis uulpinus calidus super renes, pectinem, & genitalia sæpius illitus calculos mirabiliter frangit & stranguriam inde factam optime soluit.

MEDICAMENTVM AD COLI dolorem. Caput. 649.

IN decoctione herbæ chamæmelinæ, hibisci radicem & pulegii, lauri baccarũ, & foliorum eius artemisiæ, sansuci, & anethi addito oleo cyprino, chamæmelino, & anethino, furfur triticeum, aut hordeaceum coquatur, & sacculo in quem immissa hæc sunt loca dolentia diutius uaporentur. Ex oleo pictelino, aut raphanino calido lanæ succidæ imbutæ renibus summini pectiniq; impositæ optime dolorẽ mitigant. Ex aquis sulfureis, aut bituminosis calidis & salsis si lauerint multum releuantur, & si inde biberint melius blandius afficiuntur.

MEDICAMENTVM AD COLVM ET dysuriam, & ilii dolorem. Cap. 650.

PIperis grana 30. cymini torrefacti, & salis ana scrup. 1. in puluerẽ redige, & cum aqua tepida bibe. Ad idẽ. Allii succus cũ modico pipere,

& coriandri folio,& iure gallinaceo, & condito tritus,& sumptus colicis mirabiliter conducit, allii tres bulbi uespertino tempore sumpti omnem uentositatem cum phlegmatico humore deducunt.

MEDICAMENTVM AD COLIcam. Caput. 651.

LAuri baccas purgatas nouem,aut undecim tere,& cum uini cyathis 3.bibendum largire,probatum est. Ad idem succus foliorum raphani cum piperis granis 7.aut 9.& mellis cochl.2.in solio bibendũ tepide dona,& miraberis: hoc enim ad nephriticos facit,qui lapides, & emphraxin in uesica habent,& humores spissos educit.Succus petroselini cum aniso similiter datus eadem operatur:ad idẽ: pulueris origani drac.4.cũ uino Ascalonio,aut alio potæ pulcherrime subueniunt. Origani scrup.2.uel 3.& castorei 2.febrientibus cum mulsa dati, non febrientibus cũ uino,& melle par beneficiũ præstant.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM coli,& emphraxin stercorum factum. Caput. 652.

HYdrelæon & mulsa tepida ebibita subducunt aluum,alypiados herba,& mercurialis cũ oleribus cocta,& sumpta dolorẽ sedãt. Ad idẽ, uetustũ gallũ exenteratũ, polypodii unc.2.& salis 3.reple, & foramineæ succo cũ acetabulo uini uel mulsæ ipsum ius potandum porrige:suauiter enim uentrem deducit,& dolorem sedat. Ad idem coccugnidii purgati drach.8.aloes,diagridii, zingiberis ana drach.4.euphorbii,cymini,mastiches,salis ammoniaci ana dra. 2.in puluerem redige,& cum succo corticis actes inde catapocia informa,dabisq; cum opus fuerit ieiunis 11.post cænam.

Foramineã herbam n si uulgatũ hypericum appellat,nõ intelligo quid uelit, habet enim folia plena foraminibus unde & perforata passim uocatur.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 653.

ALoes,diagridii, agarici,ana drach.4.Coccugnidii carnis purgatæ drac.1.tere,& cum succo absinthii catapotia informa,& dabis similiter. Ad idem. Petroselini Macedonici,coccugnidii, cyperi,euphorbii,asari,agarici,granorum solis, saxifragæ ana drac.4.diagridii quantum sufficit.Omnes species tere,& cum succo absinthii catapocia informa.da cum opus fuerit ieiunis 11.siue 13.

MEDICAMENTVM AD DOLOrem coli de calida distemperantia. Caput. 654.

FArinæ lini seminis,& hordei,ana æqualia põdera cũ oleo chamęmelino coque,& calidum impone. Ad idem. Recipe ceræ unc.5. ouorũ uitellos.2.& farinæ fabarum drach.4.olei chamæmelini,& rosacei ana dcac.2. Vitellos ouorum,& farinam cum succo lini seminis bene commisce, & sic cerotum tepidũ adde,& refrigerari permitte, cumq; opus fuerit locis dolentibus impone.

MEDICAMENTVM PHYSICVM ad colum. Caput. 655.

COrallii incisi & triti cochl.2.aut 3.ieiuno per triduum potui da. Ad idem fimi lupi pulueris cochl.1.cum aqua tepida ieiunis porrige. Ad idem,modicum de inciso umbilico nuper nati infantis in aurea armilla,uel argentea incluso,quem qui se cum circumfert citra dolorem spirabit. Ad idem,antidotum Paulinum minus, & Philonium, & aliud antidotum cuius descriptio hæc est. Recipe cardamomi seminis amomi, spicæ nardi, malabathri,papaueris albi seminis, cymini, menthæ succi, seminis asari ana drach.8. Myrrhæ troglodyticæ, ana drac.4 mellis despumati quod sufficit. da ad magnitudinẽ auellanæ cum hydromelite frigide cyathis 3.

MEDICAMENTVM AD EXICCANdas, & reprimendas Hæmorrhoides. Cap. 656.

Recipe mali terrę, corticis tasſi, aloes ana drac. 4. piperis, ſaponis ana drac. 2. petrolei, ceræ, mellis quantum ſufficit. Componitur ſic, ſapa cum melle muſcelio, & cera lento igne ſoluantur, & ſic terendorum puluerem adhibeto, & bene commiſce tepidumq́; impone. Ad idem, pſimmithii, auripigmenti, corticis maligranati, ammoniaci, ana æqualia pondera in puluerem redige, & cum ſtyrace calamita, & terebinthina tempera, & in panno inductum impone.

Taſſi, aut intelligit Taſſum Barbatum quē uulgus medicorum italicorum taſſum uocat, aut Tapſiā herbā incendiariā, aut fortaſſis taxū: quē translator Taſſum uocat genere neutro cap. 659. mox ſequenti.

MEDICAMENTVM AD HÆMORrhoides latentes. Cap. 657.

Gvmmi hederæ, ſaponem Gallicum, panem ſiccum inciſum æquali pondere tere, & exinde magdalionem duobus digitis longum informa, & ſuppone.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM Hæmorrhoidon. Cap. 658.

IN aquæ ſalſæ partibus 3. & uini 1. caſtaneas duras cum corticibus ſuis, & ſuberi cortices, Pulegium, & Taſſum, & maluam ad perfectam decoctionem decoq;, deſuperq́; patiens ſedeat, & diu loca dolentia fomententur. Ad idem, oleum laurinū malo cyclamino concauo immiſſum ad prunas cale factum ſediq́; ſuppoſitum, quæ etiam inde fricetur, compeſcit dolorem, & ſanguinis effluxum inhibet. Ad idem ſuccus herbæ ſamſuci potus, & ipſa herba trita ſphicteriq́; ſuppoſita hæmorrhoides extra ſiue intra factas emēdat. Ad idē, pulicaria herba minuta cum melle roſaceo trita, & ano ſuppoſita idem præſtat, & Piſias itidem factas emendat.

ANNOTATIO.

SPHINCTER est ani musculus. Stringit autem, & claudit rectum intestinum, ne inuitis nobis stercus aut flatus egrediatur. Est enim musculus etiam ille uoluntarii motus instrumentum, ubi aliquid excernitur laxatus, ubi supprimendum est, contractus. Theophil. lib. 2. ca. 5. Anatom.

MEDICAMENTVM AD HÆMORrhoides interne in ano factas.

Caput. 659.

DE radice iari pessum tribus digitis longum fac, & sedi suppone, si externe aliquæ apparuerint, ipsa radix trita, & imposita reprimit. Ad idem, Iari radicem tum oui uitello tempera, & inde pilulas factas in sartagine oleo frige, & patienti mane p̱ quinq; dies nouē da, & cū 3. acceperit, phialā uini bibat, rursumq; aliis tribus acceptis similiter faciat, & aliis tribus sumptis de uino bibat, & sic uno quoq; die nouē pilulas comedat, & post unā horā de succo absinthii quantū poterit bibat. Ad idē, sup̱iori fomento, aut decoctione saluiæ patiēs anū diu fomētet, et sic puluerē corticis radicis tassi sup̱ hęmorrhoides spargat, & si deest tassum, de ellebori & gallarū puluere similiter faciat, & si obstructæ sanguinē emittere nequeāt, subtili phlebotomo ap̱iantur, & si cōtigerit ibidem calorē fieri oleū rosaceū in molybdino mortario cū pistillo eiusdē metalli tā diu exagitetur donec plūbi colorē referat, & inde bōbacino tincto loca feruentia foueantur. mirabiliter enim infrigidat, & dolorē amputat. Ad idem, in mortariolo plūbeo oleū rosaceū, & duos p̱sicorū nucleos cū eiusdē metalli pistillo tere, & cū opus fuerit in alutā inductū locis dolētibus applicato Paulinum minus, & cabellai antidotū ieiunis ī modū auellanę siue post cęnā cū uino tepido data, & dolorē mitigāt, & sanguinē sistūt.

MEDICAMENTVM AD TVMOrem, & dolorem testium.

Caput. 660.

SEmen hyoscyami cum uino tritum, & instar cataplasmatis impositum tumorem deponit. Psyllium tritum, & cum aqua collectum, & impositum idem pollet, & umbilicos prominentes reprimit. Ad idem, ruta cum æquali pondere foliorũ lauri trita, & imposita tumorem testiculorum dispergit. Ad idem, farina fabæ cum oxymelite cocta, & instar cataplasmatis imposita tumorem testium, & feruorem sedat.

MEDICAMENTVM AD TVMOrem testiculorum ex uentositate. Cap. 661.

MAlua hortensis cum axungia trita, & tepefacta testiculisq; in hãc inuolutis tumorem, & uentositatem optime reprimit.

MEDICAMENTVM AD VERETRI tumorem, uel rupturas, & pustulas.

Caput. 662.

Sulfuraceã appellãt dẽtem equinũ Pau. ita utitur in ca. de pleuresi. S. Genuensis. Torinus reddidit sulfuratam.

RAdicis tassis, & sulfuraceæ, saluiæ, picis græcæ ana æqualia pondera tere cum sufficienti Larido, & cum detriueris incantationem in fine medicamentorum scriptam decanta. Ad idem lenticulæ farina cum oleo rosaceo confecta, & imposita uulnera purgat, & cicatrizat, & luborẽ amputat.

MEDICAMENTVM AD VENTRIS ulcera serpentia, & phagedænica.

Caput. 663.

HErba uitriola cum oleo rosaceo trita, & imposita tepida proficit, sed felicius operatur si ipsi trituræ farina triticea admisceatur. Ad idẽ seuum bouinum aqua frigida nouies ablutum, & cum succo strychni partibus tribus, & olei rosacei

quarta parte addita modica mastiche, in marmorea pila sufficienter tere, & cum bene permixta fuerint usui reserua, cumq; opus fuerit locis patientibus medicamentum penna alline, & loca frondibus rubi, aut hederæ contege.

ANNOTATIO.

MVRALI herba lichenes curantur. Quæ Celso lib. 3. authore Parthenice, & perdicium etiam dicitur. Latini uero quia in parietibus nascitur Parietariam nominant. Vulgus ob eum quem in uasis uitreis abstergendis exhibet usum, uitriolum, nam & lichenas ui sua abstersoria sanat. Leonicenus lib. de morbo Gallico.

MEDICAMENTVM AD SCABROSA ulcera, & difficulter cicatrizanda. Caput. 664.

SEpi unc. 3. cum aqua in qua cinis quercus subtilis decoctus fuerit nouies abluti cum panis medii unc. 1. in aqua infusa simul terãtur, & cũ sufficiẽti succo herbę diagaleę in marmorea pila misceãtur, cumq; opus fuerit in panno inductum imponatur, & hoc medicamẽto si scabiosus inũctus fuerit, & post triduũ ablutus in balneo mirabiliter sanatur. *Intelligit' micã panis.*

MEDICAMENTVM VT MVLIER concipiat. Caput. 665.

IN phialis uini optimi nouem, radicis mandragoræ rotulas nouem, & fœniculi radicis ℥ 3. ad tertiam bulli, & per sacculũ bene cola, & inde phiala mellis addita nouies nouẽ granorum piperis puluerem insperge, iterumq; aliquantulum bulli. cũ autem infrigidatum fuerit tempore menstruali per tres dies phialam unam mane propina, & in obscuro cubili diuersetur, remotis amicis præter unam quæ eã custodiat. Circa uero sextam horam, pullus gallina

ceus elixus cum puluere,& aniso,& modico anetho conditus,simul cum uitis succo offeratur, quem mã ducet,& uitem ad sacietatem:bibat uinũ lene,& modicũ accipiat,& uesperi concipiat. Maritus uero mane,& uesperi de Diamoron,aut de Alexandrina Dimate accipiat. Ad idem,in uini optimi phialis nouẽ salicis,& Elelisphaci ana perpurgata folia cẽtena, & mandragoræ corticis rotulas 9. ad tertiam decoq;, & abiectis herbis succo phialam unam mellis adde, sicq; nouies nouem granorum piperis, & scrup. 9. castorei pulueris admisce,& lento igne modicum bulli. Cum uero infrigidatum fuerit in cubiculo transigenti,& luce prima,mane per tres dies, phialã 1. medicaminis offer, & circa sextam horam euchymum cibum comedat,& usq; ad uesperam quiescat. Maritus autem utatur Diacameron,& Dimate, & ita generare conetur: hoc medicamentum non solum ad hoc prodest, sed & paralysi patrem huiusmodi obnoxium percurat.

Videtur per uitis succum aliud intelligere quã uinum. In Syriaca Galeni inferius cap. 394. bis ponit uitem pro succo, aut cremore.

MEDICAMENTUM CONCEPTORIUM. Caput. 666.

IN phia. 9. optimi uini unc. 6. de radice barbæ syluanæ, ad medietatem coq;, & colato succo mellis phia. 2. & pulueris cymini unc. 1. adde, & modicum bulli, & sub dies mensium mane semp phia. 1. propina,& uesperi. In decoctione ipsius herbæ sedeat, diuq; calefiat, deinde ex marito concipiat. Hoc medicamentum arteticis proficit. Ad idem, tres spicas allii purgatas,& acu punctas,in muscelio optimo per diem totum infunde, & bombax in ipso oleo infusus, & inuolutus ori matricis supponatur,& secunda hora, & tertia similiter. Si autẽ ad tertiam horam odor allii ad os peruenerit,& de matri

ce aliquid albi emissum fuerit, certũ signũ cõceptionis est. Ad idem, moschi, ambræ, cinnamomi, spicæ, ana scrup. 1. in puluerem redige, & in coaguli leporis drach. 1. & balsamo, aut muscelio sufficienti confice, & inde madefactum Bombacem ori matricis supponat. Ad idem, coaguli leporis, corticis mãdragoræ, ana drach. 3. opii drach. 2. tere, cum melle despumato confice, & mane in quantitate maioris auellanæ cum uino sumatur. Semen moschi quod in robore nascitur tritum, & cum uino sumptum, incipientibus menstruis, & deficientibus probatissimum est. Cerui testiculorum puluis cum uino bibitus, & fel capreoli suppositum idem præstant.

MEDICAMENTVM AD MORTVVM infantem excutiendum. Cap. 667.

ELixatura artemisię sępius pota Embryũ exangue explodit. Secundas excludit, astrictionem matricis soluit, menstruis imperat, succus eius myrrhæ mixtus, & matrici suppositus omnia supra scripta in effectu apparere facit. Ad idem, lupini farina cum melle, & myrrha mixta, & supposita abortum facit, & menstrua prouocat. Ad idem. Ruta sæpius comesta, & apozema eius epotum abortum facit, menses prouocat, coliq; dolores sedat. Ad idẽ, calamintha trita muscelio madefacta, & ori matricis apposita abortum facit, & mortuum fœtum excludit, eius succus nouies potus menstrua deducit, & morbum regium emendat. Ad idem. Absinthium tritum, & suppositum menstrua prouocat, & infusum eius sæpius assumptum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD PARTVM accelerandum, & mulierem perpurgandam. Caput, 668.

BOrraginis succus cum drac.2. muscelii aūt 1. Balsami potus utrumq; præstat. Balsami mū-di drac.2. aut 3. potæ mirabiliter operantur. Ad idem. Borraginis pulueris drach.3. cum succo rutæ, aut porri epotas, nouimus experientia condu-cere. Ad idem, succus cicoreæ in potu sumptus eas-dem probe purgat.

MEDICAMENTVM AD SECVN-das eiiciendas. Cap. 669.

IN caldeario pleno aqua hordeacea palea. Bul-liat, super aquam patiens sedeat, ita ut calor aquæ ad genitalia recipiatur, ad hoc etiam picra, theo-doritum, hypocisthon cum diagridio, & eldagmara optime faciunt.

MEDICAMENTVM VT MVLIER non concipiat. Caput. 670.

CAules accensos in menstruis suis extinguat. Ad idem Gagates lapis adligatur pro amu-leto.

MEDICAMENTVM AD MEN-strua prouocanda. Cap. 671.

DIptami drac.1. Phu, asari, radicis meu, acori ana drac.2. tere, & in passi cretici sextariis 3. coque & cum opus fuerit mane sesqui cya-thum dabis. Ad idem radicem urticæ maris. asari, cy peri, hyperici, Epithymi, polypodii, ana ęqualia pon dera cum uino ad medietatem coque, & inde mane, & sero cyathum exhibe. Ad idem radicis brancæ ur sinæ, artemisiæ, rutæ, cicutæ, matris syluæ, ana fascicu lum 1. in uini phia. 9. ad tertiam coq;, & cola, & pul-ueris rubeæ Constantinopolitanæ drac.3. decoctio ni adhibe, & tepidum per dies 3. mane propina.

MEDICAMENTVM. Cap. 672.

AD menſtrua prouocanda quanquam longo tempore adſtricta, & ad mortuum conceptũ excludendum. Reupontici, caſiæ fiſtulæ, piperis, artemiſiæ, rutæ, dauci, diptami ana æqualia põdera in puluerem redige, & cum melle tempera, & mane inſtar auellanæ cum uino tepido da. Ad idem ſucci helenii partes 2. cum ſucci rutæ parte 1. nouies potæ, menſtrua prouocant, & partum expellunt.

MEDICAMENTVM AD PROfluuium ſanguinis narium ſiſtendum. Caput. 673.

COrallii rubei, foliorũ, ſinopidis, caudæ hippo ſetæ, boli, thuris maſculi, ana æqualia pondera in puluerẽ redige, & inde drach. 4. in ſucco pentaphylli ieiunis da. Succus caudæ equinæ cũ uino potus profluuium coercet, & narium ſanguinis fluxum compeſcit. Ad idem, ſeminis hyoſcyami, & papaueris, macis, ſanguinis draconis, gypſi æqualia pondera in puluerem redige, & inde ſemunciam cũ apozemate turionum rubi propina, pentaphyllon cũ herba pedis pulli tritum in nares immiſſum fluxum ſanguinis prohibet: & profluuium matricis ſiſtit, boli, & caryophyllorum ana drach. 2. Idem pollent.

MEDICAMENTVM AD PROFLVuium ſiſtendum. Cap. 674.

COrnu ceruini uſti, & loti Kecrabræ, ideſt cardamomi, acaciæ, gypſi, hæmatitidis, corallii, opii, macis ana æqualia pondera ſubtiliter tere, & cribra, & exinde ſcrup. 4. cum ſucco ſymphyti propina. Ad idem, pentaphyllon cum radicibus ſuis oſtreæ combuſtæ, & inde drach. 2. cum puſca, aut uino ueteri propina.

ANNOTATIO.

PVSCA barbaris medicis ſæpe ponitur pro aqua appoſita acinis uinaceis expreſſo iã muſto. Et

uetus Translator Serapionis ubi puſcam Dioſco. & Auicennæ citatam deprehendimus, pro puſca acetum, & aquam repoſuit, quod Oxycraton dicitur. Alexander Trall. de intemperie capitis, Puſcam ex aceto confici teſtatur M. Syluaticus.

MEDICAMENTVM AD MENSTRVA ſiſtenda. Caput. 675.

Cornu ceruini uſti, & corallii uſti drach. 2. cum aqua pluuiali bibendæ. Et uice peſſarii de cymis abſinthii ſuppone: Symphyti decoctio idem præſtat. Ad idem, arboris Eſculi, & Quercus gummi cum pluuiali aqua potum mirabiliter ſtringit. Ad idem: cymas lentiſci, & myrrhæ nigræ, Symphyti, & ruſci, Gypſumq; tritum in uini optimi phia. 9. ad medictatem decoque, & per 4. uel 5. dies phia. 1. patienti propina.

MEDICAMENTVM AD DOLOrem Iſchiadicum, ſeu qualiſcunq; loci. Caput. 676.

Radicis arboris Vlmi corticem in aqua diutiſſime coque, & cola, deinde radicem in modum electuarii tere, & cum decoctione ipſa loca diu fomenta, poſtea impone. Ad idem. Recipe cymini ſicci ſeminis, lini ſicci ana unc. 3. in puluerem redige, & cum ſucco mercurialis in modum, unguēti tempera, & præfomentatis locis ex decoctione Pulicariæ minoris, & Calaminthæ, & abſterſis medicamentum illine, & ſubtili carminata lana intege, & lanam de medicamento illine, applica iterum atque iterum. Ad idem, terræ ſiculæ quæ Tiſilia dicitur, Aloes ana unc. 1. ſuccum herbæ mauræ, & Fœniculi, & aceto confice, & lenes ad prunas, donec condēſari incipiat decoq3, & tepidum illine, & ſtupā appo

Terrā ſigillatā puto legēdum eſſe. Maurellā herbā Solatrum faciūt Macer ſtrychnum

ne. Ad idē. Tartari uini, ſeminis Cardami ana unc. 1. Thuris, aloes, ana unc. ſemis tere, & locis melle perū ctis ſcriptum puluerem inſperge, & carpinata lana tege. Ad idem, Iridis radicis uiridis, & torridarum frondium ana æqualia pondera tere, & ſuccum earum da bibendum ieiunis, faſciculosq; earum calefactos cum oleo locis dolentibus ſæpius mutando impone.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 677.

CArdami ſuccus cum aceto, & polenta mixtus, & impoſitus dolorem Iſchiadicum, tumorē, & duritiem tollit, Puluis ſeminis eius loco calido melle peruncto ſępius inſperſus par beneficium præſtat. Ad idem calaminthæ uiridis partes duæ, & rutæ una tritæ, & cum oleo calefactæ, & impoſitæ opitulantur. Cardamomum cum aqua tepida epotū idem operatur. Ad idem, artemiſia cum aceto, & axungia trita, & impoſita optime facit.

MEDICAMENTVM AD PODAgram calidam ex flaua bile generata. Cap. 678.

REcipe Ceræ unc. 5. Ouorum uitellos. 5. Olei Chamæmelini unc. 2. & ſemis, Fabæ farinæ unc. ſemis. Farinam cum uitellis ouorum diu in mortario miſce, deinde ceram cum oleo ſolutam adde, & diutius confunde donec unum corpus fiat, repone, & utere frequenter mutando. Ad idem. Pſyllii ſemen in aqua infuſum, & cum farina hordei tritum, & cum oleo roſaceo, & ſucco Strychni impoſitum mirabiliter dolorem mitigat. Ad idem, foliorū hyoſcyami, lactucæ, portulacæ ana æqualia pondera tere, & addita modica farina hordeacea, cum oleo roſaceo attempera, & impone. Lenticula, aut Bleta ſimul, aut ſigillatim trita, & impoſita, idem pręſtat.

Ad idem foliorum papaueris, intibi, plantaginis, ana æqualia pondera bene trita, cum pulpa panis infusa æstate in aqua, per hyemē in uino adiuncto oleo rosaceo optime permise, & super impone. Ad idem lycium cum croco, & succo perdiciados tritum, & illitum, egregiam uim sanandi habet. Ad idem, lenticulæ farinam cum mulsa, & oleo rosaceo coque, & impone mirabiliter adiuuat. Succus acaciæ cum pusca illitus idem operatur.

MEDICAMENTVM AD IDEM. Caput. 679.

IN mellis attici libr. 1. rosarum succi unc. 4. ad spissitudinem coque, & ablato ab igne unius unciæ puluerē diagridii superadde, & inde iuxta uires ægri expende. Ad idem, pulueris absinthii, diagridii æqualia pondera cum rosaceo confice, catapocia informa, & exinde 7. uel 9. aut 11. iuxta uires ægrotantis deuoranda offeres.

MEDICAMENTVM AD PODAgram ex frigido phlegmate factam. Caput. 680.

IN aceto acerrimo mixta origanum, saturegiā, calamintham in montibus collectam coque, & cola, exinde dolētia loca fomenta frequēter in die, prohibet enim aliud renasci rheuma, & dolorem mitigat. Ad idem. In calida decoctione Crisonis, urticæ regalis conii, & spargulæ farinam de germania cum axungia porcina coque, & uelut cataplasma impone. Folia ulmi, salicis, & fraxini in lacte caprino, & succo lini seminis cocta & imposita idem operantur. Ad idem, in uino subtili Fœnigræci, & lini seminis coctæ farinæ partes tres, lilii una, addito modico oleo nardino, aut cyprino tepide imponantur, barbascus angustiora folia habens tritus, & imposi-

Crisson est altera sisymbrij species quæ cardamine. i. nasturciaria dicitur, nō autem Senatio, sicut uulgus medicorum credit. Euricius cordus. Spargulā sunt qui Rubeam minorē describant, quoniā rubeæ adsimilis eius tamen crescēdo longitudinem non adsequitur. Ingreditur etiam Vng. Marciaton.

tus dolorem infra paucas horas ita tollit, ut facultatem ambulandi restituat.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM, & duritiem articulorum. Cap. 681.

Ceræ albæ, adipis anserini, olei populini ana unc. 1. lento igne dissolue, & cola, & scrup. 5. euphorbii pulueris admisce, cumq; opus fuerit utere. Pulegium Polentæ adhibitum, & inductũ, tumoribus, & podagricis doloribus potẽter obsistit. Ad idem, brassicæ, rutæ, coriandri, axungiæ salitæ, ana æqualia pondera cum modico sale diu tere, & cum sufficienti farina hordei subige, tepidumq; locis dolentibus impone.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM podagricum siue ex frigido siue ex calido factum. Cap. 682.

Radicis lilii puræ non aqua ablutæ, seui ueruecini ana unc. 2. simul tere, & coque, & cola, deinde ceræ, & olei ana unc. 1. solue, additoq; sufficienti puluere mastiches simul omnia misce, & alutæ inducto utere. Succus hyoscyami plantæ pedis adhibitus, instar cataplasmatis tumores podagricos dispergit doloresq; mitigat. Eius seminis drach. 1. puluis in cyatho bibitus mulsæ podagricis, & arteticis singulare remedium est.

MEDICAMENTVM PODAGRIcum. Caput. 683.

Recipe lini seminis unc. 8. colophoniæ, guttæ, ammoniaci, ceræ, lactis de uacca nigra, olei ueteris ana unc. 3. seui taurini unc. 2. & semis, oua 4. ammoniacum in lacte infusum cum lini semine, & ouis tere. Mox colophonii puluerem adde. deinde in oleo ceram, & seuum ad lentum ignem soluta adiunge, commisce, & utere. Ad idem, radix artemisiæ præmansa, & comesta intolerabiles poda-

gricorum dolores cum omni celeritate coercet. Eadem herba cum oleo subacta, & imposita, neruorum dolorem, & tumorem mirifice sanat.

MEDICAMENTVM AD PODAGRAM ex sanguine generatam. Caput. 684.

SApæ partes tres, & olei ueteris 1. simul misce, & cum lana, ut supra, impone, bene facit hoc cũ causa altius insederit. Ad idem, Fœnigræci, sulfuris uiui, Nitri ana æqualia pondera in puluerem redige, & in balneo cum cœperis sudare utere, & post hoc decoctionem corticis radicis salicis cum aqua rosacea, aut myrtina factam, capiti, & toti corpori infunde. Ad idem, semperuiuum diligenter tere, & cũ uino rosaceo in quo mala granata decocta fuerint in alphita coque, & locis dolentibus impone. Ad idẽ, Brassicæ folia in sapa cocta tere, & cum fece aceti, & uitellis ouorũ duobus subige, addito modico olei rosacei, cumq; opus fuerit locis dolentibus impone. Viscago quæ in piris, aut auellanis inuenitur in uini phia. 9. ad tertiam cocta, & per 3. dies mane potata idem præstat.

MEDICAMENTVM AD OMNEM PODAGRAM, & guttam. Caput. 685.

REcipe Hermodactylorum, Diagridii, turbith ana drach. 8. Cinnamomi, alypiados herbæ, seminis saxifragæ, ana scrup. 7. Caryophyllorum, coccugnidii, granorum solis ana scrup. 6. Galangæ, spicæ colocynthidos ana scrup. 5. Epithymi, lapidis lyncis, cymini ana scrup. 4. Agarici, anisi, Orobi albi ana scrup. 3. Mastiches, zingiberis, Euphorbii ana scrup. 1. Hæc omnia in puluerẽ redige, & inde scru. 4. aut amplius secundum uirtutem, egressis ex balneo cum Hydromelite da, hoc enim Ileon soluit, lapidem frangit, & stranguriam tollit.

MICLETA. Caput. 686.

PRoprie ualet ad Hęmorrhoides, & ad uētris torsionem, & rugitum lienteriæ, & Dysenteriæ, & optima est omni solutioni uentris, medietas est libr. 1. Recipe Myrobalanorum citrinorū, Indorum, Kebulorum mundatorum assatorum ana drach. 2. & semis. Nasturcii drac 2. Bellyricorum emblycorum assatorum drach. 2. Cymini, anisi, ameos, carui ana sesquidrachmam, infusa in aceto die ac nocte dimittantur, & assata pulverizētur, tunc adde spodii, Balaustiorum, Summac, Mastiches, Gummi arabici ana drach. 1. & grana 15. fricentur omnia cum oleo rosaceo, & temperentur cum myrtino Syrupo, dentur cū aqua pluuiali, mane, in meridie, & uesperi.

MEL ROSACEVM. Cap. 687.

GRæci Rhodomeli uocant, conficitur ita ut in lib. 10. albissimi, & purissimi mellis despumati succi recentium rosarum libr. 1. ponatur in cacabo ad ignem posito, & cum bullire inceperit, uiridium rosarum forfice, uel cultello incisarum lib. 4. addantur, & bulliant ad consumptionem succi, interimq; semper agitetur, & in fictili uase seruatum tempore non deterius sed præstantius redditur. Stomachum confortat & mundificat, cum frigida, constipat, cum calida mundificat, datur mane, & meridie, de eo conficitur Diamargariton Caryophyllatū, & Rubea Trochiscata. Rhodomel's

MEL VIOLACEVM. Cap. 688.

EOdem modo conficitur. Quod ualet febrientibus, cum tepida corpus humectat, & relaxat, ualet ad siccitatem pectoris cum tepida.

NEPHROCATHARTICVM MAIVS.
Caput. 689.

Impressus codex legit de renibus & uesica.

Congruit Iliosis quibus urina detinetur cum apozemate milii solis, ad quantitatem auellanæ epotum, de renibus ad uesicā lapides potenter expellit cum apozemate saxifragæ sumptum, menstruis imperat cum decoctione artemisiæ, & coli tumorem sedat cum decoctione costi. Recipe lapidis lyncis unc. 4. croci orientalis unc. 2. & solis 2. zingiberis, euphorbii, myrrhæ, libani, uesicæ capri, lapidis in hepate, uel uesica porci inuenti, cymini, hyoscyami seminis, macedonici seminis, citri ana unc. 2. nardi, schœnanthus, costi, pyrethri, casiæ, saxifragæ, gummi hederæ, cypressi, pilularum baccarū daphnidis, piperis nigri, & albi, rutæ seminis, & iuniperi ana unc. 1. balsami styracis, sanguinis hyrcini, struthii, acori, asari, phu, meu, aristolochiæ longæ, & rotundæ, betonicæ, physalidos, dauci, petroselini seminis erucæ ana unc. 5. & semis: urticæ seminis solis 2. succi brusci, & asparagi ana solis 1. mellis quod sufficit. Dosis eius drach. 3.

Impressus codex apri legit pro capri.

Videtur in hoc medicamēto uncia expressa esse pro drachma.

Solis nō pro sole, sed fortassis pro solido acipiendum uenit.

NEPHROCATHARTICVM MInus. Caput. 690.

Ad emphraxin hepatis, & ad eos qui urinam cum cruciatu reddunt: lapides in uesica, & renibus potenter frangit, & expellit. Recipe caryophyllorum, radicis saxifragę, polypodii, trygonis fimi, piperis nigri, & albi, & longi, seseleos, macedonici, petroselini, asparagi seminis, leuistici, basilici, & citri seminis ana drac. 9. balsami drac. 7. mellis quod sufficit, dosis eius drach. 3. ieiunis cum lacte. Cuius uirtutem si probare uolueris lapidem aliquem infra puluerem in ampulla uitrea nocte ac die reconde, & inuenies confractum.

Per Trygonos fimum turturū stercus intelligit.

NVCLITICVM MAGNVM. Cap. 691.

Peculiare ad ilii dolorem, nephriticis, stranguriosis, & quibus lapides in renibus, & uesica

ſunt opitulatur, menſtruis imperat, & uentoſitatē matricis mirabiliter expellit. Recipe Euphorbii, Turbith, Myrobalani, Citrini corticis, ana drach. 8. Cinnamomi, Cyperi, aſari ana drach. 6. Caryophyllorum, zingiberis, Schœnanthus ana drac. 4. Albæ uitis, Costi, Xylobalſami, Glycyrhizæ, anthophali, xylocaſsiæ, pyrethri, Meu, aſparagi radicis Saxifragæ, piperis, aniſi, Sinoni, cymini, Alexandri, petroſelini, fœniculi, ſeminis rutæ, agreſtis, lactucæ, granorū ſolis, ammeos, ana drac. 3. Mellis quod ſufficit, dabis in modum auellanæ mane cum tepida, & ſi quis medicamentum ſumere dedignetur ob nauſeam præſcriptorum puluis drac. 3. addita Tragacanthæ drachma in muſcelio, aut nardino oleo ſoluta cum ſucco tithymali confice, indeq; pilulas in modum orobi informa, & cum opus fuerit 7. aut 9. ſiue 11. ſecundū uirtutem poſt cœnam cum apozemate Polypodii, uel Parthenotidos deuorabis. hoc enim ita expertum eſt, ut ſub una hora Ileon ſoluat.

NVCLITICVM MINVS.
Caput. 692.

OPtimum ad ulcera Renum, & Veſicæ, & dolorem ipſorum locorum facit, & cholicis, & Stranguriosis. Recipe Piperis albi drach. 21. hyoſcyami dra. 20. ſeminis cucumeris domeſtici, apii ana drac. 5. Croci, amygdalarum amararum, Conii, Lapati, Fœniculi, ana dra. 3. Opii, Pyrethri, Euphorbii, ana drach. 1. Mellis quod ſufficit, dabis ſicut philonium antidotum.

NESTORIANVM MAGNVM.
Caput. 693.

QVod conducit ad eos qui Thrombos, ideſt grumos ſanguinis mingunt, & lapides in renibus, & ueſica habentibus ſubuenit, & Co- Thrombus quid.

licis medetur. Recipe Carpobalsami drac. 11. Folii, Costi ana drach. 5. Casiæ, Myrrhæ, Asari, Petroselini ana drach. 4. Zingiberis, agarici, piperis, amomi, Seseleos, Sinoni ana drach. 3. Cinnamomi, Dauci Cretici, ana drach. 2. Acori, Cymini ana drach. 1. mellis quod sufficit. Datur mane, & uesperi in modum auellanæ cum tepida.

NESTORIANVM MINVS. Caput. 694.

HOc lapidem in Renibus, & uesica sine mora frangit, & expellit, Dysuriam, & stranguriam aperit, & coli dolorem compescit. Recipe pyrethri, seminis selini ana drach. 25. Petroselini dra. 12. agarici drac. 6. mellis quod sufficit. Datur mane, & Vesperi cum condito.

NOSOPHIGIVM. Cap. 695.

ACcommodatum est ad dolorem lateris, & optime ulcera Renum, & uesicæ purgat. Recipe Nucleorum pini drac. 54. Saxifragæ 36. Zingiberis, seminis Lini ana drach. 18. Seminis apii, drach. 13. & semis, Nardi, Casiæ, asari, Folii, Eringii, Diptami, Baccarum lauri, seminis Ozymi ana drac. 9. Costi, Cyperi, Betonicæ, Petroselini ana drach. 4. & semis. Mellis quod sufficit. Datur ad magnitudinem fabæ cum Mellicrato in balneo.

NERÆ CONFECTIO. Cap. 696.

REcipe Ambræ orientalis uel occidentalis un. 1. Ligni Aloes optimi drac. 3. Moschi scrup. semis, Camphoræ grana 5. Conficitur sic, inueniatur caciola ad modum Caciæ, qua colatur Syrupus uel mel, tamen non perforata, & imponatur Ambra, & super prunas liquefiat, liquefacta ab igne

deponatur,& postea lignum Aloes puluerizatũ subtilissime admisceatur,deinde addatur moschus diligenter malaxando manibus. Postremum Camphora unaquaque re per se puluerizata,postea diligenter malaxando manibus extendatur, & cum infrigidatũ fuerit frustillatim incidatur, ualet dolori matricis si mulier per inferiora fumum recipiat, & est præciosius incensum quod inter cætera reperitur, ualet etiã satis ad concipiendum.

OPOPIRA MAGNA. Cap. 697.

QVam sanctissimi uiri Cosmas, & Damianus usurparunt Guttam quæ oculum, Labium, & linguam ita distemperat,ut si expedire sermonem non proferat,aut non loquatur, curet.Et Paralysi gutturis,Brachii,manuum, crurum,pedum, & totius corporis optime medetur cum apozemate Saluiæ,Costi,atq; Castorei:contractioni neruorum, subuenit,Epilepticis,Melancholicis, & Maniacis cũ decoctione thuris masculi auxiliatur, tussientibus,& omnibus doloribus pectoris, & stomachi cum decoctione Calaminthæ,& Cymini,Hepaticis cũ apozemate apii & Eupatorii, Spleniticis cum apozemate Hyssopi & Pulegii,Iliosis cum decoctione Iridis, & Macedonici, Calculosis cum apozemate saxifragæ, & Ozymi, Colicis cum decoctione Polypodii,& Parthenotidos, typice febrientibus cum apozemate Pegani, Struthii, & pyrethri prodest, & ad multas alias passiones corporis facit. Recipe Opii Thebaici drachm.36. Cinnamomi, Caryophyllorum, Nardi, Galangæ, Croci, Costi, Zedoariæ, Zingiberis, Xylobalsami, Reupontici, pyrethri, corallii, Tragacanthæ, Myrrhæ Troglodyticæ,castorei,opoponacis, piperis nigri, & albi,& longi ana dra.31.& semis, Rasuræ Eboris,

Elelisphaci, herbæ paralysis ana drach. 18. Balsami, moschi, xyloaloes, Schœnanthus, casiæ fistulæ, Styracis calamitæ, mastiches, Confitæ rubeæ, Galbani, Sagapeni, Laseris, meliloti, aristolochiæ rotundæ, Dracontii, asari, Ellebori nigri, Meu, Peoniæ, Raphani, corticis peucedani, acori, mandragoræ, Betonicæ, gẽtianæ, chamædryos, pulegii, centaureæ maioris, & minoris, celticæ, & absinthii, proserpinacæ, Brathei, capilli Veneris, Sponsæ Solis, Hyperici, Vincetoxici, prasii, pegani, mille folii, calaminthæ, cardamomi, carpobalsami, anisi, libystici, hyoscyami radicis, seminis lupini, pollinis Orobi, Alexandri, Baccarum lauri, marathri, Sileris ana drachm. 9. Mellis quod sufficit.

ANNOTATIO.

TRANSLATOREM Nicolai constat hallucinatum fuisse in non paucis simplicium medicinarum nominibus efferendis. Sicut igitur pro Perdicio Perdiciadem alicubi, & Latherida pro latheris, Alypiada pro Alypo, ita Parthenotida iam pro Parthenio puto pronunciare, de quo agit Diosco. lib. 3. Leucanthemon etiam appellans. Cæterum Neotericorum quidam Cotylam fœtentem, nonnulli uocatam Matricariam hanc ipsam esse diuinant.

OPOPIRA MINOR. Cap. 698.

A Supra scriptis sanctissimis uiris dictata, & a multis sapientissimis confirmata. Facit contra omnes mortiferas passiones, ut dià tessaron, quæ quãuis in numero specierum minor superiori uideatur, tamen in operatione par existit. Recipe myrrhæ Troglodyticæ, Silphii, Rasuræ Eboris, piperis, Gentianæ, aristolochiæ longæ, Rhamni cocci, Saluiæ, chamępithyos, chamædryos, diptami, centaureæ, absinthii, Vincetoxici ana drach. 36. Peoniæ

drach.27.Spicæ,zingiberis,anacardi, castorei, opo-ponacis,piperis longi,opii,helenii ana drach.9.Balsami,Moschi,ana drac.4.& semis,mellis quod sufficit.Datur in pondere auellanæ cum tepida.

OLYMPICVM MAGNVM. Cap.699.

QVod auxiliatur cephalalgicis,& ad guttam, paralysin,& arteticis,tussientibus,& asthmaticis prodest, nephresin, & typica frigora emendat,tormina intestinorum,& dolorem laterum placat.Recipe Cinnamomi,Spicæ,castorei,amaraci, elelisphaci,Gentianæ,Vincetoxici.Sulfuracæ,herbæ paralysis,ana drach.16.Opii drach.14.Galangæ,zedoariæ,casiæ fistulæ,Glycyrhizæ,croci orientalis,styracis,calamitæ,rubeæ,Galbani,myrrhæ, carpobalsami,piperis nigri, cardamomi,amomi,petroselini,macedonici,marathri,Sileris,peoniæ, Diptami, peucedani,mandragoræ corticis,rutæ, acori, ana drach.8. Balsami,folii,rasuræ Eboris,ossis de corde cerui, libystici, apii, Sagapeni,opoponacis, hyoscyami ana drach.4.Xyloaloes, mastiches, Schœnanthus,reupontici,celticæ,piperis albi, anisi, carui, Sinoni ana drach.3.Moschi, Ambræ,piperis longi, seminis basilici,ana drach.2.Mellis quod sufficit, dabis in modum auellanæ cum aqua calida,in qua Calaminthæ, aut ruta decocta fuerit.

OLYMPICVM MYROLOGOdion. Caput. 700.

HOc utile est caput dolentibus, & scotomaticis,& paralyticis,atque his quibus lingua resoluta est, aut aliud membrum: tumorem, & debilitatem cordis aufert, peripleumonicis, & hepaticis subuenit, quotidianarios, tertianarios, & quartanarios cũ calida lenit, alios omnes cũ mulsa.

Recipe cinnamomi, nardi, croci, piperis nigri ana scrup.9.folii, Galangæ, Zedoariæ, Glycyrhizę, casię fistulæ, Styracis calamitæ, confitæ rubeæ, opii, Galbani, castorei, rasuræ eboris, Gentianæ, Elelisphaci, Betonicæ, amomi, cardamomi, carpobalsami, piperis longi, Rutæ, seminis Fœniculi, petroselini, apii, Lini, Stœchados ana drach.4.& semis, ligni, aloes, costi, Schœnanthus, opopanacis, Sagapeni ana drach.4. Balsami drachm.2. Moschi drachm. mediam, mellis quod sufficit.

OXYPORIVM DIA'NARDINVM. Caput. 701.

Oxyporion uel Oxyporon est medicamen cito penetrãs. Quẽ in modum Aetius li. 9. ca. 23. Diacalaminthes confectionem appellat Oxyporiã, Vetatq; Oxyporia à cibo sumẽda, ne crudi aliquid secum abducãt, unde operentur obstructionem.

VTilissimum ad dolorem stomachi, Vomitũ sistit, appetitum prouocat, digestionem procurat, Hepaticis, Spleniticis, nephriticis, & stranguriosis mire subuenit, interna uitia emendat. Recipe nardi, cinnamomi, amomi, piperis ana drac. 12. Galangæ, zingiberis, anisi, seminis marathri ana drac.8. Pyrethri, cyperi, carui, amei ana drac.4. Mellis quod sufficit. Datur pondere auellanæ, febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

OXYPORIVM DIA' PISTACION. Caput. 702.

OPtimum arteriacis, asthmaticis, Tussiculosis, peripleumonicis, stomachicis, nephriticis, colicis, & Strãguriosis. Recipe Pistaciorũ, Strobilorum purgatorum, hyssopi, piperis ana drac.10. Zingiberis, cyperi, Thymi, cardamomi, ana drach.7. zedoariæ, Iridos, Thymbræ, leuistici ana drac.4. Mellis quod sufficit. Datur in pondere nucis põticæ cum decoctione Glycyrhizæ.

OXYPORIVM DIA'CIDONION. Caput. 703.

PRodest ad fastidium, digestionem, & acidum ructum, uomitum, nauseam, & dolorem stomachi compescit. Recipe succi malorum Cydoniorum, mellis ana lib. 2. Aceti in quo radices foeniculi decoctæ fuerint lib. semis, Maceris, caryophyllorum, zingiberis, piperis ana drac. 10. Cinnamomi, cymini, anethi, seminis macedonici ana unc. 7. Nucis myristicæ, carui, anisi, Seseleos ana drach. 3. Succus malorum, & acetum, cum melle ad spisitudinẽ coquatur, & specierum puluere adhibito, in modũ electuarii conficiatur. Datur uomitibus in quantitate maioris Auellanæ, cum decoctione Menthæ, cæteris cum uino.

OXYPORIVM DIACYMINV.
Caput. 704.

Aetius li. 9. c. 27. propemodum hoc Oxyporion describit. Paulo tamẽ aliter.

QVod facit ad omnem frigiditatem, dolorem stomachi, uomitum coercet, & ad tussim mirabiliter prodest. Recipe cymini pridie in aceto infusi, & sicci drach. 10. Costi, zingiberis, piperis, foliorũ pegani ana drach. 8. Galangæ, nitri, amaraci, menthæ foliorum, ana drach. 4. Mellis quod sufficit. Dentur de eo drachm. 3. cum apozemate Calaminthes.

OXYPORIVM DIADACTYLON.
Caput. 705.

Vide Aetiũ li 3. ca. 90. qui appellat Oxyporiũ Diàphœnicon i. è palmulis, licet aliã descriptionem recenseat.

OPtimum ad frigiditatem stomachi, & uomitum, dolorem eius compescit. Appetitũ iuuat, digestionẽ celebrat, & malos ructus emẽdat, lumborum stuporem, & grauedinem placat, & nephriticis prodest. Recipe dactylorum carnis excoriatæ, drach. 15. Macis, Caryophyllorum, Galangæ, zingiberis, Amaraci ana drac. 10. Costi, zedoariæ, piperis, anethi, hedyosmi ana drac. 7. nucis Myristicæ,

Masticħes, Thymbræ, Anisi ana drac. 3. mellis quod sufficit, dentur de eo drach. 3. cum decoctione Calaminthes, aut cum uino Myrtino.

OXYMELI IVLIANI. Cap. 706.

VTilissimum arteticis, & podagricis, & mirabiliter pingues humores, & tenues mixtos qui in nodis, uel articulis altius insederint, purgat, & omnia membra quæ ex alio humore fuerint debilitata purgando confirmat, ita ut ad prioris officii usum reformata restituat. Recipe aceti acris sextarios 10. mellis quod sufficit, tedæ pinguis lib. 1. Thymi, Coccugnidii ana drach. 36. Foliorum rutæ, origani, Alypiados, pulegii, acori, lathyridis, Ebuli, cymarum, Canabis quód. x. Sambuci mediani corticis, Scillæ interioris, ana drac. 27. Iridos, polypodii, Epithymi, Ellebori, Ambaris ana drach. 18. Mandragoræ radicis anethi, ana drac. 13. & semis, Folii, Spicæ nardi, Costi Reupontici, agarici, asari, Hyperici, Cymini, Anisi, Amomi, ana drach. 9. Omnes herbæ, radices, & semina præter ea quæ ad trituram seruantur, per triduum in aceto infundantur, & ad medietatem decocta colentur, & melle adhibito iterum usque ad spissitudinem coquantur deinde lathyridis bene purgatæ, & tritæ, & Coccugnidii, Costi, Spicæ, nardi, Agarici puluis adhibeatur, cumq; opus fuerit drach. 3. aut 6. aut 8. cum acqua tepida sumantur, alii uero uolentes medicamen fortius efficere, addunt Diagridii, Costi pulueris ana unc. 2. sed si non addun tur, suauius assumitur.

Ambaris .i. ambræ.

Vide Paulũ li. 7. ca. 5 & li. 3 ca. 13.

OXYMELI ORIBASII. Cap. 707.

QVod præstat ad uitia pectoris ad stomachi tumorem, & dolorem, & duritiem: tumores enim tollit, & diaphoresin facit super incur

rẽtis humoris. Recipe aceti ſextarios 2. Scyllæ lib. 1. mellis ſextarium dimidium, Staphiſagriæ, Myrrhæ, Iridos Illyricæ, ana drach. 9. ſcilla in aceto ad medietatem coquatur, & colato melle adhibito, iterum ad ſpisſitudinem bulliat, poſthac puluis terendorum addatur, & exinde drach. 3. aut 6. ſiue 9. cum aqua tepida dentur.

OXYMELI CHRYSVSPERMAtos. Caput. 708.

HOc cõmodat Pleuriticis, Ictericis, & quibus in ſtomacho morſus, & quaſi a terebro perforationes ex Colico dolore fiũt. Tertianarios uero tertriduo interpollato acceptum incunctanter perſanat. Recipe aceti acris ſextarios 2. mellis 1. Catapuciarum purgatarum drach. 36. ſeminis Chryſolochanæ purgatæ, drach. 26. Radicis ſeminis drach. 18. Sicydis radicis uiridis, Elaterii ana drach. 9. Species omnes præter Elaterium tritas, & in acetum biduo infuſas ad medietatem decoque, & per tenerũ linteolum adamusſim cola, deinde Elaterium in eodem aceto diſſolue, & addito melle iterum ad ſpisſitudinem lento igne bulli, cumq́; opus fuerit drach. 4. aut 6. ſecundum ægri uires cum aqua tepida ieiunis exhibe.

Radix intelligitur Raphanus quo nomine aliquoties ſpecies nomine generis compellatur.

OXYMELI ELLEBORITE. Caput. 709.

QVod congruum eſt Maniacis, Melancholicis, Cephalalgicis, & ad Scotoma, ideſt uertiginem, & aurium ſurditatem. Quotidianarios, & Quartanarios bis decem interpoſitis diebus uſurpatum in ordinem redigit. Recipe aceti ſextarium 1. Mellis dimidium, foliorum Ellebori uiridiũ cum radicibus drac. 54. Lacteridarum purgatarum,

Dicere uoluit ut opinor lathyridis purgatæ.

Sicydis uiridis radicis ana drach.18. Croci aphricani, Xylocinnami ana drac.9. In aceto Elleborũ cum speciebus præter Xylocinnamum per diem, & noctem infunde, & sic lenes ad prunas coq;, & diligenter cola. Post succum melle addito iterum ad spissitudinem bulli deinde subtilissimum puluerẽ Xylocinnami insperge, cumq; opus fuerit drach.4. aut 6. secundũ uires ægrotantis ieiunis cũ tepida propina.

OXHALME. Caput. 710.

OPtima Epilepticis uice gargarismi adhibita, Asthmaticis, Ischiadicis, & Arteticis salubris, phlegma dissoluens. Recipe Mellis heminas 10. Aquæ cotylas totidem, Salis heminas 7. Aceti uiscidi cotylas.5. Sal in aceto, & aqua soluatur, & melle adhibito ad spissitudinem coquatur, cumq; refrigeratum fuerit in uase condatur.

De Oxhalme consule Diosco. li.5. cap.15.

OLEVM NARDINVM. Cap. 711.

QVod contra multa humanæ salutis hostilia Vindicianus medicę artis didascalus author subtilissima indagatione inuenit. Virtus eius calefactoria, & relaxatoria est. Inunctum Cephalalgicis, & hemicranicis prodest, dolorem auriũ cum pipere trito ueteranum aufert, Paralyticis, & tremulis summum remedium est Arteticis, & podagricis inunctum furiosos dolores mitigat, antidotis, & electuariis ad lapidem Renum, & Vesicæ confectis admixtum nõ uulgariter opitulatur, Matricis dolores, suffocationes, & tumores pessariis adhibitum, & supositum mirabiliter sedat, Stranguriam, & dysuriam cum tertia parte succi Ozymi per Catheterem clysterizatum absq; mora soluit, & ad multa alia facit. Recipe Olei Hispani unc.75. Asphalti, Myrrhæ, Nigellę uiridis, Spicæ ana un.6. Xylobalsami, Caryophyl-

Vindicianus medicus.

lorum, Cyperi, Schœnanthus, Aristolochiæ, Enulæ campanæ, ana un.3. Balsami, cinnamomi, calami aromatici, Folii, carpobalsami, cassami, cardamomi, ana unc.2. Nucis Myristicæ, Styracis, costi, casiæ fistulæ, labdani, phu, asari, amaraci, masticħes, fascis gallici, Sami, Myrrhæ Syriacę ana unc. semis. Cōfice sic. Asphaltum, Myrrham, Enulam, Phu, asarum, carpobalsamum, Myrrham, Xylobalsamum, Sansuccum, particulatim tusa, & in aquæ sextariis duobus die, & nocte infusa oleo admisce, & tā diu coque, donec aqua consumatur, non tamen undequaq; ne oleum exarescat, cumq; refrigeratum fuerit, die eodem accuratissime cola, & species iniice, deinde cyperū, Schœnanthum, Aristolochiam, Cassamum, Fascem Gallicum, cardamomum, Folium, Nigellam, calamum, casiam, fistulam, Samum seorsim contusa & in uini sextario.1. diebus tribus infusa ubi decoxeris, eodē modo efferuefacito, oleoq; bene colato, species extermina, Tertioq; Phœbo, Spicam, caryophyllos, Cinnamomum, Nuces Myristicas, costum, trita, in uini optimi hemina una per biduum infunde, & superiori documento ad uini consumationem coque, & non colatum ab igne depone, & in parte ipsius olei, labdanum, mastichem, Styracem contusa cum balsami medicamine admisce, & ad lenes prunas aliquantulum bulli, spatula assidue agitando, ab igne depositum in ampulla breui foramine prædita conde, & diligēter obtura ne suauissimus odor expiret.

Cassemū legit Simō & Aliabas li.2 ponit pro seseli lib. uero 10 pro Keysin quod plurimi interpretātur esse Ligusticum.

Reperiūtur etiā aliæ cōfecturæ huius olei, quas uidere licet li.5. apud Auicē. Rasiū li.9. ad Alman. in cap. de dolore stomachi, & Mesueum.

OLEVM MVSCELINVM.
Caput. 712.

Optimum ad omnem frigiditatem corporis potissimum uētriculi, ad dolorē lateris deforis inunctū, & intro cū zingiberis, galāgę, diagridii drac.1. propinatum summe opitulatur, Stran-

Muscelinum dicitur à moscho quē copiose recipit Iacobus Manlius ad Galenū compositorem refert.

guriosis,& colicis,& ad omne neruorum uitium illitum optime facit,miscetur medicaminibus,Epithematibus,& emplastris quæ ad stomachi, & renū affectiones asciscūtur. Recipe olei punici libr.8.aquę sextarios 2.Folii,Spicæ nardi, costi, masticches, ana unc.3.Styracis,croci, myrrhæ troglodyticæ, casiæ, xylocinnami ana unc.1.& semis, caryophyllorum, carpobalsami,Bdellii ana unc.1.Moschi drac.6.nucis Indicę 4.Folium crocum,myrrham,xylocasiam, carpobalsamum,Bdelliū, contusa, & in aqua biduo infusa cum oleo coque usq; ad consumptionem, & post infrigidationem unius diei gnauiter cola, deinde Caryophyllorum,Spicæ,costi,nucis, subtilissimū puluerem decoctioni adde, & in parte olei Styracē, mastichen, moschū contusa immitte, iterumq; modicum bulli, & infrigidatum diligenter reconde, usuiq; reserua,calefacit enim refrigerata membra, & debilibus robur inducit.

Pro oleo autem punico legit oleum commune.

OLEVM CYPRINVM. Cap. 713.

Quod facit ad omnem guttam, & inflationē intestinorum super sumen,& pectinem inunctum,& uice pessarii cum bombace suppositum,Matricem confortat,& uitia eius emendat,super renes,& spinam,& usq; ad iugulum super stomachum, præcordiaq; contra ignem ante duas horas accessionis inunctum,typica frigora coercet. Recipe olei libr.20. Aquæ libras.8.uini odorati lib.4.Cypri floris libr.2.Cymarū Cypresi,Sansuci ana libr.1.Casiæ,xylobalsami,aristolochiæ,foliorū lauri ana un.2. Cymarū myrti,agni seminis,Mastiches,Bruti seminis foliorū citri,Schœnanthus ana unc.3.Styracis Isaurici unc.2.Confice sic, Florem Cypri, Iridos, cymas cypresi,Sansuci,folia lauri,& citri,Mantum,agni semina contusa, & in aqua pridie infusa ad medietatē decoque,& sic oleum admisce, iterum ad consum-

Arabes oleū de Alcanna appellant. Iacob. Manlius aliā descriptionem & longe cōpendiosiorē habet. Dios. quoq; antiquis translator ca.452. meminit eius olei. Cyprū uero Arabes appellant alcannam.

ptionem aquæ bulli, cumq; infrigidatum fuerit, cola, & herbas eiice, & Aristolochiam, casiam, xylobalsamum, & semen lini semotim contusa, & triduo in uino infusa priori decoctioni affunde, iterumq; lento igne usq; ad uini consumptionem bulli, & iterũ cola, ad ultimum in portiuncula ipsius olei Styracẽ, & Mastichẽ contusa, & leni pruna soluta medicamini adhibe, & aliquantulum coque, cumq; infrigidatum fuerit in medicinali uase reconde. Habet equidẽ uirtutem calefactoriam, & diaphoreticam, ideoq; neruis, & Spleni utilissimum existit.

OLEVM STYRACINVM. Cap. 714.

QVod facit ad omnẽ stomachi dolorẽ, super stomachũ, & post spatulas inunctũ, hepaticis, & pleuriticis doloribus expertum est. Recipe uini odorati sextarios 2. Olei nardini libr. 1. Celticæ, aristolochiæ uiridis ana unc. 3. Aloes, Mastiches, Sicydis radicis ana unc. 2. Styracis, Meliloti, absinthii ana unc. 1. Confice sic, species omnes contusas, & in uino per triduũ infusas ad terriã decoq;, & nardino supermisso, iterum penè ad uini consumationem efferuefacito, & integra die refrigerari sinito, cumq; refrixerit cola, & diligenter conde, & usui reserua.

OLEVM SICYONIVM. Cap. 715.

APtũ ad uniuersos dolores mitigandos, & ad rheuma desiccandum, ad quemcunq; locum affluxerit, & exochadias in tumore enatas desiccat, Podagricis autem ex frigore patientibus optimum est, & omnibus doloribus salubre. Recipe olei libr. 7. Sicydis radicis libr. 1. Scillæ interioris, nitri salsi pulueris ana un. 4. Piperis, euphorbii ana un. 2. Opocissæ liquidæ ana unc. 1. Sicydem, Scillã con-

Vide Diosc. li. 1. ca. 28. iuxta finem.

tritam cum ſpeciebus prętor opociſſam per dies ſex infuſam lenes ad prunas decoque, ut olei duæ partes remaneant, & ab igne depoſitum accurate cola, & in portiuncula olei opociſſam liquatam medicamini adde, & conditum uſui reſerua, uirtus ei Calaſtica, & extenuatoria eſt, & ideo pingues humores in articulos infixos deſiccando extirpat.

OLEVM AMARACINVM. Cap. 716.

OPtime confert ad ſtranguriam, & Cephalicas putredines ex Chirurgia factas deſiccat, & expurgat, nam & ueteres tumores cum inflãmatione ipſis perunctis locis emendat, Dyſuriam, & ſtranguriam ſuper pectinẽ inunctum ſoluit, Hæmorrhoidas ueteres aperit, Anoſtoſin matricis curat inſtar peſſarii ſuppoſitum, menſtrua & ſecundas educit, lumborum, & inguinum dolores lanis in eodem intinctis, & impoſitis tollit, & ad neruorum contractionem mire prodeſt. Recipe Olei omphacini ſextarios 4. uini odorati ſexta. 2. Amaraci unc. 4. Siſymbrii floris, myrtæ foliorum, Serpilli, abrotani, caſiæ ana unc. 3. cinnamomi, nardi, coſti, calami, xylobalſami, carpobalſami, amomi ana unc. 1. Species in ſubtiliſſimum puluerem redactas in uino die, & nocte infunde, & herbas bene contuſas admiſce, & uino permixto per totã noctem ſimul dimitte. Alio die mane oleum adhibe, & cum marceſcere cœperit, per ſeptem dies deſine aſſidue exagitando, & commiſcendo. Octauo uero die lenes ad prunas ad conſumptionem uini decoque, cauens ne oleum flammam trahat accenſum, cumq; refrigeratum fuerit diligenter, & in ampulla uitrea conditum uſui reſerua, habet enim uirtutem calidiſſimam, & malacticã anoſtomoticam, & aromaticam, & ideo appetitum excitat, digeſtionem celebrat, & debilia confortat.

Anaſtomaſin legendũ arbitror.

OLEVM GLAVCINVM. Cap. 717.

QVod confert ad diuersos dolores capitis, & ad dolorem ceruicis, & scapularũ, & ad tormina ex uagabunda uentositate facta ad contractiones, & ad debilitatem neruorum bene operatur, arteticis, & ad uitia matricis singulare remedium est. Recipe olei omphacini un. 70. uini unc. 24. Glauci unc. 12. Spicæ, Sabinæ, Meliloti, ana unc. 3. Calami aromatici, Costi, ana unc. 2. Asphalti, celticæ, ana un. 1. Species in puluerem redactas, & herbas contritas in uino, & oleo per quinq; dies infunde, sæpe exagitando, sexto uero die lento igne ad uini consumptionem decoque, cauens ne oleum ardeat, cumq; per dies duos refrixerit, subtilissime cola, deinde conde, usuiq; reserua. Virtus est ei calida, & malactica, proinde ad neruorum causas, & matricem optime opitulatur.

Glaucinũ appellatur à glaucio q̃d recipit. Olei autẽ Gleucini præparationẽ require apud Aetium li. 1. ca. 44. quoniã est omnium præstãtissimum.

OLEVM IRINVM. Cap. 718.

QVod usurpatur ad diuturnũ catarrhũ naribus illitũ, ozenas, & putredines nariũ aufert, tinnitũ auriũ cũ aceto, et ruta, & amygdalis amaris cõmixtũ, & auribus iniectum tollit, Asthmaticis gargarismo adhibito opitulatur, uentrẽ tollit in mẽsura cyat. 1. acceptũ, & tormina intestinorũ iniectũ placat, tumores stericos, & suffocationes uuluæ sedat, uice pessarii suppositũ ambobus menstrua educit, Hæmorrhoidas ueteres inunctũ siue Colo iniectũ aperit. Recipe olei sextarios 10. Aquæ 3. Radicis Iridis libr. 3. & unc. 4. Gini domestici, idest Lilii radicis un. 15. Cyperi uiridis radicis un. 6. helenii un. 3. Anchusæ un. 2. Cinnamomi, asæ, spicæ ana un. 1. Species in puluerẽ redactas radicesq; contritas in aqua, & oleo diebus quinq; infunde, & lenibus prunis ad cõsumptionẽ aquæ decoq;, ita tamen ne ardeat oleum, & inde ablatũ post diẽ integrum refrigeratũ cola, & in uase

Crinũ quid.

conditum usui reserua. Est enim calidum, & Lepteriticum, & ideo tumores reprimit, & humores pingues subtiliando consumit.

Leptopœon appellat eo quod extenuat, & subtiliat crassos humores.

OLEVM SABININVM. Cap. 719.

OPtimũ Cephalalgicis, Maniacis, Melancholicis, Epilepticis, si raso capite ad solẽ, aut balneũ ex medicamine inungantur, Dolorẽ dentiũ calidũ in ore retentũ mitigat. Tetanicis, Emprosthotonicis, episthotõicis, ceruici, pectori, & scapulis cũ lanis succidis impositũ, & fasciatũ mire subuenit, Paralyticis, Arteticis, & podagricis cũ quarta parte Laurini Ceroti inunctũ opitulatur, doloribus, & torsionibus præcordiorũ, & intestinorũ ad ignẽ inunctũ medetur, Nephrisi ex frigido super renes, & pectinẽ in sole, aut balneo sæpius inunctũ remedio est, Celerius autẽ libidinẽ excitat, si ex eodẽ oleo manibus perunctis genitale malaxetur. Sed prouidendũ est quia celebrata uenere tantũ succũbens libidini iuuencula irritatur ut ab opere sine enchatismate aquę recentis desistere nequeat. Cũ bõbace suppositũ album humorẽ, & menstrua educit, & alia multa facit. Recipe Olei sextarios 6. Aquæ 2. Vini odorati 1. Sabinæ tenerrimæ, un. 48. Pulegii foliorũ, Pegani foliorũ Calaminthæ minutæ, foliorum hederæ terrestris ana unc. 29. Iridis Illyricæ, Cyperi, radicis, Sicydis & Euisci radicis ana drach. 8. Calami Aromatici, Nardustachii, Costi amari, Euphorbii, ana unc. 6. Casiæ, Aristolochiæ, Nitri, Armiri, adarces ana un. 2. Opobalsami, Labdani, Styracis, Masticհes ana unc. 2. Caryophyllorum, nucis Myristicæ, Zedoariæ, Zingiberis ana unc. 1. Piperis, Cardami, Libystici, Anisi ana unc. semis. Confice sic. Sabinam, Pulegium, Peganũ, Calaminthạm, Iridem Illyricam, Cyperum, Sicydẽ, Euiscum contusa, & Calami, Costi, Euphorbii, Aristolochiæ,

ſtolochiæ, Caſiæ, Nitri, Adarces, Cardami, Libyſtici ſubtilisſimum puluerem in oleo, & aqua ſimul cum herbis diebus quinq; infunde, & ter die, & nocte exagita: Sexto deinceps die ad conſumptionem aquæ coque, ne oleum capnion patiatur. Cumq; infrigidatum fuerit diligenter cola, & poſtea Nardoſtachii, Caryophyllorum, nucis Myriſticæ, Zedoariæ, Zingiberis, Aniſi, Piperis puluerem per triduum in uino infuſum, & ſæpius exagitatũ decoctioni admiſce, & iterum modicum decoque, ſpatula ſine intermisſione agitando, & cum infrigidatum fuerit, in minuto uaſe conde uſuſq; reſerua Chalaſticũ enim, & Metaſyncriticum eſt, & ideo frigidum dolorem temperat, & omnia membra debilitate fatigata, confortando renutrit.

Metaſyncriticum Græci appellãt medicamẽtum quod ex profundo humores euocat. Vide Aetium lib. 3. cap. 195.

OLEVM SCILLITICVM. Caput. 720.

QVod Metaſyncriticum dicitur. Accommodatum eſt ad pectoris uitia, & ſtomachi frigiditatem, Hydropicis cum lana ſuccida impoſitum ſubuenit, Pleuriticis, & Ilioſis, & ad frigiditatem Veſicæ iuxta ignem inũctum, ſingulariter prodeſt, Nephriticis, Iſchiadicis, & ad dolorem genuũ, & podagræ cum tertia parte Muſcelii Ceroti ſupra dolentia loca inductum, remedio eſt ante horam acceſsionis cum peganini ceroti media parte ad ignẽ per totum corpus illitum, planaq; manu fricatũ, donec patiens ſudare cœperit, Typica frigora emẽdat, ex chronico morbo debilitato, ſi eodem uſus fuerit, renutritionem adfert. Recipe Olei ſextarios 7. Scillæ interioris un. 70. Iridis Illyricæ, radicis Sicydis, & Dracontii ana unc. 36. Populi oculorum menſe Martio collectorum, foliorum Citri, foliorum Liguſtici ana un. 6. Herbas omnes contuſas in oleo diebus 7.

infunde, octauo uero die ad medietatem decoq; sine intermissione exagitando, cumq; tepefactum fuerit, exquisite cola, & reconditum usui reserua: calidissimum enim est, & diaphoreticum, & ideo Tetanicis administratum sudorificum est.

OLEVM. Caput. 721.

QVod appositum est ad Hemicranicũ, & Cephalicũ dolorem, & si antiquissimus fuerit illitũ extirpat, & ad Periodicas, & continuas febres optime succurrit. Recipe olei sextar. 2. Aceti heminas 2. uiridis Rutæ, Hederæ nigræ, Chamæmeli, Tereunculæ, Artemisiæ, Liliorũ, Rosarũ ana unc. 6. Aristolochiæ, Gentianæ, Baccarum Lauri excoriatarũ, Myrrhæ ana unc. 1. & semis. Confice sic. Oleum cum aceto ad consumptionem aceti bulli, & herbas contusas in oleo biduo infusas ad medietatẽ decoq; & cola: postea Gentianæ, Aristolochiæ, Baccarum Lauri, Myrrhæ subtilissimum puluerem cum melle despumato collige, & decoctioni admisce, iterumq; lenes ad prunas decoque, exagitando donec commisceatur, & depositum ab igne reconde.

Tereuinculã legit codex scriptus Ceruio cellum puto scribendum esse Elaphoboscõ dictũ apud Dios. li. 3. ca. 73. Syluaticus autem Tremẽcolã adserit esse herbã Tremulam.

OLEVM CHALASTICVM. Caput. 722.

HOc conducit ad omnẽ perfrictionem pectoris, & dolorem stomachi, Pleurisin, & Ileon inunctum emendat super pectinem lanis mollibus impositum, & fasciatũ: stranguriam, & dysuriam, soluit Cathetere per uirgam iniectum, lapides in uesica frangit cum succo Cichorii potui datum, mortuum fœtum, & secundas excludit: cũ purpurea seta, aut lana marina in modum pessarii suppositum menstruis imperat, & omnia matricis accidentia componit, neruos & ossa dissoluta confirmat.

Recipe Cyprini,nardini ana lib.1.Balſami,Olei muſcelini,pulegini ana unc.4.Sanſuci foliorum unc.3. Herbas fortiter contuſas in nardino oleo muſcelino,& pulegino octo diebus infunde, nono autẽ die addito balſamo lento igne modicum bulli,& colatum optimo uaſe reconde,calidum enim & odoratum eſt,& ideo debilia membra ſalubriter recreat.

ANNOTATIO.

CHALAO idẽ eſt quod remitto flacceſco uel lãgueſco: Vnde Chalaſticũ medicamẽtũ relaxatiuũ, remisſiuum. Et li.3.de San.Tu. Tenſiuæ lasſitudinis remedium eſt chalaſis,ideſt relaxatio. Eſt enim illi contraria ſicut duritiei mollities.

OLEVM CATHOLICVM. Cap. 723.

Catholicam herbã quidã appellant Chamæleã .i.oleaſtellũ & à quibuſdam Alypia dẽ uocatã. Quã hodie uolunt eſſe Mezereon.

QVod humores per uentrem purgat, cũ Euphorbii ſcrup.2.Chœradas, ideſt ſcrofulas diſcutit,cum aloe drac.1.Hydropicis medetur cum Diagridii, Epithymi, Colocynthidos ana ſcrup.2.acceptum ſplenem,& uentoſitatem tumentem per halitum celerrime diſcutit,ſtomachum Plethora repletum cum ſcrup.3.Elaterii epotum ſumma cum ſuauitate catharizat.Vmbilico, ſtomacho, ſumminiq; inunctum omnia ſupra ſcripta præſtat. Recipe olei ſextarios 2.aquæ fontanæ heminam 1. Catholici ſpermatis excoriati libr.1. Polypodii Quercini unc.8.Iridis Illyricæ unc.7.Radicis actes corticis medianæ,unc.4.Tithymali tenerrimæ radicis corticis unc.2.Herbas bene contuſas, puluerem Catholicæ in oleo,& aqua diebus quinque infunde, ſæpius exagitando, ſexto die lenes ad prunas, ad conſumptionem aquæ decoque, & fortiter cola, cumq; refrigeratum fuerit, in uitreo uaſe conditum uſui reſerua.

OLEVM PVLEGINVM. Cap.724.

AD multas passiones proficuum, calidũ enim siccatiuum,& resumptiuum est,& ideo ad dolores omnes ex frigore factos salutiferum est, & ad omnia membra debilitate fatigata, recorperatiuum esse probatur. Pulegii flores uase æneo duplici bulliant, Exinde sub torculari ponantur, & fortiter exprimantur, qui succus uase uitreo excipiatur. Est & alia pulegini olei confectio, quæ fit ad hunc modum. Pulegii florum lib.4.in olei lib.2.per tres dies infunde,& secundum supra dictum artificiũ uase duplici coquatur,& exprimatur. Excipiaturq; uase uitreo,& usui reseruetur, quod licet debilius sit superiori oleo, non tamen minus pollet ad omnia supra scripta percuranda.

ANNOTATIO.

VAS illud duplex Græci diploma,& angiõ diplũ appellãt. Sicut Gal.li.8.Methodi docet unguenta in uase duplici calefacere, repleto priori uase aqua feruente, in quod imponitur uas minus in quo sit unguentum. Nam si aliter calefiant unguenta uitiatur eorum uirtus. Extat alius locus 3.de alimen.ca.de Vuis,& apud Diosco.li.2.ca.de Medullis.

OLEVM PEGANINVM. Cap. 725.

QVod singulariter prodest ad genuum, & inguinum dolorem,& ad podagram. Conducit etiam ad capitis,& præcordiorum dolorem, ex sicco,& calido ortum. Recipe Olei unc.70. Rutæ foliorum unc.24. Sansuci, Cymini ana unc.6. Herbas, & cyminum semotim tusa, & in oleo dies quinque macerata in uase duplici coque, exprime & reconde.

OLEVM POPVLINVM. Cap. 726.

EXpedit ad capitis dolorem, arteticis, nephriticis,& podagricis,& ubicunq; dolor fuerit. Re

cipe olei unc.86.uini lib.4.Gemmarum populi tem-pore ueris collectarum lib.3.Gemmæ populi diutis-sime tritæ, & in uino, & oleo infusæ diebus septem quotidie exagitentur, octauo uero die lenibus pru-nis ad uini cōsumptionem coquantur,& fortiter co-lentur,& colatum uase excipiatur.

OLEVM LAVRINVM. Cap. 727.

VIrtutem habet calefactoriam, & malacticam, facit enim ad capitis, & aurium dolores, & ad omnes passiones neruorum, & dolorem membrorum uniuersorum. In malum perterebratū immissum,& ad lenes prunas calefactum, anoq; sup positum siue iniectum Hæmorrhoidum dolorem placat,& ex eis fluentem sanguinem sistit.Scabrosis, & pruriginosis iuxta ignem inunctum opitulatur. Lauri baccæ recentes,& maturæ contritæ, & diu co ctæ in oleo exprimantur,& colentur, cumq; refrixe-rit,illud pingue quod supnatauerit penna colligatur.

OLEVM SCININVM. Cap. 728.

QVod Lentiscinum uocatur,calidum malacti cæ, & stypticæ uirtutis est,Hordeola, & fur fures capitis,lentigines, & sordes faciei cu-rat,& clarificat,bonumq; colorem reddit, duritiem stomachi,& aliorum membrorum dolorem mala-xat,Cœliacam,& dysenteriam inunctum siue iniectū optime stringit,Baccæ Lentisci maturæ collectæ, & modicum contusæ in aqua coquantur,fortiterq; co-lētur,cumq; infrigidatum fuerit,illud pingue quod supernatauerit colligatur, & reconditum usui re-seruetur.

Oleum lentiscinū cōstat esse duplex. Cōpositum & simplex, quod ex lib. 1. Aetij faci le deprehen ditur.

ANNOTATIO.

HORDEOLVM est abscessus paruus oblon-gus iuxta palpebram oculi, eo quod grano hordei

similis est Crithe dictus. Appellatur etiam Posthia, quia preputio similis existit, apud Celsum lib. 6.

OLEVM AMYGDALINVM.
Caput. 729.

QVod prodest ad Cephalalgiam, aurium dolorem tinnitum, & surditatem iniectum, cōpescit: rugas & sordes faciei cū Cerato Irino, aut rosaceo detergit, stranguriosis, & lithiadicis super pectinem inunctum, aut per uirgam immissum prodest. Matricis dolores, phlegmonas, suffocationes in modum pessarii suppositum mitigat. Recipe olei lib. 5. Amygdalarum purgatarum unc. 24. Amygdalæ tritæ, & in oleo triduo infusæ, ad medietatem coquantur, & colatum condatur, & usui reseruetur. Alia cōfectura. Amygdalæ amaræ purgatæ, & siccæ in pila diutius tundantur, & cum aliquantulo aquæ diu subigantur, & post 5. aut 6. horas iterum terantur, & manibus fortiter exprimantur. Illud autem aquæ quod supernatauerit, cochleari colligatur, hoc iterumq; facito, donec totam pinguedinem excusseris, quæ, sicut supra diximus, cochleari collecta condatur, & usui reseruetur.

OLEVM ANETHINVM. Cap. 730.

OPitulatur caput dolentibus, & Hemicranicis articulorum doloribus inunctū subuenit, Typica frigora, stomacho, renibus, & dorso iuxta ignem illitum emendat, matrici suppositū menstruis imperat, & omnes casus eius componit. Recipe olei unc. 36. anethi florum unc. 12. tribus diebus, flos in oleo infundatur, quarto uero die lento igne parum coquatur, & diligenter succus eliciatur, iterumq; decoctioni foliorum anethi unc. 3. addantur, & ad solem suspendatur, usuiq; reseruetur.

OLEVM CHAMÆMELINVM.
Caput. 731.

SAlubre ad feruorem, & dolorem capitis, stomachi uitia ex Cholerico, siue alio calore commota cōpescit, articulisq; proficit, & ad multa alia salutiferū est. Recipe olei dulcis unc. 36. floris Chamæmeli, mense Iulio collecti lib. 1. Flos in oleo diebus canicularibus in uitreo obstructo uase ad solem suspendatur ad 40. dies. Deinde conseruetur in loco conuenienti.

OLEVM CROCINVM.
Caput. 732.

VIrtutem habet calidam, & interdum Narcoticā, & ideo nephriticis naribus inunctum sæpius somnum infert, musculorum, & matricis factam duritiem in modum pessarii suppositū mollit. Recipe olei omphacii unc. 36. croci, Myrrhæ ana unc. 6. Opii unc. semis. Conficitur sic. Crocum tritum in oleo diebus tribus infunde, & sæpius exagita, & inde lenes ad prunas ad medietatem coquatur, & coletur, ad ultimum Myrrhæ, & Opii puluis medicamini addatur, & tam diu exagitetur, donec ad unam cōpagem reducatur, & refrigeratum reconde.

OLEVM MYRTINVM. Cap. 733.

VIrtutem habet stypticam, & xeranticā, & ideo putridos humores capitis, & dolorē emendat, cum Mastiches, Boli, & farinæ uolatilis ana unc. 1. mixtū & fronti impositū superciliorum, & oculorum dolorem arcet, & lippitudinem in eis ex rheumatismo fieri non permittit, cū Camphoræ scrup. 2. Tragacanthæ 1. mamillis inunctum æstiuos sudores male olentes dispellit, easq; decenter distentas pristino decori reddit: Diaphoreticos sudores, & Cœliacos fluxus super stomachum, & totum uentrem inunctū, puluere Oenanthes, & Acaciæ super-

Xeranticā. i. exiccantē.

ſparſo aſtringit. Recipe Olei ſextar.5. Vini.1. Myrtæ tenerrimæ foliorum libr.2. Croci orientalis, Oenanthes, ana drac.10. Maſtiches, Acaciæ drach.8. Conficitur ſic. Folia Myrtæ in pila ſine intermiſſione tundantur, & in uino nocte ac die infundantur, altero uero die, oleo ſupermiſſo, lenes ad prunas uſq; ad uini conſumptionem coquantur, deinde fortiter colentur, ad ultimum autem puluis Croci, Oenanthes, Maſtiches, Acaciæ inſeratur, iterumq; lento igne tam diu exagitando bulliat, donec optime cõmiſceatur, & reconditum uſui reſeruetur.

OLEVM MELINVM. Cap. 734.

VTile eſt ad tineas, & furfures, capiti inunctũ, Gingiuas rheumatizantes deſiccat, & laxos dentes ore retentum confirmat, ſtomacho illitum, ſuperſparſo puluere Maſtiches & Omphacii, uomitum abſcindit, & diaphoreticum ſudorem conſtringendo ſiſtit. Recipe Olei libr.6. Cydoniorum purgatorum lib.4. Vini 2. Macis, foliorum Lilii, ana drach.6. Maſtiches, Roſarum ana drach.2. Cydonia tritiſſima in uino, & oleo triduo infuſa, diuq; exagitata ad uini conſumptionem lento igne coquantur, & fortiter colentur, deinde Macis, foliorum Lilii, caryophyllorum, Acaciæ, Maſtiches, Roſarum puluerem admixtum, tam diu molli igne bullias donec perfectius miſceatur.

OLEVM MASTICHINVM. Caput. 735.

ACcommodatum eſt ad omnem dolorem ſtomachi, & ſcapularum prope ignem inunctũ, ad dolorẽ Hepatis, & Pleuræ cum lanis ſuccidis tepidum appoſitum optatam ſalutem adfert. Recipe Olei ſextar.2. uini odorati 1. Nardini olei 6.

Celticæ, Carnium dactylorum, Mastiches ana unc. 2. Absinthii, Meliloti ana unc. 1. Dactyli, & species seorsum contusæ, in uino, & oleo tribus diebus infundantur, quarto deinceps die, lento igne tam diu coquantur, donec uinum consumatur, postea succus eliciatur. Ad ultimum uero nardinum oleum decoctioni addatur, & absolutum habebitur.

OLEVM SINAPINVM. Cap. 736.

PRodest ad diuturnos dolores articulorum, spasmos, & typica frigora in balneo inunctum emendat, & omnia membra ex frigiditate debilitata confirmat. Recipe Olei lib. 2. uini lib. 1. Sinapi libr. semis. Sinapi pulverizatũ in aqua & oleo diebus tribus infusum ad consumptionem uini coquatur, colatumq; usui reseruetur.

OLEVM SABININVM SIMPLEX. Caput. 737.

AD diuturnum dolores capitis, & Hemicranei inunctum conducit, & ad alios dolores corporis. Recipe Olei libr. 4. Sabinæ tenerrimæ 2. Sabina contusa in oleo diebus tribus infundatur, quarto uero die ad medietatem coquatur, & colatum usui reseruetur.

OLEVM HEDERATIVM. Cap. 738.

AD dolorem capitis ex calido inunctum proficit, scotomatico fronti, & temporibus illitũ medetur, & gingiuis rheumatizatis, & propendenti uuæ retentum, & gargarizatum subuenit, cum Cimoliæ drach. 1. commixtũ, & naribus iniectum sanguinis fluxum inde factum sistit, sanguinem de pectore, aut pulmone fluentem thoraci inunctũ. Corallii, Mastiches, Cornu ceruini puluere superspar so potenter resecat. Stomachi, & hepatis, tertia parte olei rosacei adhibita, ignitos Causi calores refrigerat, sudoresq; diaphoreticos reprimit. Recipe olei.

(Vua lupina interpretatur à quibusdam Staphis agria. Auerrous Solatrum. Plinius Caucalis dicit, nascitur in hortis uires habens refrigerantes, & adstringentes, omnibus nota, quam Græci Strychnum siue uuam lupinam uocant. Hæc Syluaticus. Cæterum timerem hæc uerba in Plinio non reperiri. De caucalide uero agit Diosc. lib. 2. cap. 128.) Lib. 6. Aquæ 3. Hederæ unc. 4. Symphyti, Polygoniæ, Portulacæ, uuæ Lupinæ, quinqueneruiæ, Cymarũ Rubi Amyli uitium ana unc. 2. Opii unc. 1. Herbas contusas in aqua, & oleo diebus quatuor infunde, quinto uero die donec aqua consumatur, coquantur ita tamen ne oleum flammam trahat. Exinde fortiter colentur. Ad ultimum autem in portiuncula olei opium solutum medicamini immittatur, optime admisceatur, & uase reconditum usui reseruetur.

OLEVM MANDRAGORÆ. Caput. 739.

QVod ad nimios dolores capitis proficit, & phreniticis male dormientibus fronti illitũ, & naribus iniectum uehementer opitulatur. pulsibus brachiorum, & plantis pedũ illitum quocunque modo uigiliis fatigatum, celerrime obdormiscere facit. Recipe olei libr. 5. Succi malorum mandragoræ, unc. 8. Papaueris hortensis capitum succi, unc. 6. Hyoscyami albi succi unc. 4. Violarum tenerrimæ cicutæ succi ana unc. 2. Opii, Styracis, ana unc. 1. Conficitur sic, oleo succi omnes immittantur, & per decem dies ad solem exponantur, undecimo uero die ad consumptionem succi coquantur, cum infrigidatum fuerit coletur, & in particula ipsius olei Opiũ, & Styrax soluta medicamini ingerantur, & bene commixta in uase conditum usui reseruentur.

OLEVM ROSACEVM. Cap. 740.

VIrtutem habet frigidam, & ſtypticã, & ideo ad dolores capitis ex febre ſeu ex ardore ſolis optimum eſt: ardores autem, & dolores quos uentriculus bilioſis humoribus plenus ſua uentoſitate in loco, aut in parte capitis progignit, cum aminei aceti quarta parte capiti, & fronti illitum arcet: tormina & dolores in ſtomacho ſeu inteſtinis ex acredine acerrimæ choleræ illatos cum Maſtiches drach. 2. & ſufficienti cera in ipſo ſolutis locis inunctum ipſis quamprimũ emendat: ad eryſipelata utile eſt, quibus in ſuperficie non apparent, & ad alia huiuſmodi multa. Recipe olei Omotribeos abluti lib. 3. Roſarũ libr. 1. Roſæ exungulatæ in mortario diutisſime tritæ, cum oleo in uaſe uitreo condantur, & ad ſolem per octo dies exponantur. Nono autẽ die colentur, & eiectis prioribus totidem nouellæ contritæ immittantur, iterumq; octo diebus uas in apricum proponatur, circa nonum diem diligenter colentur, & eodem oleo alia eiuſdẽ ponderis immittantur, & uas fortiter obturatum diebus quadraginta ſoli exhibeatur, tranſactis uero conſtitutis diebus in temperato loco uſui reſeruetur.

Aminea uua eſt uberrima, & in uepribus naſcitur, qua fricatur impetigo, & paucis diebus curatur Scrib. Largus. Omotribes eſt oleum crudum ex immaturis drupis expreſſum.

OLEVM LILIORVM. Caput. 741.

PAragoricæ & temperatę uirtutis eſt, ideo loca calore debilitata confortat, ignem ſacrum extinguit, cũ ſeui, & ceræ ana unc. 1. in oleo ſolutis cacoethicis uulneribus impoſitũ medetur. Crurũ chronia ulcera quolibet modo facta purgat, replet & cicatrizat, doloribus Coli ex dyſenteria factis, Clyſteri iniectũ mire ſubuenit, tumoribus coxarũ, tibiarum pedumq; leuiter affricando diaphoreſin facit, & ad alia multa proficit. Recipe Olei libr. 5. Liliorum libr. 1. Roſarum ſemis. Maſtiches unc. 2. Croci orientalis 1. Lilii, roſarum, croci, Maſtiches puluis

ſimul cum oleo in uaſe uitreo condatur, quod ad ſolem nouem diebus ſuſpenſum, decimo die lēto igne coquatur, & colatum uſui reſeruetur.

OLEVM VIOLACEVM. Cap. 742.

PHreniticis non dormientibus cum tritici farina, & Strychni ſucco ſubactum, fronti, & temporibus impoſitū ſoporem infert, cyathi duo cum Euphorbii ſcrup. 2. poti, lumbricos mire excludunt, uolis manuum, & plantis pedum illitum, ſtomachi feruorē placat, cum ſucco portulacæ, & aquæ cucurbitæ mixtum hepati, & præcordiis adhibitum intolerabiles Cauſi calores mitigat. Recipe olei lib. 8. Violarum libr. 1. Violæ cum oleo in uaſe uitreo conditæ per dies 30. ad ſolem ſuſpendantur, poſt hæc lento igne aliquantulum in uaſe fictili uel uitreo bulliant. Poſt rurſum decem diebus ad ſolem exponantur, deinde reponantur.

OLEVM OENANTHINVM. Cap. 743.

OPtimum ad reprimendos calores, & diaphoreticos ſudores capitis mitigat, eſt enim frigidæ, & ſtypticæ naturæ, & imitatur roſaceum ſecundum uires ſuas. Recipe olei omphacini lib. 3. odoratiſſimorum florū œnāthes lib. 1. Oenanthe in oleo diebus tribus infundatur, & ſæpius agitetur, quarto uero die uaſe uitreo condatur, quod diligenter obſtructum per dies 40. i[illegible] oletur, poſtea loco frigido conditum uſui reſeruetur.

Oenāthe eſt Labruſcæ uitis cum ſloret fructus, apud Dioſc. li. .ca.4 & lib. 1. c.47.

OLEVM BOTHRACION SVMmum. Caput. 744.

AD arteticos, & Iſchiadicos dolores, & ad intolerabiles podagricorum dolores ita expertum eſt, ut trium horarum ſpacio Aneticam opem illitum adferat. Recipe olei lib. 3. Bothracorum ca

pita tam diu in oleo bulliant, donec dissoluantur, deinde ab his oleum diligenter expressum condatur, & usui reseruetur.

ANNOTATIO.

BOTRACHIVM corrupte quidam dicũt pro Batrachio. Manard. lib. 7. Pedem columbinum esse dicit. Ranunculum translatores Diosc. lib. 7. cap. 166. appellant. Varietas enim macularum cineratio colore nonnihil ad colorem ranarum accedit nigrarum, & uiridium. Flammula dicitur. Alii apium risus, alii pedem coruinum uocant.

OLEVM VVLPINVM. Cap. 745.

AD diuersos dolores corporis expertum maxime podagricos. Confectura eius hæc est. Vulpes integra intestinorum excrementis expurgatis tam diu contundatur, donec totius corporis ossa contritissima fuerint, deinde sufficienti oleo immisso ad ignem tam diu bulliat, donec membratim dissoluatur, & sic sub torcular pressorium posita, fortiter ab ea totus liquor extorqueatur, post hæc, decoctioni radicis Sicydis libr. 1. tribus diebus infusa, & bene subacta ad medietatem coquatur, & coletur, & pulegii tertiam partem diebus 8. infunde, deinde in diplomate tribus horis coque, excola, & uitreo uase reconde.

PACCHII ANTIOCHI HIERA SIVE Dià colocynthidos siue Picra ad uniuersa corporis uitia. Cap. 746.

REcipit Stœchados, marrubii, chamædryos, agarici, colocynthidos singulorum denarios 10. Opopanacis, Sagapeni, petroselini, terræ mali, piperis albi ana denar. 5. Cinnamomi, nardi, spicæ, myrrhæ folii, croci ana denar. 4. In unum om-

nia ponderata contunduntur,& cribrantur. Sed opopanax, & Sagapenũ in mortario teruntur, adiecto melle liquidissimo, deinde cæteris miscentur, quæ & ipsa recipere debent tantum mellis quantum satis est ad comprehendenda,& continenda ea. Reponatur uase uitreo,& est prorsus sacrum medicamentũ. Si quando autem efficaciore eo uoluerimus uti propter difficultatem naturalem uitiorum, aut diuturnitatem,ut in furiosis aut epilepticis,uel lumborũ perpetuũ dolorem habentibus,podagra sæuiori correptis,colocynthidos adiicimus ad superius dicta pondera denar. 20. Opopanacis, sagapeni ana denar. 3. Quamobrem utraq; parata debent esse medicamenta,ut cũ opus fuerit usus alterutrius in promptu sit.

ANNOTATIO IN PACCHII Picram Scribonii Largi.

Compositio hæc mirifica ad lateris dolorem siue cum febre,siue sine febre fuerit,non ignorata quidẽ ab antiquioribus propter effectus, sed præcipue à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Catinensis usu illustrata. Fecit enim magnos quæstus ex ea propter crebros successus in uitiis difficillimis. Sed ne hic quidem ulli se uiuo compositionẽ dedit. Post mortẽ autem eius Tyberio Cęsari per libellũ scriptum ad eum,& bibliothecis publicis posita uenit in manus nostras quã antea nullo modo extrahere potuimus. Quãuis omnia fecerimus ut sciremus quæ esset. Ipse enim clam cõponebat nec ulli suorum committebat: plura autem quã recipit ipsemet contundi iubebat pigmenta,fallendi suos causa. Hãc postea nos sciuimus,quæ,ut sanè & libello ipse fatetur,non à se inuenta,sed usu exactiore cõprobata ad quæ uitia, & cũ quibus,& quẽadmodũ data prosiceret. Etenim nõ ignota põderibus tamẽ antiquis aut adiecit, aut detraxit. Et res quæ in hac compositione

Pacchius Antiochus. Philenides Catinensis.

ſunt nõ utiq; conueniunt ad antiquas. Interdũ enim eorum quædam plures etiam numero accipiũt, atq; ideo non idem præſtant, cũ interim hæc mirifica temperatura compoſita mirificos effectus habeat. Facit autem non ſolũ ad lateris dolorem, ſed etiam ad plura uitia. Quamobrem ſemper habeo id compoſitũ. Percurram autẽ quãbreuisſime ad quæ uitia, & qualiter datum proſit, ut etiam in libello eius ſcriptũ eſt, & ego magna ex parte iã expertus ſum. Sanat ergo morbo comitiali correptos, furioſos, ſcotomaticos, Cephalalgicos. Prodeſt data denar. 2. pondere ex aquæ mulſæ cyathis, quatuor, cum remisſi fuerint. Et ſi frequẽter corripiũtur, poſt binas ternasve accesſiones danda erit Antidotos Hiera. Hoc nomen enim tribuit ei duas propter cauſas ut exiſtimo: Vnam ne eius nomen uerũ dicendo oſtenderet quæ eſſet. dicitur enim à quibuſdam picra, quia amara eſt, à quibuſdam Dià colocynthidos: Alterã quo magis ſub tanta ſpecie nominis commendaret medicamentũ. Sed ſi ex longo interuallo accesſionibus uexabuntur, in remisſione dolorum ſæpius dandum erit medicamentum. Ita enim aut ex toto remedio eſt, aut certe minuitur quotidie impetus uitiorum, & ſedatur, interuallaq; maiora accipit, & hoc ipſo opportuniores fiunt ad ueratri potionũ, qua maxime hæc uitia tolluntur. Dare autẽ his oportet ſecundũ purgationem (bis enim aut ter ſpumoſa, & glutinoſa deiiciunt) ptiſanæ cremorem, holera lenia ex urtica, & lapatho malua facta, torpedine interdum admixta, & cum exiguo pane, aquamq; potui. Facit bene hæc compoſitio ad ſuſpirium, & ad uocis abſcisſionem, & ſubitas præfocationes ex qualibet cauſa ortas, & ad eos qui ſæpius exiſtimantur ab Incubone deludi: uſque eo tamen uexantur, ut interdum uitæ periculũ adeant (eſt enim uitiũ non con-

Veratri operatio.

Ephialtem Græci, quẽ nos Incubũ Incubonem, & inſultorem uocamus appellant.

temnen dum) utiq; in processa ætate. Quibus dandū erit medicamentū proximo die eius noctis qua correpti sunt, cū interuallum à somno fecerint, & quod satis est ambulauerint, ex aquæ hyssopum aut marrubium habentis cyathis 4. uel 5. pond. drachm. 1. uel unius, & uictoriati, prout res postulauerit. Deinde post horas tres quatuorve cremor ptisanæ detur. Facit & hoc medicamentum ad eos, quorum musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt, adeo ut aperire os nullo modo possint. Tetanū hoc uitium Græci dicunt. Item facit ad deprauatam faciem in utram libet partem, Cynicum spasmum hoc iidem appellant, genus morbi. Præcipue uero ad pectoris, & lateris dolores prodest ex qualibet causa factos, siue latente & occulta, siue manifesta, ut ex ictu, casu, conatu aliquo supra uires, uel ponderis supra modum portatione, uel contusione, quæ frequenter gladiatoribus accidere solet in luctationibus, & eorum maxime sauciatis. Nec minus arbore alta delapsis, uel scalis deuolutis, excussis à rheda uel curriculo atq; ita tractis. Sed his, idest manifesta causa uexatis, cum aceti cyathis tribus quatuorve danda erit antidotus. Illis uero qui ex occulta causa laborant ex aqua mulsa proderit. Præterea neruorum tensionibus mirifice conuenit. Quamobrem facit, & ad tremulos, & syderatione tentatos utralibet, una enim ex contractione, altera cum remissione neruorum conspicitur, Paralysin hoc utrunq; uitium Græci appellant. Ad quod etiam cum correpti sunt prodest ex aquæ mulsæ cyathis tribus quatuorve datum medicamentum denar. 1. uel unius & uictoriati, admixto pondere uictoriati castorei. Prodest & ad articularē morbum, quem Arthriten uocant, ad spinam, & totius lumborumq; dolorem: ex aqua mulsa datur ad uires cuiusq;, Item ad podagram benefacit: nam &

in præsentia

Victoriatus uidetur Scribonij sententia ualere duobus obolis, hoc est, scrup. 1. Tetanus quid. Spasmus cynicus quid.

Paralysis quid.

Articularis morbus. Arthrites.

in præsentia detractione ipsa leuat,& in futurum omni molestia liberat. Dimidio enim celerius sanantur qui acceperunt medicamentum,quã prius solebant. Duritias in mammis mulierum cũ dolore consistentes, quas nullum medicamentum leuat, ex toto in perpetuum interdum sanat, quas pleriq; medicorũ insanabiles affirmant, Carcinomata,& Cacoethes appellantes. Ad stomachicos euidenter conuenit,cum sit uirosissimum medicamentum aduersus stomachum,ne ad lenia quidem & simplicia medicamenta apte dispositum. Sed uidelicet in eiusmodi rebus potentior usus ratione est. Expertus enim unusquisq; intelligit stomacho quoq; hoc medicamentum eximie prodesse. Remediat enim eos quibus frequenter inacescit cibus, & eos qui assidue inflationibus urgentur,uel dolore eius uexantur,aut assidue nauseant,aut saliua abundant, uel inedia consumuntur, stomachumq; ita solutum habent,ut ex eo uarios liquores subinde respuant consentiente capite,ut nullum genus cibi cõtinere possint. Item ad bilem atrã generantes,quos Melancholicos appellant, benefacit. Oportet autem non continentibus cibos secundum uomitum protinus oleo perunctis, & diutius præesse fricatis dare medicamentum pond.denar.i. ex aquæ cyathis tribus, deinde artus constringere, & interdum olfactariis reficere, & cõmanducatione oliuarum contusarum, earumq; rerum quæ stomachum constringere solent,interim subrectos recubantes,deinde cũ deiecerint solutos uinculis rursus perũgere,& fricare totum corpus. Atq; ita uarietate apta ciborum stomachum proritare, ut halica ex mulso, malorum cydoniorum succo facto, uel ex granatorum per se malorum, uel si quos magis delectat ex frigida posca: secundum quæ apala oua proderunt, & intubi cocti uel crudi ex aceto. Itẽ lactucæ caules

Experientia quid possit.

Atram bilẽ generãs stomachus.

Oua apala

cum foliis ex posca decocti, conchula marina, purpu ræ murices, peloriuolua pomorum, sorba, mala orbi culata, scandiua, pyra, crustumina segnina olla reposi ta. Itē uuæ ex olla. Hęc enim & huiusmodi quæ sunt confirmant stomachū, quibus & in sequentibus die bus uti oportebit paulatim ad consuetudinē progre dientē, donec propè omni molestia ægri liberentur.

Stomachus Atonus.

Est stomachi uitium quod cū siccitate, & ardore eius, & irrequieta, & inextinguibili siti consistit, Ato non Græci uocant, ab eo quod exiccat omnem sto machi humorem. Scimus quosdam urnas aquæ bi bisse, neq; ideo sitim aliqua ex parte in præsentia cō pescuisse. Ad hoc pond. denar. I. uel uictoriati datū ex aquæ cyathis duobus frigidæ, ita prodest, ut faci le abstinere ab aqua proximis diebus possint. Lieno sis quoq; ex posca, & iecinorosis duritiā habentibus diutinā ex aqua mulsa satis conuenit. Nec minus hy dropicis quibus datur eadē ratione. Sed his cōplu res dies oportebit ptisanæ cremorē sine ullo liquo re dari. Prodest & Colo inflato & cæteris intestinis. Futuras quoque, uel iam factas uomicas iisdem par tibus, aut discutit, aut celerius aperit. Item menstrua mouet mulieribus quæ difficulter purgantur. Dandū autem erit his ex aqua medicamentū. In aqua deco quitur artemisia aut dictamnum. Etiā ad papulas, & sacrum ignem, uel quam zonam uocant, bene facit ex aqua mulsa, detracto prius sanguine si res postu lauerit, ut & in aliis omnibus superius dictis facien dum est. Omnia enim auxilia adhibenda sunt, quæ ex usu prodesse eis comperta habemus, quia facilius adiuta antidotus adiuuabit & effectus exhibebit. Il lud utiq; credas interim uelim mihi, dū in aliis exper tus psuadeam, hoc medicamentū non solū non no cere stomacho, uerum etiam reficere, & confirma re eum supra omnem opinionem.

D. Albertus Pigius præ positus Tra iectēsis ad firmauit no bis dū hæc prodere mus, hāc hie rā Pacchy, suo iussu præparatā plerosq; ho rum, quos Scribonius recēset effe ctuum præ stasse, et præ cipue me lancholia af flictos pristi næ salubrita ti reddidisse in uniuer sum omnes.

PASSI COLICA. Caput. 747.

RECipit ſpicæ nardi, coſti, piperis albi, nigri, lõgi, myrrhæ, opii, radicis hyoſcyami, cinnamomi, aſari, acori, thuris, ſeminis braſsicæ, caſtorei ana denar. 12. Opopanacis denar. 10. Sthœchados, dauci, amii ana denar. 18. ſeſelis cretici dena. 24. Miſce cum melle optimo, & exhibe ſub pondere denarii unius.

ANNOTATIO.

HABETVR & hæc compoſitio apud Scribonium, uidetur autem in litera una erratum, quoniam mirificam Colicam Iulii Basſi appellat, & prodit inſequentia. Hæc cito leuat, deinde tollit inflationes coli, & omnis partis corporis. Facit & ad ſtomachi imbecillitates, & ad inteſtinorum Strophos ex aqua Hyſſopum, aut rutam decoctam habente. Item bene facit ad ſanguinem, & ex interiore parte. Non enim patitur late fieri nec intus uulnus conuerti, ſed cito ſupprimit ſanguinem, & uulnus cogit coire. Dandũ autem his medicamentum ex aqua polium coctum habente aut rutam. Prodeſt & torminoſis, & cœliacis datum ex aqua centunculum herbam incoctã habente, quã Græci Gnaphalida dicunt, uel ſorbam, uel ſiliquam Syriacam. Datur tuto febricitantibus: ſed cœliacis in ipſo dolore prodeſt. Lienoſis datur ex mulſo uel paſſo aquæ mixtis. Eodem modo auxiliatur his qui ſanguinem per urinã uel aluum reddunt. Mulieribus prodeſt quæ fluore ſanguinolento infeſtãtur, quod ῥοῦν ἐρυθρὸν Græci dicunt, uel ex partu abortuue, quæ reſiduos uuluæ dolores habent, & in totum quibus ſupprimendus eſt fluor, aut ex aliqua parte corporis inflatio tollenda, uitreo uaſe ſeruatur.

Iulij Baſſi Colica.

Cẽtunculus. Gnaphalis.

Rubeus fluxus mulierũ.

SCRIBONII LARGI COLICA.

Caput. 748.

CErui cornua ſumuntur dum tenera ſunt, quaſi in taleas breues diuiſa: olla fictili componun-tur, operculoq; ſuperpoſito, ex argilla undiq; circundata, fornace uruntur, donec in cinerem candidum redigantur, atq; in uaſe uitreo mundo reponun-tur. Hoc medicamen in præſentia dolorem tollit, & in futurũ remedio eſt, ne eum unquam repetat. Raro enim quis iterum, uel ad ſummum tertio, hoc ac-cepto medicamento uexatus eſt. Quamobrẽ ſi quã-do repetierit iterum dolor, dandæ erunt per triduũ, & tunc potiones eodẽ modo quo primæ datæ fue-rint. Interdum & tertio in dolore eodem genere potiones dabuntur: quod accidit poſt hanc, utiq; in fu-turum quoq; medicatur, ita ut ne ſuſpicio quidẽ ulla relinquatur uitiis. Si quando tamen frigus, aut multitudo cibi præceſſerint grauitatem quandam, & priorem eius loci ſine ullo dolore ſentiunt planè ut intelligant quaſi quanto malo caruerint. Hoc medicamẽto mulier quædam Romæ ex Aphrica multos curauit. Poſtea nos per magnam curam compoſitionem accepimus, ideſt precio dato quod deſiderauerat, & aliquot non ignotos ſanauimus, quorum nomina ſuperuacuum eſt referre. Quũ dolorem habet aliquis, pridie quàm poturus eſt medicamentum debet ab-ſtinere ab omni re: atq; ita poſtero die ſumuntur ex cornibus cochlearia tria, quibus miſcentur piperis grana nouem trita & Myrrhæ exiguum, quod odo-rem tantummodo præſtare poſſit. Hæc cum ſimul ſunt in mortario commixta cochlea aphricana uiua in mortario cum ſua teſta contunditur donec nullũ ueſtigium appareat teſtularum. Poſtea uini falerni non ſaccati cyathus adiicitur, & rurſus teritur: deinde rurſus duo cyathi adiiciuntur eiuſdem uini, & bene admiſcentur, transfunditurq; cum his quæ ſunt in mortario calice nouo, & ſupra carbones imponitur,

Colici doloris diuinum auxilium. Vide Gal. lib. 9. ca. 4. de Compo. ſecun loca. ubi citat Scriboniũ.

mouente aliquo cochleario liquorem, ne quid subsidat & peruratur. At ubi bene incaluerit, iniiciuntur in eundem calicem quæ supra dixi cochlearia tria, & permouetur. Cum autem calore temperata, & potio datur abducenda, statim dolorem leuat. Hoc facere oportebit per insequens biduum capientem cibi in prandio, aut alio tempore exiguum, quod facile conficiatur, ne crudus sumat medicamentum. Postea in consuetudine uictus sui qui colo infestabatur dimittatur.

PAVLI APOSTOLI ANTIDOtum. Caput. 749.

PEculiare maniacis, melancholicis maxime epilepticis & scotomaticis, cum decoctione thuris masculi, aut costi amari potatum paralyticis, tremulis cum decoctione castorei, & elelisphaci sumptum expertũ est, & ad omnia quæ frigida uirtute capiti nocent, asthmaticis, peripleumonicis ex catarrho prodest ad dolorem, & frigiditatem stomachi cum apozemate Iridos, & pulegii, & medetur Hydropicis, spleniticis, & ad dolorem & debilitatem lumborum cum decoctione asari, apii, siue macedonici, typicis passionibus cũ calaminthæ seu cardami decoctione bibitum subuenit, matricis affectiones cum Calami aromatici, Styracis siue periclymeni decoctione sanat, & ad multa alia optime facit. Recipe Nitri drac. 50. Castorei, antimonii, Sinoni, phylli, daphni coccorum, sileris, apii, petroselini, marathri, dauci, Staphidis agriæ, ana drachm. 20. ammoniaci, epithymi ana drachm. 18. Calami aromatici, myrobalani, glycyrhizæ, Tragacanthæ, pyrethri, peoniæ, radicis ana drach. 10. costi, colocynthidos, agarici, Masticbes, aristolochiæ longæ, & rotundæ, rosarũ, mabathematici, asari, elelisphaci, aronis, diptami, basilici, brancæ ursinæ, balsami, origani,

Phyllõ Malabathri folium, & Folium per Antonomasiam Medici appellant. Mabathematicon est succus cauliculi agrestis.

pulegii,chamædryos,hyssopi,saturegiæ, piperis albi,& nigri,& longi,rutæ seminis ana drach.9.Cardamomi,thuris ana un.6.Balsami,Nardi,Croci,Schœnanthus,Casiæ,Myrrhæ,opopanacis, sulfuris mandragoræ, Gentianæ, Brathei,Euphorbii, Amomi, sanguinis merguli ana drach.5.Cinnamomi Caryophyllorũ,Zingiberis,Anacardi,Xylobalsami, Reu ponticí,Peucedani,Carpobalsami,Styracis Calamitæ,Sagapeni,Laseris,sanguinis draconis, coaguli leporis,agni,capreoli,Vituli fellis,sanguinis ursi,Anatis,petrolei,ana drach.4.mellis quod sufficit.

Alter codex addit herbam paralysis.

PETRI APOSTOLI ANTIDOTVM.
Caput. 750.

OPtimum ad dolorem capitis,& Hemicranei, tussem, & catarrhũ,pectoris, & stomachi infrigidationem febres omnes ex frigido natas percurat. Recipe Celticæ,drach.14.& semis, Cinnamomi, Croci,Costi, Glycyrhizæ,Libani, Myrrhæ, Aloes,Sagapeni,Peucedani,Aristolochiæ longæ,& rotundæ,Gentianæ,origani,prassii,Hissopi,calaminthæ,pulegii,roris marini,Hyoscyami seminis,& rutæ agrestis,Alexandri, Fœnigræci, Baccarum lauri ana drac.9.Nardi drach.6.mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ maioris febrientibus cũ tepida,non febrientibus cum uino.

Paulinum Eclegma diuersum tamen ab illa Nicolai descriptione Vide apud Gal li.8.ca. 8 de Cõpo. secun.loca.

PAVLINI ANTIDOTVM MAIVS.
Caput. 751.

MAniacis,melancholicis,Epilepticis cum oxymelite bibitum prodest, Epiphoris oculorũ si super tempora in modum emplastri positum fuerit,curat dolorem dentium si apponatur, aut super pulsum qui iuxta auriculas est, plagellæ inductum adhibitum potenter aufert,& os fœtidum sæ-

pius ſumptum odorum facit, tusſientibus medetur, ad uitium pectoris, ſeu uulnera ſtomachi utilisſimũ eſt, uomitum & diſtemperantiam ſtomachi aſtringit, cardiacis, Iſchiadicis, phthiſicis, hepaticis, ſpleniticis, & hydropicis opitulatur, dyſenteriam cum ſucco polygoniæ datum abſcindit, & omnem dolorem præcordiorum cum abſinthii, uel calaminthæ decoctione potum placat, calefacit enim, ſi ſuper carbunculũ, aut mala naſcentia in modum emplaſtri appoſitum fuerit, maturat, & rumpit, tumorem & dolorem deponit, & plagas omnium locorũ maxime uerendorũ mire ſanat. Recipe Aloes ſcrup. 45. Croci, Coſti, Anacardi, Agarici, Corallii, Myrrhæ, Ammoniaci, Terebinthinæ, Galbani, Sagapeni, Opopanacis, Confitæ, Styracis calamitæ, Iridos, ana dra. 18. Opii, Olibani, Maſtiches, Bdellii, Cozumbri, ana drach. 9. Balſami, Folii, ana drach. 6. mellis optimi quod ſufficit. Dentur ex eo pilulæ 7. aut 9. aut 11.

PAVLINI ANTIDOTVM MINVS. Caput. 752.

Paulinũ hãc Antidotum quãquã paulo aliter recẽſet Gal. li. 7. ca. 6. de Cõpo. ſecundũ loca.

TVsſientibus ex pectore, pulmone, ſtomacho, Hepate, ſeu Pleura cum apozemate Iridos, & Thymi potatum, Colicis cũ uino tepido medetur, ſanguinem & dolorem Hæmorrhoidum cum uino in quo cyminum iniectum fuerit, datum emendat, Typice febrientibus cum apozemate Anacardi exhauſtũ auxiliatur. Recipe Cinnamomi, Coſti, Pyrethri, Myrrhæ, Caſtorei, Opii, Piperis nigri, & longi ana drachm. 9. mellis quod ſufficit. Datur in quantitate auellanæ febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

PANCHRESTVM MAGNVM. Caput. 753.

AD multas ægritudines necessarium, Epilepticis cum tepida datur, rheumatizantibus gingiuis ferro scarificatis affrictum, ita ut patiens os apertum teneat, & humor foras decurrat proficit, sanguinem excreantibus cum pusca frigida propinetur, stomachicis cum aceto tepido bibitũ, Emphraxi hepatis cum tepida, Ictericis cum uino optimo tormina, & inflationes patientibus cum apozemate Apii, seu Anisi, dysenteriæ cum condito, aut uino, Calculo cũ uino in quo cocta saxifraga, & Asarũ, stranguriæ cum uino in quo grana solis coquuntur, menstruis restrictis cum hydromelite, typice febricitantibus ante horam accessionis cũ mulsa oblatum ipso die ab imminenti periculo liberat, morsum serpentum cum uino & melle acceptum, & plagis impositum medicatur. Recipe, opii Thebaici, drach. 30. Croci drach. 15. Seselei drach. 12. Calami aromatici, Castorei, Carpobalsami, Cardamomi, Petroselini ana drac. 8. Zingiberis, Casiæ rubeæ & siccæ, Sagapeni, piperis albi, hyoscyami, Selini seminis, rutæ agrestis, Marathri ana drac. 4. Nardi, Pyrethri, Meu, Euphorbii, Anisi, Trifolii acuti seminis, Dauci, cretici ana drach. 3. mellis quod sufficit. Datur in modum fabæ maioris, aut auellanæ.

Trifolium enim quidã Oxytriphyllon appellant, ut testatur. Diosc. li. 3. cap: 114.

PANCHRESTVM MEDIVM.
Caput. 754.

VIrtute fortissimũ, Melancholicis, & spasmaticis cum Hydromelite bibitũ medetur, dentium dolorem super dentes impositum. Asperitatem arteriarũ cum pusca lenit. Ad tussim siccam in modum oliuæ dormitũ eunti prodest si detur: ad humidam uero cũ Hydromelite, orthopnoicis, & dyspnoicis cũ Pusca, Hepaticis cũ mulsa decoctionis Anethi, Spleniticis cũ aceto in quo cappa-

res decocti fuerint grauitatẽ aufert ita ut ſublato im-pedimento flatus ad omne exercitiũ ſubeundũ fiant apti. Hydropicis cum ſucco Cucumeris agreſtis ra-dicis drac. 1. & aqua tepida dyſentericis cum Puſca, aut apozemate Myrtæ, calculos cũ decoctione apii frangit, & dyſuriæ atq; ei qui bibit uenenum cũ lacte aſinino, aut muliebri bibitum opitulatur. Recipe Cinnamomi, Croci, Galãgæ, Opii, Myrrhæ, Galbani, Cozumbri, piperis ana unc. 2. Reubarbari, Nardi, Zingiberis, Pyrethri, Caſiæ, Xylobalſami, Opopana cis, Sagapeni, Ammoniaci, Libani, Pegani, Aniſi, Hyoſcyami, Amei, Selini ana drach. 9. mellis quod ſufficit. Datur in modum auellanæ, aut ſecundum uir tutem ægrotantis.

PANCHRESTVM MINVS.
Caput. 755.

SImili Sotiræ magnæ uirtute pollet tuſſiẽtibus, Phthiſicis, Pleuriticis, Cœliacis, Dyſentericis, Lientericis, & uitiis mulierum medetur, typice febrientibus celeriter auxiliatur. Recipe Opii, ſemi-nis papaueris albi ana drach. 4. Glycyrhizæ, Caſto-rei, Styracis, Hypocyſtidos, Lycii, aniſi, Hyoſcyami ana unc. 2. Mandragoræ drach. 1. mellis quod ſuffi-cit. Datur in modum nucis Ponticæ cum tepida.

ANNOTATIO.

PANCHRESTVS cõfectio ab omniiuga utilita te ſic appellata, qualis fuerit antiquis, uide apud Ga-lenum lib. 7. cap. 6. de Compoſ. ſecundum loca.

POLYTHAVMASTVM MAGNVM.
Caput. 756.

QVod confert ad dolorem capitis, & oculo-rum cruciatus, & ad dentiũ dolores, Aſth-ma, Suſpirium, & ueterem tuſſim, Peripleu-

monicis, Phthisicis, & uitiis pectoris medetur, stomachi superfluam humectationem exsiccat, grauedinem capitis alleuiat, Hæmoptoicis cum apozemate polygoniæ, aut quinqueneruiæ, Iliosis aut per os aut Clysterem iniectum salutem præstat, doloré post partum placat, & superfluum purgationis sanguiné sistit. Recipe Myrrhæ drac. 18. Nardi drac. 17. Croci, Petroselini ana drach. 15. Sinoni drach. 12. Casiæ, Opii, Hyoscyami ana drach. 9. Schœnanthus drach. 7. Consitæ, Apii, ana dra. 6. Hedychroi, Crocomagmatis drach. 5. Castorei, seselei ana drach. 4. Amomi drach. 3. mellis quod sufficit. Datur in magnitudine auellanæ cum tepida.

POLYTHAVMASTVM MINVS. Caput. 757.

Polythaumastũ, hoc est Multæ admirationis medicamentum.

QVod accommodatum est Epilepticis, Melancholicis, & his qui uigilias nimias patiuntur, ad catarrhum, anhelitum, Tussim, & Peripleumoniam prodest, splenem ponderosum alleuiat, & colorem bonum facit, tormentum intestinorum ex cholerico factum compescit, lumborum ex Colica dolorem, & neruorum grauedinem mitigat, & urinam prouocat, & periodicis passionibus auxiliatur. Recipe Opii drach. 6. Nardi, Croci, Costi, Myrrhæ, Selini, Sinoni, Hyoscyami, Petroselini ana drach. 4. Casiæ, Mastiches, Castorei, Amomi, Seselei, Anisi, ana dra. 2. Reubarbari, Calami aromatici, Asari, ana drach. 1. mellis quod sufficit. Detur in quantitate nucis ponticæ cum uino, aut tepida.

POLYCHRESTVM MAIVS. Cap. 758.

OPtimum ad raucedinem uocis, cum infusione Tragacanthæ ad arteriacam, & tussem cũ decoctione Harmoraciæ siue calaminthæ,

suffocationem pectoris,& stomachi cum apozema-te cymini paragorizat,nephriticis,cœliacis, & coli-cis cum uino tepido datur. Recipe Anisi drach.27. Casiæ,pyrethri,glycyrhizæ,tragacanthæ,dauci,Hyo scyami ana drach.18.Folii,Nardi,Croci,Euphorbii, piperis, petroselini macedonici ana drach.9.mellis quod sufficit, dosis est unius auellanæ cum tepida mane aut uesperi.

POLYCHRESTVM MINVS.
Caput. 759.

HOc non est parui pendendum propter pauci-tatem specierum ingredientium,melius enim operatur quã ea antidota quæ ex multis spe-ciebus componuntur,ad dolorem dentium cum suc co Ptisanæ,tussientibus cum mulsa frigida, Hepati-cis cum uino,& mulsa,Auriginosis,Hydropicis cum mulsa tepida,dysentericis, nephriticis, & paralyticis cum uino sumptum auxiliatur. Recipe piperis albi, drach.6.Croci drac.5.Balsami,Hyoscyami, Petrose lini ana dra.2.Nardi,casiæ fistulæ,Pyrethri,Euphor-bii,Dauci ana drach.1.mellis quod sufficit. Datur in quantitate auellanæ cum tepida.

PANTOCRATEA MAIOR.
Caput. 760.

OPtima ad grauitatem capitis, tinnitum auriũ emendans,stomachicis,hepaticis, & Spleni-ticis,nephriticis,& cholericis medetur. Reci pe Cinnamomi, piperis, petroselini, fœniculi,apii, amei,libystici ana drach.8.Caryophyllorum, Zingi-beris,seselei ana drach.5.Galangæ, anethi ana drac. 1.mellis quod sufficit. Datur ad quantitatem auella-næ febrientibus cum tepida.

PANTOCRATEA MINOR. Cap. 761.

Panaceã uero describit Gale. lib. 7. ca. ‹. de Cõpo. secun. loca. authoritate Antonij Musæ, contra omnium reptiliũ uenena & plagas, spasmũ hydropem, febrẽ, et suppurationes.

CONducit caducis, & stomachicis sanguinem spuentibus cum pusca calida bibita, hydropicis, & pleuriticis cum mulsa prodest, opisthotonicis cum tepida, Nephriticis, calculosis, & stranguriosis cum mulsa, Claudicantibus cum pusca, febricitantibus cum calida auxiliatur. Recipe piperis drach. 24. Rosarum drach. 22. Pyrethri drac. 16. Castorei drach. 13. Euphorbii drach. 12. Balsami, folii, seminis fœniculi ana drach. 6. Croci drach. 5. Cardamomi, dauci cretici, ana drac. 2. mellis quod sufficit. Datur in quantitate auellanæ cum tepida.

PANTOCRATEA MINOR CATHARtica. Caput. 762.

QVæ cephalalgicis congruit, grauedinem, & sonitum aurium purgat, stomachi, renumq; frigiditatem, & totius corporis emendat, & Paralyticis proficit. Recipe Alypiados drach. 55. Piperis, carui, libystici, amei, apii, petroselini, fœniculi ana drach. 6. Zingiberis, Seselei, ana drach. 5. Anethi drac. 3. mellis quod sufficit. Datur in quantitate auellanæ uel nucis ponticæ mane cum tepida.

PICRA GALENI. Caput. 763.

QVæ prodest melancholicis, Epilepticis, & scotomaticis, ad uersionem stomachi, debilitaté, & dolorem eius, frigiditatem & phlegmonem. Indigestionem, & aduersus calores, & anxietatem ibidem factam salutaris est, & Emphraxin hepatis, & spleniticorum inflationem perfecte discutit, Ictericis cum decoctione absinthii auxiliatur. Viscerum, & Hypochondriorũ tormina, renumq; distemperantiam, matricis casus emendat, & menstruis cũ succo artemisiæ propinata imperat. Recipe aloes

optimi drach.108. Cinnamomi, nardi, croci, Schœnanthus, Xylobalsami, casiæ fistulæ, mastiches, asari, rosarum, absinthii, amomi, ana drach.9. mellis quod sufficit. Datur in modũ nucis põticę mane cũ tepida.

PICRA ALEXANDRINA. Caput. 764.

QVæ cephalalgicis, & Hemicranicis salutifera est, lachrymas oculorũ adstringit, pectoris frigiditatem, & stomachi dolorem, Ictericos cum diagridii scrup.3. & apozemate apii pota sine dubio purgat, & colorem bonum reddit: Inflationes præcordiorum, & uiscerum, Iliorum, & renũ maxime matricis cum coccugnidii scrup.2. & Epithymi 1. cum aqua decoctionis asari siue Betonicæ, propinata medetur ex longa infirmitate debilitatis uires reuocat. Recipe Aloes Hepaticæ drach.21. Cinnamomi, nardi, croci, Schœnanthus, Xylobalsami, casiæ, mastiches, asari, succi absinthii, carpobalsami ana drach.3. mellis quod sufficit. Datur in magnitudine auellanæ mane cum tepida.

PALLAS GERONTIS. Cap. 765.

q Væ auxiliatur maniacis cũ sanguine asini gargarizata, & cũ passo potui data, cephalalgicis cum passo resoluta, & fronti illita, & uino bibita prodest, ad Hemicranei dolorẽ cum aqua liquata, & fronti imposita ad aurium dolorem cũ melle, aut passo soluta, & tepida immissa ad rheuma oculorũ cũ passo, aut albumine oui resoluta, & super oculos, & frontem inuncta optima est, dentiũ dolorem circa illita tollit. Ad fauces rheumatizantes, & uuam cũ aceto, & uino gargarizata: tussem, & omnẽ rheumaticã passionẽ, cum mulsa bibita emendat, ad morsum serpentis, uel cuiuslibet reptilis, & contra

omnia mortalia medicamina, cum decoctione gen-tianæ pota, & in eodem loco illita salutaris est. Recipe Opii Thebaici, Tragacanthæ, piperis albi, seminis mechonis, ana drach. 5. Fecis balsami drac. 4. Styracis, casiæ, rosarum, libanotidos ana drach. 3. Nardi 2. & semis. Costi, Myrrhæ Troglodyticæ, Bdellii, Irei, asari, pentaphylli, amomi ana drac. 2. Schœnanthus, casiæ ana drac. 1. & semis, croci, pyrethri, roris marini, anisi, fœniculi, ameos, cardamomi, Euphorbii ana drach. 1. foliorum rutæ, seminis ozimi, Sulfuris uiui ana drach. semis, mellis quod sufficit.

PALLADIVM. Caput. 766.

Scotoma Græce idẽ est quod Vertigo latine, nec differunt. Appellatur etiã Scotodinia ab iisdem Græcis, ut prodit A. Benedictus li. 1. c. 18. suæ practicæ.

QVod cõmodat Scotomaticis cũ succo hypocisthidos, & uino amineo potatũ, Maniacis cum dulcore, prodest datum, Epilepticis cũ tepida, si priusquã accipiant uomant: lachrymas oculorum fronti inunctum sistit, super dentes cõmotos & gingiuas inunctum eosdem confirmat & dolorẽ sedat, Synanchicis cum mulsa, & aceto gargarizatũ tepide subuenit, & uocem raucam perditam ex antidoti drach. 2. & Tragacanthæ totidem cum uini, & mellis cyathis 4. sumptis prodest: ad Catarrhũ cum mulsa tepida, sanguinem reiicientibus cũ pusca per triduũ mane, & sero in pondere auellanæ accipiant, qui siccæ tussiunt, cum ptisana & mulsa, qui uero tussiunt, & reiiciunt per triduum mane, & sero in pondere auellanæ accipiãt. Opisthotonicis, & Spasmosis cum mulsa calida, & aceto proficit, Singultientibus cum mulsa, Hydropici in modum fabæ maioris glutiãt, dysentericis cũ aqua frigida, arteticis, & podagricis cum decoctione fascis Gallici, ad purgationem post partum, & secundas cum butyro & mulsa, Colicis cum tepida epotum: Elephantiosis cum æquali mensura uini, & aquæ marinæ auxiliatur. Recipe pi-

peris drach.20. Nardustachyos, Costi, Calami aromatici, Tragacanthæ, Bdellii, Opii, Thuris masculi, Rosarum, Polii, Irei, Chelidoniæ, Meu, Euphorbii, Ozimi seminis, Hyoscyami ana drachm.10. Balsami drach.8. Myrrhæ drach.5. Styracis Pistaciorũ, amomi, apii ana drach.4. Cinnamomi, Croci, Xylobalsami, Reupontici, Casiæ fistulæ, & ligneæ, asari, Gentianæ, Aristolochiæ longæ, Elenii, Dauci Cretici, seminis Erucæ, ana drach.2. Folii, Castorei, Pyrethri, Acori, Pegani, Cardamomi, Anisi, Petroselini ana drach.1. Vini phalerni, & mellis quod sufficit. Datur in quantitate auellanæ cum tepida.

Pastillos uarios quære inferius in Trochicis.

PANACEA. Caput. 767.

Quæ congruit Synanchicis, & extemporali tussi, & crebris uomitibus puris, Lapides in renibus, & uesica frangit, & Vreteras aperit, Tinesmon, & Colicam patientibus succurrit, Periodicas passiones extirpat. Recipe Opii, Opopanacis, Libani, Myrrhæ, Cardamomi, Hyoscyami ana drac. 10. Sulfuris Iudaici drach.6. Costi, Mandragoræ corticis, Aristolochiæ, Euphorbii ana drach.3. Piperis albi drach.1. mellis quod sufficit. Datur in quantitate auellanæ cum tepida.

Panaciã longiusculã laudatissimãq; require apud Actuariũ de Compo. Medicamen in cap. de Antidotis.

PAMPHYLACTICVM. Cap. 768.

Dolorem capitis aufert, Lachrymas stringit, dolorem uiscerum tollit, typice febrientibus opitulatur. Recipe Myrrhæ drach.18. Nardi drach.16. Castorei, Croci, Piperis albi ana drach. 15. Sinoni drach.12. Anisi drach.10. Opii dra.8. Costi, Crocomagmatis, Styracis Calamitæ, Asari ana dra.4. mellis quod sufficit. Datur in magnitudinæ auellanæ cum tepida.

PHILANTHROPVM MAGNVM.

Caput. 769.

Qvod facit ad Emphraxin Hepatis, & Splenis: dolorẽ Ilii cum Diagridii ſcrup.2. & Euphorbii 1. ſemel datũ emendat: Nephriticis, & ſtranguriofis ſubuenit, Calculos in renibus, & Veſica potẽter frangit, & fractos ſine periculo expellit. Recipe Folii, Schœnanthus, Cyperi, Aſari, Euphorbii, Thymi, Petroſelini, Macedonici, Anethi, Milii Solis, Lapidis Lyncis ana dra. 10. Cinnamomi, calami aromatci, polypodii, Phyſalidos melano piperis ſeminis Libyſtici, Petroſelini, urticæ ſeminis, Citri, Lithu ſpermatos, Bardanæ, baccarũ hederæ ana drac. 8. Galangæ, Nardi, Zedoariæ, Betonicæ, Phu, Meu, Aſparagi, Cardamomi, Apii, Marathri ſeminis Erucæ, Sinapi, Orobi albi, & rubei ana drach. 6. Caryophyllorũ, Zingiberis, Coſti, Caſiæ ligneæ, Pyrethri, Celticæ, Myrobalani corticis Lybani, Leucopiperis, Carpobalſami, Carui, Cymini, Baccarũ Lauri, Sileris ana drach. 4. Olei nardini, Sãbacini, Muſcelini, & Pulegini ana drach. 3. mellis quod ſufficit. Detur inſtar auellanæ cum aqua decoctionis alicuius herbæ Diureticæ.

PHILANTHROPVM MINVS.

Caput. 770.

VTile eſt Cephalalgicis, Arteriacis, ſtomachicis, Hepaticis, Spleniticis, Hydropicis: chordapſum quod Ileos dicitur cum diagridii ſcrup. 2. datum in duabus horis emendat, Nephriticis unice medetur, Colicis aneſim præſtat, Calculos ubiq; frangit & expellit, Iſchiadicis, & podagricis ſubuenit. Recipe Schœnanthus, aſari, euphorbii, Petroſelini, Macedonici, Opii ana drach. 9. Alii addũt granorũ Solis, Saxifragę, Polypodii, ſimilia põdera, mellis quod ſufficit. Detur inſtar auellanæ cũ tepida.

Annotatio

ANNOTATIO.

CHORDIOS & Chordapſos à Diocle Caryſtio dictus eſt morbus Ileos, quo dolores in inteſtino gracili ſentiuntur. Vide Aetium lib.9.ca.28. Alii de pecudibus tantũ hoc nomen uſurpant, quando uidelicet retentis inteſtinis ita diſtenduntur, & in gyrum incuruantur ut aquam & cibum reuomere coguntur, & nonnunquam etiam media rumpantur.

PHILONIVM. Caput. 771.

ORiginem trahens a doctisſimo philoſopho platonico Philone Iudæo, tusſim cum uino mulſo oblatum emendat, peripleumoniam cum hydromelite, ſanguinis ſputum cum polygoniæ ſucco, indigeſtionem ſtomachi, & uomitum cũ puſca, dolorem Hepatis cũ Oenomelite curat, ſpleniticis, & auriginoſis cum Oxymelite ſubuenit, Cœliacis cum apozemate pegani, pleuriticis, Ilioſis, nephriticis & ueſicæ ſymptomatis cholericis medetur. Recipe Lecuopiperis, Hyoſcyami, ana drac.20. caſiæ fiſtulæ drach.6. ſeminis apii drach.4. petroſelini, marathri, dauci cretici ana drach.3. croci drach.2. Nardi, Zedoariæ, pyrethri ana drach.1. Alii addũt Cinnami drachm.6. Euphorbii, coſti drach.4. mellis quod ſufficit. Detur in modum fabæ ægyptiacæ.

Philo. Iudæus Tarſenſis.

PHILONIVM MINVS. Caput. 772.

QVod confert ad dolorem, & grauedinem totius capitis, Dyſpnoicis, tusſiẽtibus, ſtomachicis, & hepaticis ſubuenit, fluxum ſanguinis & uentris ſiſtit, & cholericis confert. Recipe Caſtorei, Opii, Pegani, Melanopiperis, Hyoſcyami, Dauci, ana drach.6. Croci drach.5. Balſami drach.2. Caſiæ fiſtulæ, Pyrethri, Sagapeni, celticæ, Roſarum,

Scriptus codex uidebatur legere uncias duas.

Euphorbii,amomi,apii,petroselini ana drach.1.mellis quod sufficit. detur in modum auellanæ cum tepida,aut cum uino.

PHILONIVM MAGNVM.
Caput. 773.

QVod accommodum est epilepticis,& scotomaticis,dolorem totius corporis, & hemicranei curans. Stomachicis,Hepaticis,spleniticis,nephriticis,colicis,arteticis,ischiadicis medetur.Recipe selini drachm.10.croci,castorei,opii ana drachm.9.myrtæ drach.8. piperis, petroselini ana drach.7.Nardi,Schœnanthus,casiæ fistulæ,anisi ana drach.6.costi,asari.Styracis,Nitri,Sinoni ana drach.3.Macropiperis, Amomi, Sileris ana drach.2.mellis quod sufficit.Dabis ex eo drachm.3.cum tepida, aut cum uino.

CAPVT. 774.

MIrum ex tot descriptionibus philonis antidoti,nullam cum Gal.concordare, qui illud sic explicat.Recipe croci denar.5.pyrethri, Euphorbii, spicæ nardi ana denar.1.piperis albi, hyoscyami ana uncias duas & dimidiam.Opii denar.10. Suscipiuntur, & conficiuntur cum mellis attici tanta copia quanta sufficit. Respondent ferè omnia quæ in cap.de antidotis prodit Actuarius de philonio.

PHILONIVM MINVS.
Caput. 775.

ACcommodatum est cephalalgicis, tussientibus,& peripleumonicis,dolorem, & uentositatem, & emphraxin,stomachi, hepatis, & splenis emendat,nephriticos, typos quotidianarios, & quartanarios curat.Recipe cinnamomi,opii, me-

lanopiperis ana drach.18. Nardi,croci,xylobalſami, caſiæ,pyrethri,ſaliuncæ, iridos,euphorbii, caſtorei, aniſi,petroſelini,apii,alexandri,ſinoni,dauci,ſeminis hyoſcyami ana drach.9. Caryophyllorum drach.6. mellis quod ſufficit.detur ad magnitudinem auellanæ cum tepida.

PHILOXENVM ACTVARII. Caput. 776.

POtentisſimum ad omnes affectus pectoris, & pulmonis,tusſim antiquam,& recẽtem cholericos,peripleumoniacos, & Empyicos curat, & typica frigora emendat.Recipe ſtyracis,myrrhæ, zedoariæ,zingiberis, thymi, hyſſopi ana drachm.2. Thuris,Galbani,pyrethri, & Elenii, pulegii, ambræ ana drach.8.aniſi,melanopiperis, marathri, ſeminis rutæ ana drach.6.mellis quod ſufficit. detur in modum nucis ponticæ cum tepida,aut cum uino.

PHILOXENVM VSVALE. Caput. 777.

QVod prodeſt ad rheumata oris, tuſſem, & ad pectus, & pulmonis uitia, peripleumoniacos,empyicos, & ad typice febriẽtes.Recipe myrrhæ,Baccarum lauri ana drac.24. Zingiberis,glycyrhizæ,libani,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,prasſii,gentianæ,hyſſopi, calami,thymi,aniſi,ſeminis rutæ agreſtis,ana drachm.2.Datur in pondere auellanæ cum mulſa.

PHILACTICVM MAGNVM VTILISſimum ad tumorem,& emphraxin hepatis dolorem eius placans, & uentoſitatem expellens. Cap. 778.

REcipe Aloes hepaticæ,costi, Schœnanthus, piperis ana drach.9.Asari,Eupatorii,Seselei, Petroselini ana drach.7.Croci, Myrrhæ ana drach.2.Mastiches drach.1.& semis,anisi, drach.1. mellis quod sufficit.Dosis eius drach.3.cum tepida.

PHILACTICVM MINVS AD OMNIA supra scripta, conuenit stomachicis, nephriticis,spleniticis. Cap.779.

REcipe Aloes drach.14.Asari dra.4.Eupatorii drach.3.& semis,myrrhæ,Seselei ana dra. 2.Melanopiperis,petroselini ana drachm.1. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cũ uino ueteri seu calida.

POTIO. Caput. 780.

OPtima ad dolorem capitis,sonitum aurium, caliginem oculorum,faucium tumorem, stomachi querelam, & ad acerrimas febres. Recipe aloes,ammoniaci,colocynthidos ana drac.36. Diagridii,Sagapeni,opopanacis, Galbani, absinthii ana drach.27.Elaterii, casiæ fistulæ, Schœnanthus, agarici,salis ammoniaci,Hyperici,Sileris ana drach. 18.Coccugnidii,cinnamomi, Spicæ, cyperi, acori, laureolæ,ellebori albi,piperis nigri, albi, & longi, amomi,cardamomi,anisi,fœniculi,apii,olusatri,dauci ana drach.9.Balsami,Ellebori nigri,caryophyllorum,costi,reupontici,Scillæ coctæ,xylobalsami,carpobalsami ana drach.4.& semis mellis quod sufficit. Datur ieiunis cum tepida.

POTIO. Caput. 781.

PRincipalis ad guttam & purgat cephalalgicos,stomachicos,Hepaticos,Spleniticos, nephriticos,& stranguriosos, Ischiadicis, arteticis,maxime podagricis summũ remedium est, Re-

cipe Hermodactylorum, myrobalani chebuli, Turbith, Diagridii ana drac. 15. Cinnamomi, caryophyllorum, chamædryos, saxifragæ, Brusci, asparagi, seminis anethi ana drach. 5. Galangæ, zedoariæ, Schœnanthus, asari, granorũ solis, petroselini, cymini ana drach. 4. Zingiberis, aristolochiæ longæ, xylobalsami, lapidis Lyncis, piperis, libystici, orobi ana drach. 2. Agarici, Myrrhæ, Euphorbii, cardamomi, anisi, citri, & urticæ seminis ana drac. 1. mellis quod sufficit. Datur ieiunis in quantitate nucis ponticæ cũ tepida.

POTIO VALIDA CONTRA OMNEM guttam calidam uniuersorum membrorum maxime pedum. Cap. 782.

RECIPE Hermodactylorum, Maniæ, uiolarum ana scrup. 10. Diagridii, Casiæ fistulæ, Olei rosacei ana drac. 5. Myrobalani: Citrini, Chebuli, Tamarindorum, succi rosarum, seminis angurii, peponis ana drach. 3. Cinnamomi, Caryophyllorum, nardi, seminis marathri, Scariolæ ana drach. 2. Syrupi rosacei quod sufficit. Datur ieiunis cũ tepida.

POTIO EXPERTA AD ICTERICOS & decoloratos, & debiles. Cap. 783.

RECIPE Betonicæ, polypodii ana manipulos 3. agrimoniæ, Violæ albæ & nigræ, Fragariæ maioris, & minoris, Cardui Benedicti, & cõmunis, Chamædryos, Sorbastrellæ, herbæ sanctæ Mariæ, pipinellæ, Centumfolii, Quinquefolii, Sabinæ, roris marini, Saluiæ, apii, Fœniculi, petroselini, Cerefolii, anethi, pastinacæ radicis, Brusci, asparagi, ana manipulum 1. Caryophyllorum, Cinnamomi, Spicæ, Galangæ, Zingiberis, piperis ana unc. 1. Conficiendi modus talis est. Herbas & radicis tusas, & specierum puluerem in uino, & melle sufficienti

nocte, & die infunde. Post hæc per sacculum destillando cola, & inde cum opus fuerit in defectu lunæ patiens per septem dies mane meridie, & uesperi phialam 1. accipiat.

POTIO EXPERTA AD ICTERICOS. Caput. 784.

Recipe oculi bouis fiorum unc. 6. Ciceris rubri unc. 3. Piperis nouies grana nouem, Carenos integros optimos tres. Confice sic. Flores contusos, & Cicera integra, & Carenos, & piperis puluerem in uini phia. 11. & mellis 1. & semis, diligenter ad tertiam decoque, & cola, & deficiente luna per quinque dies mane phia. 1. propina.

POTIO SACRA TVSSIENTIBVS PERIpleumonicis debilibus phthisicis, & ad omnia pulmonis uitia. Cap. 785.

Recipe Elelisphaci, amaraci, Calaminthæ, pegani, Hyssopi, Serpylli, Colenæ, Roris marini, artemisiæ, agrimoniæ, Sabinæ, pentaphylli, Millefolii, pipinellæ, Violæ, Fragulæ, Glechonis, chamædryos ana manipulũ 1. Caryophyllorum, anthophylli, Cinnamomi, nucis Myristicæ, Galangæ, Nardi, Zedoariæ, pyrethri, Glycyrhizæ, Galiæ, melanopiperis, macropiperis, reubarbari, anisi ana unc. semis, Cymini dra. 4. Confice sic. Herbas omnes contusas in aquæ Roseæ lib. 1. & mellis 3. ad aquæ consumptionem decoque, & diligenter cola, & inde puluerem specierum appone. dabis patienti mane & uesperi in quantitate nucis ponticæ.

Fragulã appellat herbã quæ fert fraga Hanc uulgo Medici uocant hodie fragariam. Galiã uidetur corrupte nominare quod Dioscor. li. 4. ca. 91. Gallion uocat.

POTIO VTILISSIMA PERIPLEVmonicis, ex longa ægritudine tabefactis carnes reficit, & Ictericorum colores emendat. Caput. 786.

RЕcipe radicis polypodii unc.3. Radicis linguæ ceruinæ, hepaticæ herbæ, & pulmonariæ, ciceris erratici, radicis aſparagi, Bruſci, corticis agreſtis ceraſi,& pruni ſancti Ioannis ana un.1.Foliorum Violæ, Fragulæ, Maioranæ, pipinellæ, Millefolii, Quinquefolii, Saluiæ, Marrubii hortenſis ana manipulum 1.cinnamomi, caryophyllorum, antophylli, Galangæ, Nardi, Zedoariæ, Zingiberis, piperis nigri & lõgi, Glycyrhizæ ana unc.ſemis, pineam tenerrimam 1. Si autem patiens tusſierit, linguæ canis radicum, & ungulæ equi foliorum Lauri, & Sabinæ ana unc.ſemis adde. Confice ſic. Radices omnes, cortices & herbas, pineamq; integram in optimi uini phia.30.ad tertiam decoque & cola, & poſtea mellis phia.1.& ſemis, cum ſpecierum puluere decoctioni admiſce, cumq; opus fuerit patiens mane, & ueſperi phialam unam exhauriat.

Cynogloſſam Græci appellant.

POTIO ARTIFICIOSISSIMA. Caput. 787.

HAec ad dolorem capitis conducit, ſanguinē oculorum purgat, & luſciofis uiſum acuit, ſtomachicos, & obnoxios multis infirmitatibus releuat. Recipe Myrrhæ, coſti ana drach.4.croci, caſſiæ, ana drach.2.nardi, ſtyracis, caſtorei, Apii, Galbani, piperis nigri & longi, & albi ana drach.1.mellis quod ſufficit. Datur in quantitate auellanæ cū tepida.

POTIO LAVDATISSIMA AD purgandos omnes humores. Caput. 788.

Saliūcæ potius legēdū cēſeo. Vide tamen quæ ſuper hoc caput dicemus in Paralipomenis.

CEphalalgicis, caliginoſis, ſpleniticis, Ictericis, hydropicis, arthriticisq; inſigniter auxiliatur. Recipe fœniculi, polypodii, actes, & chamæ-

ctes ana manipulnm 1. Apii, Petroſelini, paſtinacæ maioris radicis, mēthæ nigræ, Salonicæ geneſtrellæ. (Geneſtrella eſt minor geneſtra habet enim ſurcu los breuiores, & fert florem album, Geneſtra uero croceum. uide Dioſcor. in Sparto, ita enim appella-tur à Græcis geniſta li. 4. cap. 152.) Viridium ana manipulum 1. zingiberis, pyrethri, Euphorbii, Maſti ſtiches, Piperis, Coccugnidii, ana ſolidum unū. Con ficitur ſic. Radices & herbæ in aqua, aut uino ſuffi-cienti in olla cruda lento igne ad tertiam coquantur, & fortiter colentur, deinde mel ſufficiens, & puluis ſpecierum ſuperſpargantur, & iterum exagitando puſillum coquantur, cumq; opus fuerit, tribus die-bus continuis propinetur phiala. 1.

Alter codex addit Co-zumbri ma-nipulū unū.

POTIO AD SCROPHAS QVÆ IN alto corporis radicatæ ſunt, belle ſi-quidem eas per ſeceſſum edu-cit. Caput. 789.

Recipe bruſci, aſparagi, filiculæ, uiolæ, tithyma li, Iari, ideſt Ari, Iridos, Dracontii, Radiculæ. (Radiculam codex ſcriptus interpretatur, ideſt Elleborum nigrum. Cæterum Marcellus Stru-thion herbam Lanariam radiculam exponit in Dio. libr. 2. cap. 152. & libr. 2. cap. 104. de Raphano.) Ellebori nigri, Scillæ, Acori, Radicum, Cyma-rum Oliuæ, floris Stœchados, herbæ Roſaginis. (Roſaginem, & Foſaraki, ſic enim legit S. Ge-nuenſis, & utrunque citat, ſed neutrum interpreta-tur. Syluaticus Roſaginem inquit eſſe ſpeciem roſæ Caninæ. Et fuſerachō Matriſſyluam.) Ideſt Hypo ciſthidos, Floris Orobi, Foſeraginis, Vlmi corticis uiridium ana manipulum 1. Euphorbii, piperis, Coc cugnidii, Cymini ana drach. 6. Conficitur ſic. Radi-ces & herbæ in uino ſufficienti infuſæ ad lenes pru-

Raphanū tamen Lati-ni plerunq; appellant Radiculam.

nas ad medietatem coquantur, & diligentissime exprimantur, & melle sufficienti adhibito iterum parũ bulliãt, postea puluis terẽdorũ admisceatur, cumq; opus fuerit detur phiala. 1. mane per triduum.

POTIO EXPERTA. Cap. 790.

AD guttam, & paralysin quæ oculum uel linguam corripiunt, ad tussim & sitim ex catarrho factam, & ad eos qui ex plenitudine laborant infrigidatione renum, & seminis atoniam patiuntur. Recipe calaminthæ minoris, Elelisphaci, & amaraci cymarum ana drach. 45. Corticis Mandragoræ uiridis, drach. 23. Asphalti, antimonii, Opopanacis, Libani purissimi, Castorei piperis ana drac. 9. herbæ omnes, & puluis specierum in mellis despumati phia. 2. & uini aminei odorati phia. 15. ad tertiã coquantur, & fortiter colentur, & exinde patiens mane phia. 1. accipiat, & custodiatur in domo undiq; clausa, omniq; ex parte cortinis munita, custode quopiam ipsum obseruante, ad ianuam ad sex horas. Circa uero septimam cibetur pullo gallinaceo, aut phasiani cum cymino condito, & hoc tribus diebus continuis faciat.

Atonia est languor debilitas remissio, & irretentio.

POTIO AD RENOVATIONEM ET purgationem pulmonis, & ad debilitatem & consumptionem totius corporis. Cap. 791.

REcipe asparagi, Brusci, Vrticæ uiuæ, rosæ domesticæ, artemisiæ, rubi radicis celsi, anisi, rosaginis corticis, Sabinæ, calaminthæ, rutæ, Serpylli uiridium ana manipulum 1. myrti, roris marini, Elelisphaci, chamædryos uiridium ana cymas quinas, piperis albi & longi, caryophyllorum, anthophylli, Nardi, Galangæ, Zingiberis, costi ana drac. 2.

cymini scrup. 1. Cōficitur sic, in uini albi & fortis phi. 3c. pridie herbæ infuse ad medietatem coquantur, & colato uino tres mellis phialæ adhibeantur. Ad ultimum uero specierum subtilissimus puluis apponatur, & cum opus fuerit de eo tepefacto mane & uesperi phia. 1. propinetur.

POTIO SALVBRIS HYDROPICIS & Spleniticis. Caput. 792.

Eximia ad eos qui lapides in renibus, & uesica habent, & ad omnes inflationes, & tensiones præcordiorum, & uiscerum. Recipe fœniculi, apii, alexandri, petroselini, cerefolii, raphani, iridos, polypodii radicis, phu, meu, artemisiæ, asari, agrimoniæ, saxifragæ, pipinellæ, hyssopi, pulegii, nasturcii, Erucæ, Elenii, Cynoglossæ, maluæ, millefolii, linguæ ceruinæ, Basilici, amaraci, trifolii acuti, Mēthæ, Sisymbrii foliorum, lapati maioris & minoris, corticis medianæ actes, Chamæactes ana manipulum 2. Cinnamomi, caryophyllorum, Galangæ, nardi, folii, costi, zingiberis, xylobalsami, Calami aromatici, Casiç, Cyperi, Piperis, Cardamomi. Ammeos, Seselei, Cymini, Libystici, Sileris, Granorum solis, orobi, dauci, seminis rutæ, & urticæ ana drach. 3. Confectura hæc est. Radices & omnes herbæ in uino amineo sufficienti triduo infusæ, multumq́; exagitando lento igne ad tertiam coquantur, colentur, deinde mellis Thymiani pro arbitrio succo adhibeatur, iterumq́; aliquantulum coquantur. Postremum specierum, & seminum puluis adhibeatur, & per tres dies in uase conditum sæpius agitetur. Quarto die strictius per sacculum in optimo uase stillatim coletur, & inde patiens mane in meridie, & uesperi phialam 1. accipiat, optima enim potio hæc est, & ad multas passiones proficua.

Thymianū Mel appellat, quod redoleat thymū, quāquā Cal. li. 7. ca. 6. nō approbet undequaq.

POTIO CONCEPTORIA. Cap. 793.

OPtimaad purgandam matricem ut mulier post multa tempora sterilitatis ualeat concipere foetũ:recuperat etiam perditas carnes. Recipe Viscaginis Piri Vitaplæ ana nodos synceros 350. Betonicæ,pipinellæ,artemisiæ,ceruillæ, linguæ ceruinæ, millefolii, Quinquefolii, violarum, Elelisphaci,agrimoniæ, amaraci, Hyssopi uiridium ana fasciculum 1. Piperis nouies nouem grana, cymini drach.4. Caryophyllorum, cinnamomi, nardi, Galangæ,nucis moschatæ,zingiberis,costi ana drac. 2. Conficitur sic. Nodi Viscaginis, & Vitaplæ bene abluti cum herbis omnibus in uino optimo sufficienti biduo infusi ad tertiam coquantur & colentur, & uino mellis despumati quantum sufficit addatur, exinde specierum puluis immittatur. Postea ieiunis mane, meridie & uesperi phia.1. propinetur, sed antea 3. aut 4. pictulas oleo adipeq; frictas comedant, quæ recipiant, artemisiæ, Helenii, pegani, herbę uenti, barbæ syluanæ, Elelisphaci uiridium ana drach.8. farinæ tenuissimæ, & oui albuminis quantum sufficit, & sic ad ignem de tepefacto medicamine phialam accipiant.

Ceruinā linguam arbitror expenēdi causā appositam. Ceruillā videlicet nihil esse aliud quā ceruinā linguam.

PILVLÆ DIA' BALANICÆ.

Caput. 794.

OPtimæ ad purgandum caput Cholerico aut Melancholico humore repletum, mitigant enim furiosos dolores in toto siue in parte capitis facto, & tumores faciei uel oris sedant. Recipe Myrobalani Chebuli, agarici, Caroi ana drac.10. Myrobalani, Indi, Epithymi, seminis marathri ana drach.8. Myrobalanorum citrinorum, colocynthidos, anisi ana drach.12. Mastiches, Euphorbii, Fumi terræ ana drach.6. Diagridii secundum libitum. Conficiantur in modum orobi con succo absinthii, & dentur de eis mane uel uesperi.

PILVLÆ QVÆ VOCANTVR Heptameræ. Caput. 795.

DEponunt humores spissos & malos de capite, uisum oculorum clarescere faciunt, cataractas prohibent. Recipe Aloes, Diagridii ana drach. 4. Colocynthidos, Epithymi Cretici, agarici, Mastiches, Absinthii ana drach. 2. terantur & succo Strychni in quantitate ciceris formentur, dentur ex eis 9. aut 11. mane uel uesperi cum uino.

PILVLÆ ALEXANDRINÆ. Caput. 796.

AD Hemicraneum dolorem qui ex frigido humore consistéte in stomacho fiat, & plethora ipsius, & ad tumorem splenis. Recipe Euphorbii drach. 2. Aloes, diagridii, colocynthidos interioris, Bdellii Scythici, ammeos, Nitri Alexandrini, Ellebori nigri corticis ana drach. 1. temperentur cum succo Brassicæ, aut citri ad magnitudinem Orobi dentur ex eis undecim cum tepida, mane: quæ non solum supra scripta, sed etiam Epilepticos optime purgant.

PILVLÆ DIA' GALBANES. Caput. 797.

QVæ conducunt ad tussem maxime ex catarrho factam. Recipe Galbani, Myrrhæ, Styracis, Opii ana drach. 9. Castorei, Ammoniaci Thymiamatis, costi, croci, succi Glycyrhizæ, & prasii ana drach. 4. temperentur cum succo Myrrhæ ad modũ ciceris, & ex his quinq; siue septem euntibus dormitum dentur.

PILVLÆ MELANOPIPERIS. Cap. 798.

PRobatæ ad tussem, & superfluitatem humoris. Recipe piperis, Styracis ana drach. 8. Te-

rebinthinæ, Galbani, Thiu apyru, opii ana drach. 3. temperentur cum succo Apii ad modum ciceris, & ex eis 5. aut 7. euntibus dormitum dentur.

PILVLÆ CYNOGLOTTICÆ.
Caput. 799.

MVltum utiles ad acre, & tenue Rheuma, plurimos enim noui quãuis longo tẽpore rheumatizantes his deglutitis esse curatos. Recipiunt myrrhæ troglodyticæ drach. 6. Libani drac. 5. opii, hyoscyami, Cynoglossæ radicis ana dra. 4. temperentur cum Rhodostomate, fingantur pilulæ ad quantitatem ciceris, dentur ex eis 5. aut 7. euntibus dormitum, faucibus enim rheumatismo dentium & Hæmoptoicis, & uesicæ, & Colo conducunt.

PILVLÆ ROSACEÆ IOSEPHI.
Caput. 800.

AD siccã tussem, & stomachi ardorẽ, & sitim, & ad uocem ex calida distemperantia debilitam. Recipe rosarum, nucleorum pini, amygdalarum purgatarũ, seminis papaueris albi ana drac. 8. zingiberis, succi glycyrhizæ, amyli, tragacanthæ albæ, seminis citruli, melonis purgati ana drach. 4. opii dra. 1. Conficiantur cum penidiis ad magnitudinem ciceris, denturq; de eis mane, & uesperi cũ frigida.

PILVLÆ HYOSCYAMI AD TVSSIM siccam & sitim. Caput. 801.

REcipe tragacanthi albi, citruli, melonis, seminis cucumeris domestici, ana drachm. 8. succi Glycyrhizæ, & radicis eius, seminis hyoscyami, & papaueris ana drach. 4. figurentur cum albumine oui ad magnitudinem ciceris, & siccentur ad umbram, cumq; opus fuerit 4. ex eis patiens sub lingua teneat, & quicquid humoris contrahitur glutiat.

PILVLÆ DIA' SAXIFRAGÆ.
Caput. 802.

QVæ renes,& uesicam purgant,lapides in eis generatos frangunt & expellunt. Recipe saxifragæ,piperis,seminis Basilici ana drach. 8. Nardi,schœnanthus,granorum solis ana drac.4. Acori,asari,phu,meu,betonicæ,dauci cretici,petroselini,mastiches,tragacanthæ,ana drach.2. Cum succo cardami conficiantur ad mensuram orobi manibus perunctis balsamo. Cumq; opus fuerit sumantur ex eis 9.aut 11.eunti dormitum cum apozemate apii uel anethi.

PILVLÆ ENNEADES.
Caput. 803.

VAlde aptæ ad omnes fluxus sanguinis, & ad cœliacam,& dysenteriã. Recipe electri,Lẽniæ,physalidos,gissamiæ,gisasteros, tragacãthi,succi hypocisthidos,omphacii, amyli ana drach. 3. Confice, cum pusca in aqua ubi myrtus & pentaphylli decocti sunt ad quantitatem orobi. dentur ex eis 9.aut 11.mane siue uesperi cum apozemate cicidos,aut siliquæ græcæ.

Terram Samiam,& terrã Sigllatã intelligit.

PILVLÆ MANTINAE VTILES ad omnes fluxus. Cap. 804.

REcipe Mãti florum,symphyti,arsenici, sanguinis draconis,hypocisthidos succi ana drach. 7. myrtæ, styracis, galbani, opii,croci piperis ana drach.4. seminis hyoscyami, seminis papaueris, seminis plantaginis,seminis syriacæ, seminis malorũ cydoniorum, seminis fœniculi ana drach.2. Conficiantur ad mensuram orobi cum succo polygoniæ uel aqua infusionis tragacanthi, denturq; de eis 7. aut 9. eunti dormitum cum decoctione hyssopi, aut Oenomelite.

PILVLÆ DIA' COLOCYNTHIdos. Caput. 805.

OPitulātur cephalalgis,ſtomachicis, ictericis, & hydropicis, impetiginoſis, elephantioſis, & podagricis. Recipe diagridii, aloes ana drac.4.colocynthidos, Maſtiches ana dra.2. Bdellii dra.1.Informentur ad quantitatem orobi cum ſucco abſinthii, denturq́; de eis ieiunis 15.cum tepida poſt cibum cum uino.

PILVLÆ. Caput. 806.

COntra grauedinē capitis & humores graues deponendos,& lippitudiuem oculorum, & uiſum retinendum,& recuperandum, & ſtomachum bene purgandum. Recipe ſchœnanthus, ſpicæ,xylocaſiæ,xylobalſami, Carpobalſami,agarici,aſari,roſæ,uiolæ, epithymi,abſinthii,colocynthidos,turbith,cinnamomi,alypiados,croci, Stœchados, Maſtiches ana drach.1. Diagridii drach.3.aloes unc.6.confice cum ſucco abſinthii.

PILVLÆ AVREÆ. Caput. 807.

OPtime purgant ſtomachum,hepar, & renes, ſcotomiam ex anathymiaſi curant,& uentoſitatem inteſtinorum ſuauiter expellunt. Recipe aloes hepaticæ, Diagridii optimi ana drach.10. Roſarum,ſeminis apii,ana drac.5.Aniſi,ſeminis fœniculi ana drach.3.croci,colocynthidos ana drach. 2.Informentur ad modum ciceris cum aqua infuſionis tragacanthæ.dentur de eis ueſperi 9. aut 11.cum mulſa,aut uino.

PILVLÆ HIERÆ PICRÆ. Cap.808.

AD menſtrua prouocanda,& hæmorrhoidas aperiendas. Recipe hieræ picræ, Diagridii ana drach.6.turbith,myrobalani,chebuli,abſinthii ana drach.2.Epithymi,Caſtorei, ariſtolochiæ

longæ, calaminthæ, reubarbari, ammei ana drach. 1. Euphorbii, Salis gemmæ, Schœnanthus, seminis marathri, Cinnamomi ana drach. semis: fiant cum succo calaminthæ ad quantitatem piperis. dentur de eis uesperi 19. siue 21. cum uino.

Videbatur codex scriptus habere unciam unã non drachmam.

PILVLÆ ENTEROCELICÆ.

Caput. 809.

Conducunt ad uitia testium, Ischiadicis, & Podagricis prosunt. Recipe turbith, Diagridii ana drach. 6. Ammoniaci, Sagapeni, aloes hepaticæ, Sarcocollæ, Casiæ, anisi ana drac. 2. castorei, Sansuci, colocynthidos, calami aromatici ana drach. 1. Formentur cum succo porri sectiui, ad quantitatẽ piperis. dentur de eis 15. aut 19. ieiunis, cum tepida.

PILVLÆ DIA' SICYDOS EX SEMInibus cucumeris. Caput. 810.

Podagricis insigniter aptæ ad mitigandum dolorem, & rheumatismum prohibendum. Recipe seminis Sicydis, Hermodactyli ana drach. 8. Scammonii drach. 2. & scrup. 2. Aloes drach. 1. & scrup. 1. Fiant cum hydromelite ad quantitatem ciceris. dentur de eis 11. aut 15. ieiunis cum tepida.

PILVLÆ ALEXANDRINÆ.

Caput. 811.

Optimæ podagricis, & arteticis, purgant enim uiscosos humores in articulis residentes. Recipe Euphorbii, Colocynthidos interioris nitri ana drach. 36. Diagridii, Aloes hepaticæ ana dra. 9. Alii addunt eiusdem ponderis Turbith. Efficiantur pilulæ cum succo Brassicæ, aut citri ad quantitatem orobi. dentur de eis ieiunis 9. aut 11. cum tepida.

PVLVIS ISOTHEOS METASYNcriticus. Caput. 812.

Prodest eis quibus caput humidum est, & ad Thoracem: Lepram, & Alphosin, & Suspiriũ,

& quæ

& quæcunq; passiones de capite uel thorace generantur reprimit, diaphoresin in omni materie procurat, plenitudinem desiccat, debilibus membris robur inducit, Cachexiam, & pituitosos humores in articulis infixos digerit. Arteticis, podagricis expedit, & hi qui hoc puluere utuntur podagræ, & Ischiadi non fiunt obnoxii, pruritum, & impetigines, & pilos subtiliat. Recipe Salis. (Sal Cappadoticus est sal gemmæ. ita Simon tradit, sed Syluaticus docet esse idem quod sal usuale. Sal lacus mortui Serap. cap. 409. tradit esse amarũ. Sal Tragesicum, Syluaticus innuit reperiri à nobis non posse. Pro aphronitro matronico uidetur esse legendum Babilonicum. de qua re uide Syluaticum.) Cappadotici, & communis & amari, & ammoniaci, & Nitrosi, & Trangesici, nitri Alexãdrini, aphronitri matronici, pumicis, adarces ana un. 12. Lithu asiani, stypteriæ nigræ, nardi celticę, ellebori albi & nigri, Struthi, fecis uini ueteris siccæ, chamæleontis radicis, sulfuris uiui, staphidisagriæ, sinapi, radicis peoniæ, cyperi, stypteriæ scissilis, piperis, cimoliæ, agni spermatis, baccarum lauri siccarum, Gallæ asianæ, Lupini farinæ, cymini, Pyrethri, Schœnanthus, Libani, arsenici, Gummi, Iridos, cucumeris agrestis radicis siccæ, prasii sicci, ossis sepiæ. Fœnigræci igne combusti, pulegii, graminis siccæ, ana unc. 3. Folii unc. 2. Sansuci unc. 1. Confice sic. Sales & nitrum in olla noua lento igne frige, cætera sicca tere, & simul omnia misce, & in balneo cum sudare cœperis utere, & tunc per totum caput decoctionem salicis corticis in aqua rosea, & alphita, & uino nocte asperge. Hoc enim reprimit desuper currentes humores, & diaphoresin facit, & desiccat humores qui continentur in articulis, & robur imbecilli membro præstat.

Kisseridium appellat author à Cisseride. i. pumice qui ad cõponendum hũc puluisculũ assumitur de quo consule Diosco. li. 5. ca. 79.

PVLVIS KISSERIDIVS. Cap. 813.

VAlet ad pinguem hominem ſubtiliandum, & ad ſuperfluam craſsitiem extenuandam, ita ut ex pingui, & nimis humido ad habitum exiliorem, & ſicciorem patiētem reducat. Curat etiā leproſos, zermoſos, pruriginoſos, & ſcabioſos, & ſi quis hoc uſus fuerit, a podagrico, uel artetico, ſeu ab alio dolore non moleſtabitur, quicunq; hoc puluere fricantur in balneo poſtquam ſudare cœperint utantur diebus tribus interpoſitis, diebus autem quibus utitur nullo alio unguento patiens imbuatur, & a pipere, & ſalſamentis, & ab acribus omnibus abſtineat. Recipe nitri, aſari, ſalis aſſati, myrrhæ aſſatæ, ſulfuris uiui, opociſſæ, iridis illyricæ ana drach. 4. Baccarum lauri ſiccatarum, Sanſuci, Ellebori albi, pumicis marini aſſati, chamæleontis nigri, pyrethri, Sinapi, Gallæ Alexandrinæ, peucedani, pollinis Fœnigræci, orobi, piperis nigri, Struthii, Cardamomi, Marrubii ſicci, Elaterii ana drachm. 2. Hæc omnia in ſubtiliſsimum puluerem redige, & uaſe uitreo conde, & cum opus fuerit utere.

Opocyſſam quod ſonat ſuccū hederæ. S. Genuenſis tamē innuit eſſe Gummi hederaceū.

PVLVIS ASCLEPIADEVS.
Caput. 814.

QVo Conſtantinus Imperator utebatur, unde incolumis uixit uſq; ad uitæ ſuæ periodum, aſsidue nanq; datus cum Careno ſiue tepida, lunaticis, & timidis proficit, ad reiectionem ſanguinis cum plantaginis decoctione ad dolorem, & debilitatē ſtomachi cum apozemate Sanſuci, aut Siſymbrii, ad hepatis tumorem, & dolorem cū condito, uel aminæo uino, ſpleniticis cum ad aceto: ad lateris dolorem & renū, cum Betonicæ, ſeu Aſari decocto eadem hora ſuccurrit, ad typos omnes cum Calaminthæ apozemate contra uenenum cuiuslibet ſerpentis, uel ſcorpii cū uino ueteri propinatus ſub-

Conditū explicauimus cap. 618.

uenit. Recipe folii optimi, Spicæ, Casiæ fistulæ, Mannæ, Mastiches, Tragacanthæ, Myrrhæ, aluminis, sanguinis draconis, Aloes hepaticæ, aristolochiæ lōgæ & rotundæ, Glycyrhizæ, Iridis Illyricæ, peucedani, Cyperi, Enulæ, Betonicæ, Fascis Gallici, Elelisphaci, absinthii, centauriæ, phu, Eupatorii, Hyssopi, meliloti anagallidis, Gentianæ, petroselini, Macedonici, platocymini, cardamomi, carpobalsami ana dra. 8. Hæc omnia in subtilissimum puluerem redigantur, & usui reseruentur, cumq; opus fuerit ex his drachm. 2. patiens ieiunus accipiat.

PVLVIS DIA' VLVLES, IDEST EX Noctua confectus. Caput. 815.

Expertus ad asthmaticos, & suspiriosos, & ad eos qui in poris pulmonis emphraxin ex frigido phlegmate patiuntur. Recipe noctuam in olla rudi coctam, uel exustam, & corium ex facie ceruina similiter ambustũ, marucarũ radicis albuci, caudę equi radicis ustæ ana un. 2. quorũ puluis usui reseruetur, cumq; opus fuerit patiens in balnei aere sumat mane dra. 3. aut 4. cum mulsa, aut aqua sub dio constituta, dentur diebus tribus in mense, decem interpositis diebus, & cum de balneo egressus fuerit, cooperiatur diligenter, donec affatim sudauerit, & sic nona hora cibetur. Abstineat autem a crassis carnibus, & piscibus sine squammis, & leguminibus omnibus.

PVLVIS ILLYRICVS OPTIME faciens dispnoicis, & suspiriosis. Caput. 816.

Recipe Iridis, Laureolæ, Meu, polypodii, Saliuncæ, Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, Costi, ana in puluerem redacta usui reseruentur, & cum necesse fuerit, inde drachm. 2. uel 3. cum uino offerantur.

PVLVIS DIA' PENTE. Cap. 817.

HIc anesim præstat anhelosis ex frigido rheumate tussientibus. Recipe colophoniæ drac. 30. Alypiados, polypodii ana drach. 15. Zingiberis, piperis ana drach. 8. quæ omnia in tenuissimum puluerem redacta reseruentur, & inde cũ opus fuerit in apozemate iridos siue calaminthæ drach. 3. ieiunis propinentur.

PVLVIS AD EMPHRAXIN ET uentositatem, & dolorem hepatis. Caput. 818.

REcipe gentianæ, eupatorii, absinthii, zingiberis, piperis, apii, Fœnigræci, anethi, amygdalarum amararũ, lupini, ana terantur, & usu expostulante drach. 3. cum aminæo uino dentur.

PVLVIS PROBATVS AD SCLErian & ad emphraxin hepatis. Caput. 819.

REcipe gentianæ, petroselini, anethi aua unc. 3. Fœnigræci, cinnamomi, zedoariç ana unc. 1. quorum pigmentorum puluis tenuissime cribellatus condatur, cumq; opus fuerit drach. 3. cum aqua tepida si febriant dentur, si non febricitent cum uino.

PVLVIS DIA' GLECHONIS. Caput. 820.

Glechona græce maluit quã latine pulegiũ dicere, de quo consule Diosc. lib. 3. cap. 31.

AD frigiditatem & dolorem, & uentositatem stomachi, hepatis, & splenis. Recipe glechonis, pegani, elelisphaci, zingiberis ana drach. 18. Caryophyllorum, galangæ, zedoariæ ana drach. 3. & semis, carui, anisi, cymini, libystici, anethi ana dra. 9. gentianæ, prassii, aristolochiæ rotundæ, piperis

ana drach.4.& semis,cinnamomi,croci, rasuræ eboris,Baccarum lauri ana drach.2.quarum specierum puluis,tenuissime cribellatus condatur,cumq; opus fuerit inde dra.3.cum decoctione anethi offerantur.

PVLVIS DIA' CAPPARON.
Caput. 821.

VEhementem dolorem splenis, & inflationē, & tensionem,duritiem,& puncturam eius mirandum in modum emendat. Recipe corticis radicis capparis drac.27.Rumicis seminis drac. 18.Corticis radicis Tamaricis drach.9.hæc omnia trita,& in puluerem redacta condantur,cumq; opus fuerit,patiens drach.1.cum aqua media nocte, uel quando bibere uoluerit,accipiat,& in ipso latere iaceat, manum sinistram sub capite reponendo dormiat,& postea tribus horis ieiunet.

PVLVIS DIA' GIT VEL DIA' MElanthiu.
Caput. 822.

MIrabilis ad dolorem ilii,lapides renum,& uesicæ plausibiliter confringit & expellit,stranguriam soluit,& dysuriam. Recipe diagridii,euphorbii,turbith ana drach.12.Cinnamomi,antophylli,zedoariæ,zingiberis,costi,pyrethri, Schœnanthus,calami aromatici,xylobalsami,asari,cyperi, betonicæ,Git,Petroselini,macedonici, saxifragæ,seminis apii,anisi,carui,sinoni, platocymini, marathri, basilici seminis, baccarum lauri, baccarum hederæ, phu,meu, aristolochiæ ana drach.3.horum puluis, subtilissime cribellatus in uase uitreo, aut alio reponatur,cumq; opus fuerit dentur ex eo drach.3.mane cum apozemate mercurialis uel polypodii,stranguriam,& dysuriam patientibus,cum aquæ cyathis 2. in qua pridie infusum est,& decoctum semen citruli,

Melonis, Cucumeris, & cucurbitæ, addito Muscelii cyatho uno.

PVLVIS AD ILII DOLOREM ET LApidis explosionem, & stranguriam. Caput. 823.

RECIPE Diagridii, Turbith ana drach. 18. Cyperi, saxifragæ, seminis rutæ agrestis, macedonici, seminis citri, & asparagi ana drac. 5. Cinnamomi, Nardi, Folii, Zingiberis, celticæ, ana drac. 3. Dabis ex eo drachm. 3. uel amplius iuxta uirtutem cum mulsa.

PVLVIS AD ILII DOLOREM ET uentositatem interiorum expertus. Caput. 824.

RECIPE Oxeos poros, idest Esulæ radicis corticis, seminis citri ana drachm. 12. Mastiches, Nardi, Schœnanthus, Diagridii, Euphorbii, Casiæ fistulæ carnis interioris, corticis Myrobalani citrini, Polypodii ana drac. 1. tere, & cum opus fuerit ieiunis æstate drach. 1. Autumno duas, hieme dra. 3. cum aqua tepida propina, & ante prandium balneum petat, & ad octauum usq; diem a piscium esu abstineat.

PVLVIS ACCOMMODABILIS dolori ilii. Cap. 825.

RECIPE Zedoariæ drach. 18. Galangæ, Lapidis lyncis, Diagridii, Saxifragæ, Milii Solis ana drach. 9. tere, & cum opus fuerit cum Apiano apozemate prebe.

PVLVIS AD ASTRINGENDVM SANguinem superius siue inferius erumpentem. Cap. 826.

Recipe Symphyti, Sanguins draconis, Kecrabræ ana drac. 1 o. Hæmatitidos, Corallii, cornu ceruini usti ana drac. 8. Hæc omnia in puluerem subtilissimum redacta uase uitreo condantur, & cum opus fuerit inde drach. 2. uel 3. cum apozemate offerantur.

De Kecrabra. Vide cap. 828.

PVLVIS AD SANGVINEM REPRImendum de naribus siue de aliquo uulnere profluum. Cap. 827.

Recipe Pegani usti dra. 27. Anzorot, idest Sarcocollæ. Matheke, idest lithargyri, sanguinis draconis ana drach. 9. quorum puluis in nares, & uulnera immissus mire stringit.

PVLVIS HÆMATICVS AD SVpra scripta. Caput. 828.

Recipe Sponduli marini usti, Gisasteros, Kecrabræ ana drach. 9. Spongiæ nouellæ ustæ, Pumicis usti ana drach. 7. Hæmoptoicis cũ aqua pluuiali medetur in Licinio aspersus, & uulneribus immissus sanguinem fluentem arcet.

Alibi ca uidelicet 474. Nicolaus interpretatur Kacrabrã. i. cardamomum.

ANNOTATIO.

SPONGIAM marinam pro Spondulo legendum esse arbitror. Est enim spongia marina usta cõmoda ad ea quæ adstringere, & spissare oportet, teste Plinio. Kacrabram legit Syluaticus, & tradit esse speciem Vernicis subruffi. Vtitur Alsaharauius Tractatu 18. cap. 7. Practicæ.

De sanguinis hircini præparatura consule Aetium lib. 11. cap. 12. & nihil desyderabis amplius. Vide insuper. Paulum li. 7 ca. 11. circa medium.

PVLVIS TRAGICVS. Cap. 829.

Laudatissimus ad Lapidem renum, & Vesicæ frangendum, & Limositatem expellendam, Stranguriam, & dysuriam soluendam. Recipe sanguinis tragici, idest hirci ad disciplinam dinami-

diorum facti,uesicæ apri cum loco suo siccæ,sangui-ns Polypi ana drach.27.Galangæ,zingiberis, pyrethri,helenii,pulegii seminis tribuli,petroselini, Alexandrini ana drachm.18.Caryophyllorum corticis Gladioli,thymi,piperis albi, seminis urticæ ana dra. 9.Hæc omnia in subtilissimum puluerem redacta reponantur, cumq; opus fuerit, detur inde unc.1. cum condito.

PVLVIS AD LAPIDEM FRANgendum. Caput. 830.

Recipe saxifragæ drach.36.seminis petroselini drac.18.Caryophyllorum,zingiberis, diagridii,Lapidis lyncis,macedonici ana drach. 9.quorum subtilissimus puluis condatur, cumq; necesse fuerit drach.3.dentur cum apozemate granorum solis,costi,& asparagi.

PVLVIS HERMODACTYLICVS. Caput. 831.

Vide Epistolā medicinæ Galenianæ instauratoris Ioannis Manardi ad Simonē Gryneū philosophū, & oratorem eloquentissimum.

Vtilissimus nephriticis, ischiadicis, maxime podagricis.Recipe Hermodactylorum dra. 50.Diagridii,Turbith ana drachm.9.Caryophyllorū,zingiberis,aristolochiæ lōgæ, apii, asparagi,brusci,anisi ana dra.4.& scrup.2. Tenuissimus horū puluis seruetur, cumq; opus fuerit drac.4.propinētur,febriētibus cū tepida,nō febriētibus cū mulsa.

PVLVIS CEPHALICVS. Cap. 832.

Lepida chalcu,romani squamā æris appellant apud Diosc. lib.5.ca.46.

Qvo Exeon crates a Sorano accepto utebatur.Confert ad omnia uulnera, maxime gingiuarum,si humida fuerint, & syringiam patiuntur,ita ut a radicibus dentiū fiat suppuratio.purgat etiam aliorum membrorū cacoethica uulnera, maxime renum replet caua, ossa contusa educit, & callositatem amputat.Recipe orobi rubei drach.20. ireos drac.10.Mannis, lepidis, chalcu,aristolochiæ lōgæ ana drach.5.floris æris,Thuris ana drach.3.Hæc

omnia ſigillatim terantur,& cum opus fuerit ad omnia ſupra ſcripta exhibeantur.

PVLVIS ROSEVS MIRIFICVS podagricis ex calido patientibus. Cap. 833.

Recipe roſarum drach.50.Diagridii,glycyrhizæ ana drach.15.Cinnamomi,ſucci tithymalli ana drach.8.Dentur ex eo cum opus fuerit drachm.4.ieiunis cum tepida,in qua pridie infuſæ & decoctæ fuerint uiolarum drach.8.

PVLVIS ANTHERÆ. Cap. 834.

Recipe florum roſarum drach.2.Myrtæ, aluminis ſciſsi,Sandaracæ,arſenici, Balauſtiorũ, ariſtolochiæ rotundæ,Gallarũ ana un.1.quibus tritis ſubtiliter & cribratis cũ opus fuerit utere.

De Antheris. Vide Io. Manardum lib.4 epiſ.3. Celſum li.6 Dioſc.lib.1. Gal. de Cõpoſ ſecundũ genera.li.5.

PVLVIS ANTHERÆ. Cap. 835.

Optimus ad exiccandam uuam, & palatum ex calido rheumate affectum,gingiuas tumẽtes reprimit,putridas purgat, & uulnera cicatrizat.Recipe ſandaracæ unc.4.Roſarum un.2. Croci, aluminis ſciſsi,iridis,gallarum ana unc.1.Cyperi un. ſemis quibus in puluerem redactis ad ſupra ſcripta utere.

PESSARIVM QVOD APPELLAtur Chriſonum. Cap. 836.

Conducens ad præfocationem matricis,dolorem eius amputat,& duritiam mollit.Recipe terebinthinæ drach.72.Adipis anſerini,Caſtorei ana drach.9.Croci,medullæ ceruinæ,Butyri,Fœnigræci pollinis ana drac.4.Vitellorum ouorum 2. Olei cyprini,& ceræ quantum ſufficit. Oleum,terebinthina,& uitelli ouorũ lento igne ſoluantur.Deinde medulla,& butyrum admiſceantur,& cum ſimiliter ſoluta fuerint,puluis ſpecierũ adhibeatur, & tepidum depoſitum coagulari permittatur,cumq; opus

fuerit plagellæ inductum sup ponatur.

PESSARIVM VTILE AD DVRITIEM & ulcera matricis. Caput. 837.

REcipe ceræ albæ drach.27. Libani, lithargyri loti, pompholygos, hyssopi, picis siccæ, adipis anserini, medullæ ceruinæ ana drac.9. Olei rosacei quod sufficit. Lithargyrum in oleo coquatur donec mollescat, deinde pix & cera immittantur, & cum liquata fuerit, adeps & medulla addantur, & postea Pompholyx super spargatur, ad ultimũ uero Libani, & hyssopi puluis imponatur quod in plagella inductum, tempore cõpetenti supponatur.

PESSARIVM APERITIVVM AD PROptosim, & duritiem, & igneam phlegmonem matricis. Caput. 838.

REcipe Adipis anserini drach.36. Ceræ drac. 27. Croci drach.9. Ouorum duo albumina, olei rosei quod sufficit. Crocus cum albumine siue uitellis ouorum in sole diutissime teratur, postea adeps trituræ adhibeatur, & incessanter commisceantur, postremo autem ceram cum oleo solutam medicamini adiicias, & tã diu terendo subige, donec unũ corpus fiat, & cum opus fuerit molli bombace exceptum supponatur.

PESSARIVM DIA' MELILOTV APtum ad concipiendum, & oris matricis duritiem molliendam. Cap. 839.

REcipe olei cyprini, amaracini, & nardini, medullæ ceruinæ, adipis taurini, butyri, ceræ, rutæ ana drach.20. Adipis anserini drac.18. meliloti, radicis Alteæ ana drach.9. Adipes, medulla, butyrum, & cera lento igne soluantur, & subtili linteolo colentur, diuq; agitando misceantur, & cum

coagulata fuerint, tempore competenti in balneo bombace exceptum supponatur medicamentum.

PESSARIVM DIA' NARCISSV. Caput. 841.

OPtimum ad concipiendum, & duritiem matricis malaxandã. Recipe medullæ ceruinæ, adipis anserini, ceræ ana dra.100.narcissi,croci,ole irini,cyprini,& susini,mellis ana dra.10. Mastiches, Terebinthinæ, Nardi, Syriaci, olei nardini ana drac.9. Adeps, Medulla, & cera cũ oleo lento igne liquentur, & tenui linteolo colentur. Exinde Terebinthinã colatæ confectioni adhibeas, postea puluere pigmentorum admixto coagulari sinas, cumq; opus fuerit plagellæ inductum administretur.

De susinõ uel libino unguento. Vide Diosc.li. 1. cap. 53.

PESSARIVM MOLYBDINON. Caput. 842.

AD menstrua prouocanda utilissimum est, scrophas, & cacoethica uulnera purgat, & ex ulceribus profundis putredinem optime educit. Recipe olei ueteris, salis floris, lixiuiæ sarmentorum ana drach.100. Resinæ drachm.20. Nitri drach.15. Propolidis, Molybdini, ceræ ana drac.10. Lixiuia & Molybdinum cũ oleo lento igne coquantur ad consistentiã, deinde ceram, & propolida immitte, mox sal & nitrum. Vltimum ueto resinam, & cum coagulatum fuerit, plagellæ inductum exhibeatur tempore competenti.

ANNOTATIO.

MOLYBDÆNA est herba quædam quam Plinius libr.25.cap.11.plumbaginem appellat. Hic tamen pro Molybdæna quæ est Galena Nicolaum usurpare existimo. Hæc nanq; est solius plumbi uel plumbi, & argenti communis uena. Vide Plinium lib.33.cap.6.& lib.34.cap.10.

PESSARIVM IRINVM. Cap. 843.

AD menſes muliebres ciendos,& ad humores è pectore excutiendos aptisſimum. Recipe iridos,nitri ana drach.4.Pulegii,abſinthii ana drach.2.Myrrhæ,pollinis orobi ana drac.1.Olei cyprini,Muſcelii,& mellis quod ſufficit. Species omnes in puluerem redigãtur,& cum mellis parte una, & olei tribus peſſaria menſuræ trium digitorũ componantur,& cum neceſſe fuerit, ſupponantur.

PESSARIVM DIA' STAPHIDON ad menſtrua prouocanda ſatis præcellens. Cap. 844.

REcipe foliorum rutæ drachm.27.Staphidis, chalcanthi ana drach.2.pulegii, cardamomi ana drach.1.mellis quod ſufficit. Confice ſic. Folia rutæ,pulegium,& ſtaphidem ſimul diutisſime tere,cardamomi,& calchãthi puluerem trituræ admiſce,& cum melle peſſarium ad longitudinem digitorum 3.informa,& cum opus fuerit ſuppone.

PESSARIVM MYRRHATVM ad menſtrua prouocanda. Caput. 845.

REcipe artemiſiæ drach.36.piperis drach.18. Myrrhæ,ſerapini ana drach.9.& ſemis,mellis quod ſufficit.myrrham,& ſerapinum diutisſime tere,poſthac puluerem terendorum admiſce, & melle peſſarium in magnitudine trium digitorum effingito.

PESSARIVM DIA' GITTERIS. Caput. 846.

AD menſes muliebres ciendos,& ad ſupfluum humorem phlegmaticũ glutinoſum de matrice excutiendum. Recipe gitteris,nitri ana

drach.2.Moschi scrup.1.gitteris farinam,& nitri pulverem cum succo artemisiæ, aut felle bovis in quo moschus solutus fuerit tempera,& de molli bombace pessarium ad capacitatem loci cōpone, quod inde imbutum,cum opus fuerit suppone.

ANNOTATIO.

GITTER translator Dios.antiquus nigellam,& git facit.Simon differre parum uiribus opinatur, licet odore multum: Syluaticus Gitter, idest git in segetibus prouenire semen exiguum,& nigrum,& medicinæ inutile. Nigellam uero quæ est Melanthion efficax esse ad ea quæ illi tribuit Dios. lib.3.cap.84.

PESSARIVM DIA' PRASSON AD profluuium sanguinis sistendum. Caput. 847.

Recipe succi prassorum drachm.52. medullæ ceruinæ drach.18.Adipis caprini drachm.9. Myrrhæ,acaciæ,ceræ,olei rosacei ana unc.1. uini ueteris quod sufficit.Oleum & ceram lento igne solue,adipem,& medullam cum succo, & uino soluta confectioni adde, & usq; ad perfectam decoctionem bulli:ad ultimum uero puluere myrrhæ,& acaciæ addito ab igne amoueatur, & usui reseruetur, cumq; opus fuerit cum molli bombace pessarium aptum loco,& medicamen inuolutum suppone.

ANNOTATIO.

PRASSION Marrubium,prasson porrum dici nosse oportet.Nam discrimen hoc non aduertentes multi,& ueterum,& recentiorum in locis ferè innumeris interpretati sunt alterum pro altero.

PRESSARIVM PENTAPHYLLI AD profluuium sistendum utilissimum. Caput. 848.

R Ecipe Pentaphylli, myriophylli, putidæ, Intybi, Polygonii ana fasciculum 1. Corallii usti cineris, cornu ceruini, boli, acaciæ, libani ana drac. 4. Olei rosacei, aceti acerrimi, & ceræ quod sufficit. Compone sic. Herbas in aceto die, & nocte infusas ad tertiam decoque, & cola. Deinde oleum decoctioni adde, & tam diu bulli, donec oleũ extat, mox ceram immitte, ad ultimum autem puluerẽ pigmentorum adhibe, & cum percoctum fuerit ab igne depositum coagulari permitte, cumq; opus fuerit ex lana ad cõpetentiam loci compositã suppone pessum.

ANNOTATIO.

HERBAM putidam usurpat etiam capite 898. in theriaca Alexandrina, quam ego coniicio esse cotylam fœtidam, siquidem hæc ad Theriaces confecturam assumitur. Sunt tamen, & olidæ herbæ coriandri, anagyridis, & uuluariæ quæ assimilis est sanguinariæ ferẽ miro tamen fœtore nares offendens.

PESSARIVM DIA' BALANON AD profluuium sanguinis mirificum. Caput. 849.

R Ecipe Myrobalani, Chebuli, Indi, Alapsæ, ustorum ana drachm. 6. Ferruginis, sanguinis draconis, Thuris, Opii ana drach. 4. Succi Arnoglossæ quod sufficit. Species omnes in puluerem redige, & cum succo plantaginis collige, indeq; magdaliunculos informa, & cum opus fuerit suppone.

PESSARIVM DIA' GALBANON utilissimum ad menstrua prouocanda. Caput. 850.

R Ecipe Galbani drach. 4. Gitteris drach. 3. Nitri salis drach. 1. Succi Mercurialis quod sufficit. Galbanum cum succo tere, & puluerem

gitteris,& nitri adhibe, indeq; magdaliunculos in-forma,& cum opus fuerit,ſuppone.

PESSARIVM DI'ALOETICVM ad omnes aſtringentes paſsiones. Caput. 851.

R Ecipe Aloes,Diagridii,Centaurii, Ellebori, Fimi muris ana drachm.1.Fellis bouis quod ſufficit.Omnia in ſubtilisſimum puluerem re-dige,puluere cum felle collecto inde peſſarium fin-ge longitudinis trium digitorum, cumq; opus fue-rit,ſedi oleo perunцto ſuppone.

PESSARIVM PEGANION. Caput. 852.

S Acratum eſt coli cruciatibus, & omnibus dolo-ribus inteſtinorum cuius uirtutem multi autho-res medici ſunt experti.Recipe Diagridii drac. 2.Pegani agreſtis,Epithymi, Ammios, Colopho-niæ,Nitri,ſalis ana drach.1.mellis, decoctionis Mer-curialis quod ſufficit.Puluerem ſpecierum cum mel-le excipe,& tam diu ſubige,donec a piſtillo ſegrege-tur ſponte ſua, & ſic inde peſſaria informa, cumq; opus fuerit ſuppone.

PESSARIVM LEVCOPIPE-reum. Caput. 853.

A D Coli paſsionem magnificum, nam dolo-rem uno momento obtundit,& Scybala, id-eſt ſphærulas ſubducit. Recipe piperis albi, nigri,ſalis æqualia pondera, Galbani quod ſufficit. Puluerem terendorum cum Galbano excipe,& diu terendo commiſce,cumq; opus fuerit, inde magda-unculos informa,& tempore competenti impone.

PESSARIVM TRION. Cap. 854.

APoplexia laborãtibus opitulatur eximie, sple niticis, nephriticis, & intestinorũ doloribus. Recipe Diagridii drach. 16. Nitri drachm. 8. Castorei drachm. 4. mellis quod sufficit. Confice sic, puluerem specierum melle excipe, & simul tam diu coque donec inspissetur ad pistillum, & inde pessarium informatum suppone.

PSILOTHRVM OPTIMVM ARTETICIS podagricis, & quibus necesse est opus attenuare superfitiem. Caput. 855.

REcipe Libani, Mastiches, Lithi Asiani. (Lapis Asius colore pumicis fistulosus friabilis, & non ponderosus lapis est uim habẽs adstringendi, & leuiter exedendi. Vide Diosco. li. 5. cap. 95.) Pumicis assi, Alcyonii, Staphidis agriæ, Cimoliæ, Ellebori, Lithargyri, Amyli, Sansuci ana drach. 28. Caryophyllorum drachm. 9. Picis unc. 1. Quæ omnia trita & cribrata, congruo uasi indita ser ua, & quotiescunque uti uolueris apparabis ita: in sufficienti succo ptisanæ, aut oryzæ unc. 4. Saponis Gallici solue, & lento igne coque, & supra scripti pulueris cochlearia 5. adde, & de calcis inextinctæ usualis cretæ puluere unc. 6. appone. Ad ultimum uero Arsenici, & sandaracæ puluerẽ ana un. 1. & semis adhibe, & lento igne bulli sæpius agitans, si uero probare uolueris, num coctum sit satis, pennam impone, & si dissoluitur coctum est, tepefacto eo in balneo super patientis membra illine, & ne abluat, donec diutius affatim patiens ita sudauerit, interdicito.

Halcyonium autẽ A. Musa spumam maris esse demõstrauit de quo uidẽdus est, idẽ Diosc libro eodẽ ca 90.

Psilothrũ est depilatoriũ siue pilos denudans medicamẽ.

PSILOTHRVM LEVCOTICVM. Caput. 856.

Competit

Competit stomachicis, arteticis, podagricis, & ad omnia uitia ex rheumatismo diuturno oborta. Recipe auri pigmenti unc. 3. amyli, cimoliæ, pumicis usti, Sandaracæ, Stypteriæ, libani, lapidis Asii, Staphidis agriæ, Ellebori albi, & nigri ana unc. 1. Hæc omnia contunde, & subtilissimo cribro excernito, & in ampulla repone, & cum opus fuerit, in aqua decoctionis radicis uisci, aut radicis Maluæ agrestis, saponis gallici ana unc. 5. dissolue, & postea calcis uiuæ pulueris unc. 4. supra scripti pulueris un. 2. auri pigmenti unc. 1. commisce, & lento igne decoque, cumq; decoctum fuerit tepefactum patiens in balneo iam dicto artificio utatur.

QVADRIMERON. Cap. 857.

Alleuiat asthmaticos ex catarrho tussientes, stomachi frigiditatem, & dolorem. Coctionem procurat, & debiles renes confortat. Recipe helenii drac. 12. seminis Marathri unc. 9. Piperis unc. 6. Cymini unc. 3. mellis quod sufficit, dabis mane siue uesperi cum uino.

QVADRIMERON. Cap. 858.

Optimum tussientibus, peripleumonicis, Empyicis. Recipe Styracis, Galbani, Myrrhæ, Opii ana un. 2. mellis quod sufficit, datur uesperi, tussientibus cum tepida, non febrientibus cum uino, quod si uolueris ex eo pilulas facere, tempera cũ aqua pluuiali, in qua decocta fuerit saluia, & ruta.

QVADRIMERON FACIENS PERIpleumonicis tussientibus, pleureticis, & Empyicis. Cap. 859.

Recipe Thymi, Iridis Illyricæ ana dra. 4. Carnium dactylorum, piperis ana unc. 2. mellis quod sufficit. Detur febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

ROSATA ANTIQVA. Caput. 860.

Conducit ad febrem ſtomachi,& faſtidiū, cardiacis,& uomentibus ſubuenit, pulmonē recreat,& eos qui ex longa ægritudine extenuati ſunt carnoſos reddit. Recipe roſarum unc.8.cinnamomi,croci ana unc.6.Galangæ,glycyrhizæ,libyſtici, Dendrolibani ana unc.2.Caryophyllorum, ſpicæ,coſti,zedoariæ,zingiberis, piperis, cardamomi, apii,aquæ roſeæ,confitæ ana unc.1.Thiu apyru unc. ſemis,mellis quod ſufficit. Datur in quantitate caſtaneæ cum aqua frigida.

ROSATA NOVELLA. Cap. 861.

Confert apprime calori, & ſiccitati ſtomachi, cordis,hepatis,& pulmonis,ſitim compeſcit, & uomitum abſcindit,debilitatem ſtomachi, aſtringit laxa,cardiacis ſubuenit,ſudorem diaphoreticum reprimit, ex chronica infirmitate debiles recreat.Recipe roſarum,glycyrhizæ,ſaccari ana drach. 24.Cinnamomi unc.6.Caryophyllorum, nardi, galangæ,zingiberis,nucis moſchatæ,zedoariæ, Styracis, cardamomi, apii ana unc.1. mellis deſpumati quod ſufficit.Datur cum apozemate frigido.

RHODOPISTON. Cap. 862.

Conuenientisſimum debilibus,& cardiacis, & febrientibus,ſtomachicis, peripleumonicis, hepaticis,& ſpleniticis proficit,ueros Tertianarios addita drachma Diagridii ante horam acceſſionis ſubito liberat. Recipe roſarum unc.8.Cinnamomi,Saccari,Glycyrhizæ ana unc.4.Caryophyllorum,galangæ,macis,ſpicæ,zedoariæ,croci, Sandali albi,& rubei,ſpodii,tragacanthi ana unc.1.& ſemis, aniſi,cardamomi,baſilici, Fœniculi,portulacæ, cucurbitæ, citruli, ſeminis peponis ana unc.1.Cam

phoræ drach.1.Rhodomelitos quod sufficit. den-tur ex eo drach.2.mane & uesperi cum frigida.

ANNOTATIO.

CAMPHORA Græca caphura dicitur, est ar-boris Indicæ gummi uel lachryma. Sub hac arbore centum homines adumbrari possunt. Probatur hoc pacto, superponatur pani calido, si humectetur non factitia est, sin minus, factitia est. Symeon Sethi Me-dicus Antiochenus.

RVBEA CROCOMAGMATICA. Caput. 863.

HAec tussim ex acri rheumate cũ succo ptisanę sumpta cõpescit, anatropã, & catatropam, & sputum sanguinis cum succo plantaginis, uel decoctione menthæ bibita adstringit, calorem acuta rum febrium, & periodicarum sine rigore cũ Rho-stomate, aut pluuiali aqua placat, uigilãtibus ex phre nisi & ex pneumatosi, soporem, & quietem cõciliat cum decoctione uiolarum oblata. Recipe Cinna-momi, glycyrhizæ, seminis papaueris ana drachm. 27. Croci, rosarum, hyoscyami, & apii seminis ana drach.18. Nardi, Violarum florum ana drac.9. Ca-ryophyllorum, Styracis optimi, opii Thebaici ana drach.4. Crocomagmatis, hedychroi, Myrrhæ, anisi ana drachm.2. Rhodomelitos quod sufficit. Dosis eius drach.3.

RVBEA CROCATA. Cap. 864.

HAec est experta phtisicis ex catarrho factis, plethoriam pectoris, & pulmonis emendat, periodice febrientibus ante paroxysmi horas bibita succurrit, magis tamen tritæicis. Recipe croci orientalis, & hortensis ana drac.13. & semis, baccarũ daphni excoriatarum drac.9. Styracis rubeæ drac.5.

& semis, opii, glycyrhizæ, cardamomi, anisi ana dra. 4. & semis, mellis quod sufficit. Datur in modum nucis ponticæ, mane uel uesperi cum tepida seu uino.

RVSSA MAGNA. Cap. 865.

HÆc a multis probata est melancholicis, antique, & recens tussientibus, & asthmaticis, stomachicis, peripleumonicis, Empyicis, & Cardiacis, dysenteriam sistit, Quotidianos, Tertianos, & Quartanos typos sine dubio tollit. Recipe Croci, Opii ana drac. 12. Cinnamomi, casiæ fistulæ, Euphorbii, Castorei, Libani, Myrrhæ, Mastiches, Cozumbri, pyrethri, celticæ, aristolochiæ, Gentianæ, Iridos, peucedani, piperis albi, anisi, hyoscyami, dauci, selini, petroselini, Sinoni ana drachm. 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

RVSSA BASILII. Caput. 866.

Constantinus Cæsar. Basilius medicus.

HAc utebatur Basilius medicus in palatio Cōstantini imperatoris, opitulatur phreniticis, & tussientibus, Spleniticis, Iliosis, & dysentericis. Recipe piperis longi, Hyoscyami ana drach. 20. Opii drach. 10. Cinnamomi drach. 7. Croci drach. 5. Cozumbri, apii ana drac. 3. Euphorbii, pyrethri ana drach. 1. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

RVBEA FEBRILIS OPIATA. Caput. 867.

OMnibus febribus ante horam accessionis bibita remedio est. Recipe Myrrhæ, Thuris, anisi, acori, Iridos, ameos, baccarū lauri, croci oriētalis, petroselini, hyoscyami, apii, opii, mādragoræ, seminis meconis ana unc. 1. mellis qđ sufficit.

SOTERA MAGNA. Cap. 868.

QVæ saluatrix interpretatur, si cum aqua mulsa bibatur, capitis antiquum dolorem tollit, syluestrem Phrenesin placat, epilepticis, &

melancholicis ſubuenit, aurium, oculorum, dentium dolorem mirifice ſedat, muliebri lacte ſoluta, & per aurem iniecta cum tepida ſumpta dyſpnoicis, & aſthmaticis medetur, tuſſem antiquam, & recentem tollit, ſtomachum uomiturientem, & ex ſingultu, & dolore laborantem ſanat, peripleumoniam, & pleuriſim, hepatisq; tenſionẽ curat, Ictericos ex abundantia fellis ruffi purgat, & ad priſtinum colorem reuocat, ſanguinis ſputum cum oxymelite ſumpta, uel decoctione polygoniæ ſiue plantaginis ſiſtit, fluxũ uentris abſcindit brachiorum, & coxarum dolorem mitigat, & eis qui ex dolore dormire nequeunt, mirificum ſomnum inducit, arteticis, iſchiadicis, & podagricis neceſſario datur, ad ſerpẽtiũ morſum cũ mulſa propinata prodeſt, Quartanariis utilis eſt, ſi ea propter longam ægritudinem utantur. Recipe Styracis optimi dra.27. Apii drach.20. Coſti, Myrrhæ, Opii, Petroſelini Macedonici ana drach.18. Seſelei drach. 16. Piperis nigri drachm.15. Cinnamomi, Nardi ana drachm.13. Schœnanthus, Sinoni, Syriaci, Aniſi ana drach.12. Caſtorei drach.9. Reupontici drachm.8. Crocomagmatis, aſari ana drac.6. Piperis albi drac. 5. Idrocri drach.3. Amomi, piperis longi ana drac. 2. Alii ponunt Croci drach.16. Meu, Iridos ana dra. 6. Caſiæ drachm.4. mellis quod ſufficit. Datur in modum auellanæ.

Paulus li.7. ca.11. hanc ſotiram integre habet pro ſinono ſinonem legit. Videtur Hedychroi legendũ eſſe. ex Paulo.

SOTERA. Caput. 869.

σωτειρα quaſi ſeruatrix, & non ſotera dicitur Græce.

QVæ accõmodatisſima eſt phreniticis, cephalalgicis, Epilepticis, & omnibus caducis, dolorem capitis aufert, ſomnum inducit, & mulieribus ex matrice epilepſiam patientibus proficit. Oculorum aurium, & dentium dolorem mitigat, uomitum, & dolorẽ, uel dyſenteriam ſiſtit, hydropicis, hepaticis, & ſpleniticis ſubuenit, omnem anguſtiam

placat, ut de profundo mortis ad pristinam sanitatem perducat, febres omnes, & morsum animalium percurat. Recipe croci drachm. 25. Myrrhæ, Castorei, Opii, anisi, Olusatri, Selini ana drac. 18. Piperis drach. 15. Schœnanthus drach. 14. Cinnamomi, Nardi, Costi ana drach. 13. Sinoni, Syriaci, Seselei ana drach. 12. Phu drach. 9. Crocomagmatis, Asari ana drach. 6. Gummi, Xylocasiæ, reupontici, Amygdalarum cardami, petroselini ana drach. 3. Iridos, rutæ agrestis, piperis longi ana drachm. 2. mellis quod sufficit. Datur in quantitate castaneæ cum tepida seu cum uino.

SOTERON. Caput. 870.

QVod sacrum est ad cruditatem et angustiam stomachi, hepaticis, spleniticis, pleuriticis, & latus dolentibus subuenit, colicum dolorem placat, & periodicas febres emendat. Recipe Styracis, Asari, Coccugnidii, Amomi ana drach. 5. Cinnamomi, radicis peoniæ ana drac. 4. seminis rutæ agrestis, apii, seselei ana drac. 3. Aristolochiæ longæ dra. 2. & semis, Myrrhæ, Opii ana drac. 2. Schœnanthus, zingiberis ana drach. 1. & semis. Nardi, Costi, Castorei, piperis nigri & longi, anisi, petroselini ana drach. 1. Sinoni, Syriaci ana drach. semis. mellis quod sufficit. Datur in quantitatē auellanæ cū tepida seu uino.

SOTERON ALEXANDRI. Caput. 871.

QVod prodest cephalalgicis, hemicranicis, monopagicis ac lachrymosis, humidam & recentem tussim paragorizat, plethoram stomachi, hepatis emphraxin, & splenis sclirosin urinā proliciendo eliminat, nephriticos dolores, & colicorum, & tenesmi peculiari uirtute exterminat, & ty-

pice febrientibus ante paroxyſmi motum more ſoli to ſubuenit maxime Tertianariis cum tepida oblatũ. Recipe ſtyracis calamitę drach.29.Cinnamomi,he- dychroi,Crocomagmatis,Aſari ana drach.18. Cro- ci drachm.15.Opii, Coſti ana drachm.14. Nardo- ſtachii,ſchœnãthus,caſiæ fiſtulæ,† amomi,Macis,1 Sileris montani,aniſi,piperis nigri ana drac.6. Pipe- ris longi,ſeminis petroſelini ana drachm.4.Myrrhæ Troglodyticæ drachm.3.Caſtorei, ſeminis apii ana drach.2.mellis quod ſufficit.Datur in modum auel- lanæ cum uino ſeu calida.

Fortaſſe le- gendũ Am- moniaci.

SOTERON OPLONGIMENVM. Caput. 872.

QVod bene facit phreniticis, & dæmoniacis, pleuriticos,& dyſentericos liberat, ad para- lyſim utilisſimum eſt,& rigoribus typicis ſi- ne mora ſubuenit, & ad diuerſos dolores corporis ſummum remedium præſtat. Recipe opii drach.6. Balſami,Spicæ,Cinnamomi, Caſtorei, Mandrago- ræ,Dauci ſeminis, Amomi, hyoſcyami ana drach.4. Croci,Coſti,Galbani,Caſiæ,Piperis albi & lõgi ana drach.2.mellis quod ſufficit. Datur in modum fabæ Aegyptiæ cum calida, ſi autem patiens debilis fue- rit,minor quantitas offeratur.

STEPHANIA MIRABILIS. Caput. 873.

FAciens ad eos qui cibos non continent,ad la- teris dolores proficit,fœminis quæ ſanguinis fluxum ſuperne,aut inferne patiuntur cũ deco ctione Intybi ſiue plantaginis auxiliatur. Recipe ab- ſinthii, Dauci ana dra.4.ſtyracis,Myrrhæ,opii,croci, Anethi ana drach.3.Cinnamomi,Caſtorei ana drac. 2.mellis quod ſufficit. Datur mane, & ueſperi in quantitate fabæ Aegyptiæ cum tepida.

SCLIRIPHILON. Cap. 874.

FAciens ad dolorem ſtomachi, ſanguinem uomentibus, dyſentericis, nephriticis, & arteticis, atq; Iſchiadicis ſubuenit. Recipe ſtyracis, Cinnamomi, ſpicæ, zingiberis, euphorbii, Myrrhæ, pyrethri, Cynogloſſæ, hyoſcyami ana drac. 3. Olei nardini, & petrolei albi, ad conficiendas ſpecies quantum ſufficit. Detur mane cum aqua calida per triduum, diebus duobus interpoſitis reiteretur uſq; ad integram ſanitatem, abſtineat patiens a carne, & a uino: in cubiculo degat non ſub dio, non enim ſola ad ſuprascripta prodeſt, ſed aſthmaticis, & ſuſpirioſis peculiariter medetur.

STAPHIDENA. Caput. 875.

OPtima ad diſtemperantiam hepatis, & ad debilitatem & emphraxin, humores crudos in uentre, & hepate coaceruatos digerit, & robur conciliat. Recipe ſtaphidis pinguis enucleatæ drach. 156. Terebinthinæ drac. 15. Cinnamomi, croci, Bdellii ana drachm. 4. Schœnanthus, aſphalti ana drach. 3. Calami aromatici, ſpicæ, myrrhæ ana drac. 2. Caſiæ drach. 1. Vini heminam. Mellis quod ſufficit. Confice ſic. Staphidem pridie in uinum infuſam, cum Bdellio diutisſime tere, terebinthinam uero cũ mulſa ſolue, & in puluerem ſpecierum in mortario ſimul omnia terendo commiſce, & cum opus fuerit dabis ex eo drach. 2. uel 3. cum tepida, hoc auxilium unice expertum ad diſtemperantiam hepatis, & dyſenteriam, uua enim paſſa natura congruit hepati.

Vue paſſe.

SYNCELLI MICHAELIS CATHARticum. Caput. 876.

QVod facit ad lateris dolorem & renum, coli dolorem & ueſicæ emendat. Recipe Turbith, ſaccari ana drach. 16. Diagridii drach.

8.Zingiberis,pyrethri,ſaxifragæ,piperis longi & albi,amomi,ſelini,ſeminis,ſalis lucidi ana drac.5. mellis quod ſufficit. dentur ex eo drach.3.uel 5.ieiunis cum tepida.

SAL SACERDOTALIS. Cap. 878.

QVo utebantur Sacerdotes in diebus Heliæ prophetæ,propter dolorem capitis, caliginem oculorum,& dentium dolorem,phlegma capitis & ſtomachi,tusſim, & anhelitum emendat. os odoratum reddit,& corpus humanum incolume ſeruat.Recipe ſalis communis unc.16.Cinnamomi unc.4.Cymini unc.3.Zingiberis, amomi, pyrethri,ammei,piperis,Sileri,Saturegiæ,Hyſſopi,origani,pulegii ana unc.1.Quæ omnia tere,& in quouis cibo utere.

SAL MARCELLI. Caput. 879.

EXperimento clarum ad omnes humores, & dolores capitis, phlegma de cerebro educit, abundantiam fellis aptisſime emendat,hydropicos curat,Iſchiadicis,arteticis,& podagricis prodeſt. Recipe ſalis ammoniaci,coſti unc.12. Piperis nigri unc.5.Zingiberis, Piperis albi, Cymini, ana unc.4. Cinnamomi, caryophyllorum, Galangæ, zedoariæ ana unc.3.Hyſſopi,Thymi,origani, caroi, aniſi,apii,petroſelini,libyſtici ana unc.1.& ſemis, tere & exhibe ex eo cochlearia 2.ad prandium,uel ad cœnam,& ſi uolueris Catharticum facere cum mulſa dabis additis Diagridii ſcrup.2.

SAL CATHARTICVM. Cap.880.

QVod purgat caput, & caligines oculorum, aurium dolorem tollit,paralyticos curat, & omnes humores educit.Recipe ſalis ammoniaci drach.6.Diagridii, Euphorbii ana unc.2.Zingiberis, piperis, cymini,ammei,apii,Sileris, petro-

selini ana unc.1.tere,& inde drachm.3.cum uino,aut mulsa dabis.

SAL CATHARTICVM. Cap. 881.

VTile ad purgandum stomachum,hepar, splenem , Hypochondria , & intestina ex malis humoribus,similiter & uentositatem.Recipe salis ammoniaci,Diagridii,Euphorbii ana un.2. Cinnamomi,zingiberis,piperis , cymini,anisi , Fœniculi ana unc.1.tere,& inde drachm.2.cum uino dissolue atque exhauri.

SYMPASMA. Caput. 882.

COntra lentiginem,& Ephelides solis. Recipe Iridis Illyricæ drach.18.Nitri Alexandrini, Ellebori albi ana drac.6.quæ contunde & tere, & in balneo cum sudare cœperis loca passa eodem puluere perfrica.

SYMPASMA AD DEFECTIONEM & tensuram stomachi & uomitum. Caput. 883.

REcipe panis usti drachm.16.Baccarum lauri, thuris,roris marini,pulegii ana drach.3. Mastiches,absinthii,sinapi ana drach.2.hæc omnia tere,& stomacho melle inuncto puluerem asperge & deliga.

Sympasma idẽ est quod latine conspersio,passo nanq; latine significat spargo, tingo, & edo. Vtitur etiã multum C. Aurelianus. Sympasmatis in libro Chronion.

SYMPASMA AD SANGVINIS FLVxum interaneorum. Cap. 884.

REcipe amyli,aloes,omphacii,Gallarum,seminis plantaginis , roris Syriaci , Myrtæ siccæ ana drach.4.subtiliter tritis pectori, & dextro lateri aqua tragacanthæ perunсto insperge.

SYMPASMA AD DESICCANDAS humectas carnes,& tumores hydropicorum. Cap. 885.

Recipe Euphorbii, Nitri, salis ammoniaci, Tartari, sinapis, Baccarum lauri ana drach. 6. quibus tritis patientem oleo dulci in balneo perunctum suauiter manibus donec persdauerit frica.

SYMPASMA AD REPRIMENDVM Diaphoreticum sudorem.

Caput. 886.

Recipe Thuris, mastiches, acaciæ, floris myrtæ gallarum Syricarum ana in puluerem redige, & membris sudantibus Tragacanthi cremore humectatis supersparge.

SYMPASMA AD REPRIMENdum Ischiadicos dolores.

Caput. 887.

Recipe Tartari, Sinapis, seminis Nasturtii, ogi opigani seminis, lauri baccarum ana drach. 4. quarum puluis tenuissime cribratus patientibus mēbris melle perūctis inspergatur & deligetur. Suffumigia quære superius inter fomenta.

Aut pegani, aut origani semē uidetur dicere. Oegi Simō Arabicum esse docet, significareq́; idem quod Acorus.

SYRVPVS ROSACEVS APTVS AD CAlorem febrium, & siccitatem & tussim. Caput. 888.

Rosarum aquæ lib. 6. Saccari libr. 4. Camphoræ drachm. 1. Saccarum in roseam aquam ad modum mulsæ temperatā, in stagnato uase lenes ad prunas decoque, donec inspissari cœperit, deinde albumen oui decoctioni adiunge, & cum spumare cœperit, spumam auferas, sæpius exagitando, cumq́; percoctus fuerit Camphoram pulverizatam adhibe, & uase uitreo conde, & cum opus fuerit in quatuordecim unc. aquæ unc. 1. Syrupi commisce, & patienti propina. si uero uolueris probare, utrum coctus sit, in marmore guttam medicaminis effunde, & si non diffluit absolutus est.

SYRVPVS VIOLACEVS. Cap. 889.

HVmectat & sicce febrientibus subuenit, & cõstipatis uentrem malaxat. Recipe aquæ uiolaceæ lib.4. Saccari lib.2. & semis, camphoræ scrup.2. coquatur secundum disciplinam rosacei.

SYRVPVS ACETOSVS. Cap. 890.

OPtimus ad causum, & tertianum typum: infrigidat & digerit calidos humores in stomacho congestos, uomitum ciet cum aqua calida propinatus. Recipe Saccari libr.10. Aquæ fontanæ libr.7. Aceti acris 2. Succi acidi mali granati, & succi immaturarum uuarum, troximæ succi, & Tamarindi ana lib.1. Damascenorum lib. mediam, Camphoræ drach.semis. Tamarindos, & damascena in aqua biduo infunde, tertio uero die lenes ad prunas ad tertiam decoque, & diligenter exprime, deinde Rhodostoma, acetum, & succos decoctioni adiunge, ibiq; saccarum instar mulsæ solue, & lento igne ad perfectam decoctionem bulli ad mellis consistentiam, Camphoram puluerizatam adhibe tepefacto, & cum opus fuerit cum aqua tepida patienti offer.

SYRVPVS PROFICIENS TABIDIS Phthisicis, & sicce tussientibus. Caput. 891.

REcipe aquæ fontis li.6. Saccari lib.4. Zingiberis li.1. Violarũ unc.6. Tragacanthæ, seminis cucurbitæ cucumeris ana unc.2. Succi glycyrhizæ, seminis papaueris albi, & maluæ ana unc.1. In aqua species omnes nocte & die infunde. Exinde ad medietatẽ decoq; & cola. Postea decoctioni Saccarum manibus fricando commisce, & coq; secundum artificium, & fac acetosum syrupum.

SYRVPVS CONDVCENS FRIGIDItati uentriculi, acido ructui, & hypochondriorum uentositati.

Caput. 892.

REcipe aquæ calidæ lib. 20. mellis lib. 10. Passularum enucleatarũ lib. 1. Calaminthæ, Menthæ ana unc. 2. & semis, zingiberis, anisi, Mastiches, Marathri seminis ana unc. 1. & scrup. 3. Folii, Casiæ ligneæ, Xylobalsami, Cyperi ana unc. semis ligni aloes, Caryophyllorum, Cinnami, Galangæ, Nucis Myristicæ, Croci, Asari, Cardamomi, Piperis nigri, & longi ana drach. 2. Species omnes præter ultimam receptionem in aqua pridie infusas ad medietatem decoque, & diligenter cola, deinde melle addito iterum sufficienter decoque. Vltimæ receptionis speciebus pulverizatis, & admixtis spatula agitando commisce.

SYRVPVS PORICATVS.

Caput. 893.

COnfert ad febres stomachi & hepatis, ad sitim, uomitum, & uentris fluxũ. Recipe aquæ fontis libr. 15. Saccari lib. 5. Succi Mespilorum mali punici, & malorum Acidorum, succi immaturarum uuarum ana lib. 1. Sandali albi, spodii, sumach, Berberis, myrtilli succi ana unc. 4. Rosarum unc. 2. & semis species omnes contritas in aqua, & succo Mespilorum ad tertiam decoque, & cola, deinde saccarum cum cæteris succis decoctioni admisce, & iterum sufficienter decoque, & uitreo uase conde, deinde cum opus fuerit unc. 1. cum rhodostomate, uel pluuiali aqua post cœnam patientibus propina.

THERIACA MAGNA GALENI. Cap. 894.

COnfert passionibus grauissimis totius humani corporis, epilepticis, apopleticis, scotoma-

ticis, Cephalalgicis, & hemicranicis, Raucedini, Pe-
ctori, Arteticis, Asthmaticis, hæmoptoicis, Ictericis,
hydropicis, & peripleumonicis, Iliosis, in intestinis
uulnus habentibus, nephriticis, Colicis, Calculosis,
menstrua, mortuũ fœtum expellit, Lepras uarias, fri
gus periodicum, & cunctas passiones Chronicas
emendat, contra omnia uenena, & serpentium mor-
sus, & omnium reptilium ualet. Est autem diuersa
eius dosis pro diuersa qualitate, & quantitate unius
cuiusq; passionis omnem defectionem, & sensum re
leuat, Cerebrum, Cor, Hepar, & stomachum confor
tat, totumq; corpus custodit incorruptum. Recipe
Trochiscorum Scilliticorum drach. 48. Piperis lon-
gi dra. 36. Trochiscorum Tyri, Trochiscorum Dia-
corallii ana drach. 24. Xylobalsami drach. 14. Opii,
Agarici, Rosarum, Iridis, Scordei, seminis Rapæ
syluestris, Cinnamomi, Opobalsami ana drachm. 10.
Reubarbari, Spicæ, Costi, Croci, Schœnanthus, Zin
giberis, Casiæ, Ligneæ, Styracis Calamitæ, Myrrhæ,
Terebinthinæ, Thuris masculi, Calaminthæ, Dipta-
mi, Stœchados, Polii radicis pentaphylli, petroseli-
ni, piperis albi ana drachm. 8. Folii, Gummi Arabici,
Chalcanthi usti, Sagapeni, terræ sigillatæ seu boli,
succi Hypocisthidos, Celticæ, Acori, Chamædryos,
uel Chamæpyteos, Gentianæ, Meu, Carpobalsami
apii, amomi, Marathri, Carui syluestris, Seseleos, na-
sturcii, seminis Anethi, Hyperici ana drachm. 6. Mu-
miæ, Castorei, Opopanacis, Asphalti, Galbani, Cen-
taureæ minoris, aristolochiæ, Dauci syluestris ana
drach. 3. quæ terenda sunt tere, & gummi in uino li-
quefacta cum puluere, & melle sufficienti commisce,
& repone. detur in quantitate auellanæ cum tepida,
apopleticis, stomachicis, cephalalgicis, hemicrani-
cis: ad raucedinem uocis, & constrictionem pectoris
cum melle, aut Tragacantha, ita ut teneatur in ore,

asthmaticis cum decoctione Elelisphaci, Hæmo-ptoicis ex pulmone, & pectore laborantibus cum pusca, ad ueteres passiones cum apozemate Hysso-pi, Ictericis cum decoctione asari, Hydropicis cum Oxysaccara, Peripleumonicis cum uitte Marrubii, Iliosis cum apozemate apii, Vulnera in intestinis ha bentibus cum apozemate granorum solis, Nephri-ticis, Colicis, Calculosis cum apozemate apii sylue-stris, uel domestici, arteticis cum uitte pegani: ad ue-nena & menstrua educenda & fœtum, cum uino co cto, & mulsa in aqua ubi decocta sit myrtus uel ozy-mum, ad frigus periodicum, & ad cunctas passiones cum tepida. Trochiscos scilliticos confice sic.

SILLITICI TROCHISCI COM-positio. Caput. 895.

SCillam integram diuide, & in massa farinæ fer-mentatæ in furno assato, deinde abiectis corti-cibus eius medium in mortario contere, & tan-tundem farinæ orobi in læuorem contusi, melle aut uino tempera, si deest orobum appone tantundem panis aphri subtilissime triti, & exinde Trochiscos informa, & in umbra sicca.

TROCHISCI DIA' CORALLIV. Caput. 896.

REcipe Cinnamomi, Myrti, Amomi, Papaue-ris ana unc. 4. Schœnanthus, croci ana unc. 2. Calami aromatici, Xylobalsami, Casiæ li-gneæ, Mastiches, polii, phu, Asari, Electios, idest pe-dis columbini ana unc. 1. Ex his omnibus pulue-rem facito, & Trochiscos solidi unius pondere in-forma.

THERIACA ANDROMACHI. Caput. 897.

Congruit umbraticis, & phantasticis, maniacis, melancholicis, & epilepticis, asthmaticis, dyspnoicis, & emphraxi pectoris, & pulmonis ex catarrho tussientibus, & his qui ex melancholico sanguine uel cholerico putrido, corde tristantur aut timent, Anatropam, & catatropam stomachi patientibus, & sanguinis sputum cum polygonii, uel arnoglossi decoctione, hepaticis, & spleniticis, paralyticis, & tremorem totius corporis siue partis habentibus, cum uino in quo pridie castoreum infusum fuerit & decoctum, aufert. Arteticis, ischiadicis, & podagricis cum apozemate elelisphaci, superfluis mensibus cum succo Ambrosiæ, uel Oxyreo, eaq; sæpius accepta sterilem reddit, ad serpentum, & scorpionum, & uenenatorum animalium morsus cũ succo Menthæ oblata, & uulneribus cum austero uino soluta & iniecta.

ANNOTATIO.

GALENVS libro primo de Antidotis carmina Andromachi de hoc Antidoto recitat quæ Ioannes Guinterius ita latina fecit. Et quanquam Gal. trochiscos Scillinos in duplo pondere assumit: Andromachus tamen, illis pares facit trochiscos Theriacales & hedychroi, sic pergens: Fac decadas utriusq; duas, & quatuor æque pastilli drachmas pondere cõnumeres, Tot piperis calidi, meconis, magmatis adde, Magmatis hedychroi par modus iniicitur, Bisq; rosæ senis siccæ folia ingeris inde Drachmis, coniunges Irin & Illyricam. Hoc glycyrhiza modo necnon opobalsama odora, Scordion, & dulcis semina Buniados. Sed Myrrha, & costus, crocus binas accipient triadas. Casia, & Nardus Indica, aglaiæ thus, piper atrum, dictãnus, rheon, marrubium, Stœchas, zingiber, terebinthina, calaminthe, petroselinũ, penthaphyllon singula eodem pondere. Polii drach. 4.

Styracis,Chamæpityos,Meu,Amomi, Nardi gallicæ,Cretæ lemniæ, phu, chamædryos, Malabathri, Chalcitidis,anisi,gentianæ,hypocisthidos,carpobalsami,gummi,marathri,cardamomi,acaciæ, hyperici,sagapeni,Thlaspios,ammios,seselios ana drac.4. castorei,aristolochiæ radicis, Bituminis Iudaici seminis dauci,opopanacis,galbani,cētaurii ana scrup. 3.Subigātur omnia multo falerno quæ succos præseferunt, lignosa teres attico melle excipiens, atque antidotum theriacam conficies. Per Aglaiam autem nonnulli acorum intelligunt, quidam thus album, Galenus nihil,sed Epitheton esse thuris &c.

THERIACA ALEXANDRINA. Caput. 898.

OPtima ad omnes lepras uarias, & Elephantias & impetigines, ad serpentium morsum, & omnium uenenatorum animalium, ad tumorem regii morbi in aceto uel forti uino soluta & illita,prodest arteticis,& podagricis cum aceto & luteo oui adhibita, uenenatis plagis cum uino albo, & modico oxymelite superposita medetur:dentium dolorem cum aceto, & oleo tepido in ore retenta tollit,& febres cum aqua tepida paragorizat. Recipe Trochisci Alapsis,& Trochisci Laccæ ana un.6. Confectionis Tyri,Zedoariæ,herbæ serpentinæ, radicis dracontii,diptami cichne,& seminis iunci, gitteris,butyri,anacardi,Ellebori nigri ana unc.1. Antidoti Miristionis, aristolochiæ longæ & rotundæ, Centaureæ maioris, & minoris, Scillæ in fermento coctæ ana unc.4.Gentianæ,cornu ceruini, stypteriæ, polii,mandragoræ,peucedani,myrrhæ,corallii,asari baccarum lauri,ossis de corde cerui ana unc.3. Antidoti Esdræ,hedychroi,crocomagmatis,argimoniæ, Sabinæ,calaminthes,Thymi,pentaphylli,herbæ pu-

Varias appellant nonnulli lenticulas & ephelides.i.maculas faciei sole exustas.

De herba putida. *Vide cap 344.*

tidæ, halosanthus ana un.2.mellis quod sufficit. Cõfice sic. Butyrum cũ melle coque, & in puluerem specierum commisce, & usui reserua, dabis ex eo drac. 2.uel 3. febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

TROCHISCI ALAPSI. Cap. 899.

Credo Gũmi Arabici legendum esse.

SVmach Arabici lib. semis, communis drach. 4. in aceto fortissimo diebus tribus infunde, quarto die in mortario contunde, deinde adhibito alapsæ libræ subtilissimum puluerem, diu terendo commisce, donec ceroti spissitudinem habeat, & exinde Trochiscos informa.

TROCHISCI IACIS. Cap. 900.

SVmach Arabici unc. 4. in aceto per diem infusas in mortario tere, & adde tenuissimi pulueris Iacis unc. 5. & Mannæ Thuris 2. & contunde, donec inspissetur, fac Trochiscos.

TROCHISCI THERIACI. Caput. 901.

Vide Aetiũ li. 13 c. 90. Tyrũ Arabes appellãt hunc serpentẽ Latini viperã, & tradit Aetius recipiendã esse fœminã ab initio æstatis, statim post Vergiliarum exortum.

QVære serpentem Alfum, idest fortissimum cursorem de mense Iunio, aut Iulio, uel Augusto in siccis locis uersatũ, & in farina hordei ad solem per dies 15. eum expone, ut omnibus ferè putredinibus exuatur, & sic præcidatur caput & cauda, reliquũ excorietur, & intestinis abiectis aqua dulci lauetur, & in olla noua coquatur, donec caro a spina discedat, & carnium uncias 5. uel quantum libebit cum Balsami unc. 1. in mortario terendo commisce, cui addes Iacis un. 5. Gummi Arabici in aceto macerati unc. 3. & exinde Trochiscos informatos ad umbram sicca.

ANNOTATIO.

IACEM uidetur appellare panem purum aridũ recentem, quẽ omnes ad hos Trochiscos assumunt, quanquã Iacis, ut exponit Syluaticus, est tragacãtha.

THERIACA ANTHIOCHI.

Caput. 902.

AD multas probata est ægritudines, & Antiochus rex exhibuit eam puero suo quem diligebat. Congruit nephriticis, Colicis, & stranguriosis, lapidibus renum & uesicę, quos non solum frangit, sed etiam expellit potenter, conuenit uenenatorũ animaliũ morsui, & humoribus melancholicis, quibus mulieres tristantur. Recipe opii drachm. 28. Croci 6. Costi, zingiberis, spicæ, casiæ, Asari, struthii, helenii, Aristolochiæ, Betonicæ, Pulegii, saxifragæ, roris marini, Centaureæ minoris, Prassii, Polii, rutæ agrestis, piperis albi, petroselini, Arceutidos, seminis urticæ, Cymini Aethiopici, Baccarum lauri ana dra. 2. mellis quod sufficit. Alii duplicant pondus opii. Detur in modum fabæ minoris non febrientibus cum tepida.

Antiochus rex.

Arceuthon Græci appellant nos Iuniperũ. Vide Diosc. li. 1. cap. 88.

THERIACA NICOLAI. Cap. 903.

VAlet ad omnes ægritudines, capitis dolores pectoris & tussim, ad stomachi, hepatis & splenis, renum, Coli, & ad frigiditatem intestinorum, hypochondriorum, Iliorum ad tormina & uentositates, ad Calculosos & stranguriosos, & Venerem excitat. Recipe zingiberis, Cinnamomi, Costi, spicæ, Folii, Casiæ fistulæ, styracis, Thuris masculi, Myrrhæ, Galbani, terebinthinæ, Sagapeni, opopanacis, asphalti, Castorei, Aristolochiæ rotundæ & longæ, Iridos, Agarici, Acori, Hyperici, Diptami, Gentianæ, Calaminthæ, Marrubii, Croci, succi Glycyrhizæ, Piperis albi & nigri, Carpobalsami, Cardamomi, Amomi, Anisi, Petroselini, Seselei, Dauci,

ſeminis rapæ, ſcordeon radicis, ſeminis Iunci floris ana drachm.4.mellis quod ſufficit. Detur in modum Aegyptiæ fabæ cũ tepida non febrientibus cũ uino.

THERIACA DIA' TESSARON, Caput. 9c4.

HÆc præcellit uirtutes Theriacarum aliarum, quadrat tusſientibus, Hæmoptoicis, Empyicis, Peripleumonicis, pleuriticis, ſtomachicis, hepaticis, ſpleniticis, ictericis, dyſentericis, ſtranguriosis, morſibus rabioſi urſi, canis, & quorumlibet aliorum uenenatorum. Recipe Myrrhæ, Ariſtolochiæ rotundæ, Gentianæ, Baccarum lauri excoriatarum ana unc.12. Alii addunt Fœnigræci, Nigellæ, Zedoariæ ana unc.4. Diptami, Chamædryos, Pegani ana unc.2.mellis quod ſufficit. Datur in modũ auellanæ tusſientibus cum decoctione Fœnigræci, Hæmoptoicis cum apozemate balauſtiorum, empyicis, cum decoctione Apii, Peripleumonicis cum Vitte Marrubii, plethoræ ſtomachi cum apozemate abſinthii, hepaticis cum decoctione eupatorii, ſpleniticis cum uitte capparis, ictericis cum aqua cicis, dyſentericis cum decoctione gallarum, & Myrtæ, ſtranguriosis cum apozemate granorum ſolis, & Macedonici, contra morſum uenenatorum animalium, & malos fungos cum mulſa imponitur.

Vittem rurſum appellat tranſlator ſuccum, aut decoctũ alicuius medicaminis ſimplicis.

TRYPHERA PRO HVMORIBVS atribilariis. Caput. 905.

MElancholicis, omnibus pasſionibus capitis, Cordis, ſtomachi, & hypochondriorũ quæ ex melãcholica, & cholera rubea aſſata ſunt, appoſita. Recipe Myrobalani Citrini, medullæ caſiæ fiſtulæ ana un.12. Myrobalani Kebuli, & indi ana unc.3. Violæ unc.2. Maſtiches, aniſi, olei roſacei ana unc.1.ſeminis Fœniculi unc.ſemis. Syrupi quod ſuf-

ficit,qui Recipit Saccari,aquæ ana lib.6. Polytrychi, Buglossæ uiridium ana unc.3.Corticis fœniculi radicis unc.2.radicis Troximæ, ſeminis Lactucæ ana un.1.Herbas & ſemina lactucam nocte,& die in prædicta aqua infuſa ad tertiam lento igne coque, & cola,& medullam caſiæ fiſtulæ diu manibus fricando in præſcripta decoctione diſſolue ad lentum ignem donec ſpiſſari cœperit,cola,& in eo ſaccarum in puluerem redactum ſolue,& rurſum coque,poſtea huic puluerem ſpecierum in mortario cum oleo roſaceo manibus fricando permiſce,& decoctioni adde, donec ad ſpisſitudinem electuarii redeat, bulli, & uſui reſerua.

TRYPHERA SARRACENICA. Caput. 906.

MElancholicis,Maniacis,Viſui ex cholera rubea aſſata turbato,ſtomacho,hepati, ſpleni, & hypochondriis diſtemperatis,ictericis,manuum pedumq; caloribus congruentisſima.Recipe ſaccari libr.2.Myrobalani citrini corticis, Medullæ Caſiæ fiſtulæ,Tamarindi ana lib.1.Chebuli, Mannæ ana unc.6.Indi,uiolarum ana unc.5.Aniſi, Marathri ana un.2.Maſtiches,Macis ana unc.1.Belliricorum, Emblicorum ana un.1.Syrupi uiolacei quod ſufficit. Doſis eius drac.3.ſemel in hebdomade ueſperi ſine Diagridio,mane cum Diagridii ſcrup.ſemis.

TRYPERA ISACI. Cap. 907.

Iſaacu medicus uetuſtiſſimus. Trypherarum deſcriptiones undecim prodidit li. 1 ca. cap 35. ſuæ praxeos.

STomachum,& hepar confortat, & digeſtionē, corpus caleſacit,colorem bonum reddit, uentoſitatem hæmorrhoidum expellit,& uenerem proritat. Recipe ſaccari drach.30.Olei amygdalini drach.8.Amygdalarum Turbith,Seſami ana drach. 3.Cinnamomi,Caryophyllorum, myrobalani Citri-

ni & nigri, Chebuli Emblici, been albi, Mastiches, Cyperi, Anisi, Piperis nigri, Cardamomi ana drach. 2. Reubarbari, Menthæ, Basilici ana drachm. 1. & semis. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum tepida.

TRYPHERA MAGNA.
Caput. 908.

AVxiliatur dolori stomachi ex frigiditate, & cum accepta fuerit, statim patientem ad sudorē prouocat, Phreniticis, & mulieribus quæ ex melancholia de matrice insomnes sunt, rheumaticis, Peripleumonicis, & qui excernunt excrementa cum sanguine utilissima est, Ascarides, & Lumbricos educit, & menstrua prouocat cum mulsa data. Recipe Opii unc. 2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Spicæ, Zedoariæ, zingiberis, Costi, Styracis Calamitæ, Calami aromatici, Cyperi, Iridos, peucedani, Acori, Mandragoræ, Celticæ, Rosarum, Piperis, Anisi, Apii, Petroselini, Fœniculi, Macedonici, Dauci, Hyoscyami, seminis Ozymi ana unc. 1. mellis quod sufficit.

TRYPHERA MINOR.
Caput. 909.

DIcata est frigiditati pectoris & stomachi, Empyicis, Pleuriticis, & puncturis quæ per uagātem uentositatem oboriuntur, & somnū prouocat. Recipe Celticæ, Mandragoræ, peucedani, Acori, Iridos, Piperis, Anisi, Marathri, Apii ana unc. 1. Alii addunt seminis Ozymi unc. 2. Opopanacis unc. 1. mellis quod sufficit. Dabis post cœnam cum uino & melle.

Emetō Græci uomitum appellāt unde uidetur Tryphera hæc Emetina uocāda.

TRYPHERA EMETINA.
Caput. 910.

Vomitum, Cœliacam, dysenteriam, hæmorrhoides, & menses deprimit. Recipe Ferruginis drach. 10. Myrobalanorum, Chebulorum, Belliricorum, Emblicorum in tegulis calidis ustorum drac. 5. Olei rosacei, Caryophyllorum, Macis, Sumach, scedenæ ana drach. 1. Cinnamomi, Gallæ, sanguinis draconis, Bdellii, Mastiches, Cardamomi ana drach. semis, syrupi rosacei quod sufficit. Dosis ad quantitatem auellanæ cum succo Polygonii. Alii addunt ferruginis drach. 5.

Scedenegi est hæmatites lapis sanguineus. Simon Genuates.

TRIA SANDALI. Cap. 911.

Prodest ad dolorem hepatis ex calido ad Ictericorum colorem, & ad omnem caliditatem interaneorum, similiter & ad sitim. Recipe Diagridii in cydoniis cocti drach. 27. Saccari, spodii, rosarum Babilonicarum ana drach. 9. Sandali albi, & rubei, & citrini, succi Glycyrhizæ, seminis angurii ana drach. 3. Reubarbari, Croci orientalis ana drac. 2. Camphoræ drach. 1. & semis, syrupi Gileui quod sufficit. Dosis eius drach. 3. cum tepida.

TRIA SANDALI ALTERVM. Caput. 912.

De differentia Cucumerũ, quos Græci Sicya, & anguria uocant, & de cucurbita q̃ Græcis colocynthis dicitur uide Symeonem Sethi medicum Antiochenum.

Ad dolorem stomachi, & hepatis, & phtisim, morbum regium, & ad omnem præcordiorum calorem conducens. Recipe sandali albi, rubei, & citrini, rosarũ, saccari ana solidos 4. Reubarbari, spodii, succi Glycyrhizæ, seminis portulacæ ana soli. 3. amyli, Gummi Arabici, Tragacanthi, seminis citruli, Melonis, cucumeris, cucurbitæ ana solidos 2. Camphoræ drach. 1. Syrupi rosacei quantum sufficit. Alii pondus rosarum quadruplicant, dentur de ea mane, & meridie drach. 3. cum rhodostomate seu frigida aqua.

THEODOSION. Cap. 913.

VTile his qui subito angustias patiuntur, Epilepticis, Melancholicis, amentibus, Dæmoniacis, antiquis doloribus capitis, pectoris, & his qui ex coaceruatione malorum humorum in stomacho, uentre, hepate, & splene angustias, & doloré patiuntur. Hydropicis & Ictericis, Nephriticis, Colicis, & qui totum corpus grauatum habent, male sudantibus, & uitiis quæ in corpore incognita sunt, & mulierum casibus, podagricis, uentribus induratis datur in uere, & autumno semel aut bis, iuxta uires hominis. Recipe aloes, capparis ana drach. 36. Chamædryos drach. 28. Agarici drach. 18. Cinnamomi, Croci, Diagridii, reupontici, colocynthidos interioris, asari, mastiches ana unc. 12. Xylobalsami drac. 8. Acori, piperis albi ana drach. 7. Nardi, costi, zingiberis, Schœnanthus, chartæ combustæ, Meu, Gentianæ, piperis nigri & longi ana drach. 6. Amomi drac. 3. mellis quod sufficit. Dabis drachm. 2. aut 3. cum mulsa tepida.

Theodoretos interpretatur diuinū munus licet S. Genuensis in prolcgo scribat Theodoreton dictam esse à Theodori Prisciani nomine, qui li. 6. rerum medicinalium posteritati trāsmisit, & hāc antidotū primus composuit.

THEODORETOS EVPORISTOS Magna Sorani. Cap. 914.

VAlet ad omne uitium capitis, Cerebri, & oculorum ad melancholicos, Lethargicos, rheuma capitis, ad arteriam asperam, ad uocem clarificandam, anhelosos, sitibundos, e Thorace laborantes, ad stomachicos, peripleumonicos, phthisicos, hepaticos, hydropicos, spleniticos, Ictericos, pleuriticos, nephriticos, colicos, paralyticos, arteticos, Ischiadicos, podagricos, menses retentos, & ad omnes mulierum casus. Recipe aloes hepaticæ dra. 36. & scrup. 2. Cinnamomi, Chamædryos, acori ana drach. 36. Croci, Casiæ, reupontici ana drachm. 27. Agarici drac. 18. Nardi, Costi, Mastiches, Asari, Sil-

phii, Scillæ assæ, ammoniaci, Bdellii, Ellebori nigri, hyperici, Epithymi, polypodii, succi Brassicæ, piperis albi & longi ana drach. 18. Schœnanthus, zingiberis, Myrobalani, Colocynthidos, smyrnes, sagapeni, opopanacis, castorei, absinthii, aristolochiæ longæ, petroselini, gentianæ, amomi ana drach. 9. Diadridii, piperis longi ana drach. 4. mellis quod sufficit. Dosis drach. 2. uel 3. cum mulsa, & si uolueris Catapocia facere ex drachmis pulueris 15. & ex eis porriges ieiunis 13. aut 15. supra cibum uero 7. aut 9. accipiant.

Theodoreton ex Anacardijs, & alteram ex aloe, & tertiam ex aceto mulso apparatam. Vide apud Aetium lib. 13. cap. 112. 113. 114.

THEODORETOS EVPORISTOS Aegyptiaca. Caput. 915.

OPitulatur cephalalgicis, scotomaticis, & Lethargicis, arteriæ asperæ humectæ, uoci debilitatæ, dolori & frigiditati stomachi, & phlegmati nimio in uentriculo, spleniticis, nephriticis, paralyticis, mensibus adstrictis, & matricis uitiis. Recipe agarici drach. 20. Aloes drach. 15. Diagridii, asari, casiæ ligneæ ana drach. 6. Costi, chamædryos, Epithymi ana drach. 5. Spicæ drac. 3. & semis, opobalsami, Cinnamomi, Calami aromatici, Mastiches ana drac. 3. Schœnanthus, Xylobalsami, Euphorbii, piperis albi & nigri, Gentianæ, Carpobalsalmi ana drach. 2. Reubarbari drac. 1. & semis, Myrrhæ, amomi ana dra. 1. mellis quod sufficit. Dabis ex eo drac. 3. cum mulsa.

THEODORETOS EVPORISTOS minor. Caput. 916.

PVrgat phlegma, & choleram, & uentositatem stomachi, hepatis, & omnium interaneorum casus matricis & menses restrictos. Recipe cubebarum drach. 9. Caryophyllorum drach. 7. Opobalsami, nucis myristicæ, Reubarbari, Folii, Spicæ,

Croci, Xylobalſami, aſæ, caſiæ, agarici, calami aromatici, epithymi, maſtiches, Iridos, carpobalſami, meu, phu, piperis nigri, albi, & longi ana drachm. 3. mellis quod ſufficit. Doſis drachm. 2. cum Diagridii, & Euphorbii ſcrup. 1. mane cum tepida.

THEODORETOS ANACARDINA.
Caput. 917.

VTiliſſima eſt ad capitis uertiginem, obliuionem, alienationē, rheuma capitis, uiſum obtuſum, ſurditatem, & aurium tinnitum, ad frigiditatem, & imbecillitatem ſtomachi, & anguſtiam, & cordis defectus, ad pulſum, & timentes citra cauſam, ad hepaticos, ictericos, & male coloratos, ſpleniticos, nephriticos, ad ueſicæ nocumenta, ad difficilem partum, & proluuium ſanguinis, ad cauſas matricis, & ſterilitatem, ſimiliter, & ad debiles, & extenuatos. Recipe aloes unc. 12. Iridis, Caſiæ ana unc. 6. zingiberis, anacardi, Carpobalſami ana unc. 4. Folii, Spicæ, Myrobalani purgati, Meu, Epithymi ana unc. 3. Caryophyllorum, Schœnanthus, reupontici, Maſtiches ana unc. 1. mellis quod ſufficit.

THEODORETOS EX ACETO apparata. Caput. 918.

QVæ recipit radicis fœniculi corticis purgatæ bene ablutæ libr. 9. aceti ſextar. 6. Conficeſic. Cortices conciſos per dies ſeptem in aceto infunde. Octauo uero die lento igne ad tertiam decoque, & cola. Radices in mortario contere, & iterum in aceto infunde, & ad tertiam bulli, ab igne ablata exprime, deinde ſucco quatuor partes mellis adde, iterumq; ad mellis ſpiſſitudinem decoque, & cum tepefactum fuerit puluerem ſpecierum admiſce. Doſis drach. 3. cum tepida. Radices autem colligantur menſe Maio, quia ante tempus hoc humectæ ſunt, & poſt Maium nimium aridæ.

THEODORETOS ANACARDINA. Caput. 919.

AD omnes causas absconditas totius corporis, maxime capitis, & Epilepsiam, suspiriosos, & ad omnia uitia pectoris, ad eos qui non digerunt, sed stomachi & intestinorum dolorem patiuntur. Prodest hepaticis, spleniticis, pleuriticis, nephriticis, colicis, phthisicis, hydropicis, Ictericis, decoloratis & fatigatis toto corpore, ex morbo conualescentibus, ad sterilitatem mulierum, & ad tardam purgationẽ, præfocationemq; matricis, ad uentrem purgandũ, typos quotidianos, tertianos, quartanos. Recipe aloes drach. 40. agarici drac. 24. Diagridii, Costi drach. 8. Cinnamomi, Croci, carei pontici, Casiæ, Mastiches, Acori, Gentianæ ana drach. 6. Nardi, Xylobalsami, Anacardi, Chamædryos, Asari, phu, meu, piperis nigri & longi ana drac. 4. Schœnanthus drac. 2. mellis quod sufficit. Dosis drach. 1. aut 2. uel 3. cum mulsa.

THEODORETOS ANACARDINA alia. Caput. 920.

HÆc memoriam ablatam reuocat, & sensus ex Lethargia impeditos acuit, caput, stomachũ, & omnia mẽbra ex frigiditate debilitata corroborat & calefacit, & uentositatem expellit. Recipe penidii drach. 20. Cinnamomi, Galangæ, spicæ, zingiberis, mastiches, anacardi, calaminthæ, origani, radicis Eringii, anisi ana drach. 6. Menthæ drac. 4. Caryophyllorum, costi, pyrethri, Thuris, castorei, Tapsiæ, cyperi, piperis nigri & lõgi, cardamomi ana dra. 3. Ligni aloes, nucis moschatæ, Folii, Croci, asari, casiæ ligneæ, Calami aromatici, apii, ameos ana drach. 2. Olei amygdalini, & mellis quod sufficit. Dabis drach. 2. aut 3. cum tepida.

THEODORETOS EX MELLE Anacardino. Cap. 921.

PErsanat Lethargũ, curat melancholicos, phlegmaticos, hæmorragicos, & arteticos. Recipe saccari drach.20. Chebulorum Emblicorum, Belliricorum, piperis nigri & longi ana unc.10. Zingiberis, mellis anacardi ana drach.7. Caryophyllorum, Castorei, styracis ana drach.3. uel 5. Chamæmeli, Cyperi, Baccarum Lauri ana drach.3. mellis quod sufficit. Dabis drach.1. aut 2. Anacardi terantur, & in aceto sufficienti diebus septem infundantur, octauo die lento igne ad medietatem coquantur, & per linteolum colentur, fex uero quæ remanet siccetur, & ubi requiruntur Anacardi in hunc modum præparentur. In succo uero mel sufficiens ad spisitudinem coquantur, & ubi quęritur mel Anacardinum de eodem melle recipiatur.

Anacardorum præparatio.

Mellis Anacardini confectura.

TROCHISCVS AMAZONIVS. Caput. 922.

DOlorem capitis sanat cum Aminæo uino solutus & fronti illitus, cum aceto tritus & tẽporibus inunctus, & auri iniectus dolorem aurium tollit, cum Galbano & lacte Celsi solutus, & in cauernas dentium inditus dolorem ipsorum aufert, stomachi angustiam, & aciditatem, & omnes dolores interaneorum potus sanat cum uino ueteri bis aut ter. hepar & splenem calefacit, & omnes dolores cum uino absinthiato potus extirpat, dysentericis cum decoctione Syriaci roris. (Syriacum rorem Rhun apellat Sumach Arabice uocatum. Vide Manardum de literarum commutatione in dictionibus Rhous floris & roris Syriaci.) Colicis cum apozemate Myrtæ medetur. Recipe Croci, Castorei, Myrrhæ Troglodyticæ, seminis hyoscyami ana dra. 6. Styracis, seminis apii, Dauci ana drach.4. Anisi, pa-

Pastillorum & emplastrorũ atq; malagmatũ differentiam pulchre & copiose prosequitur C. Celsus li. 5. cap. 17.

paueris ana drach.3. Nardi, opii ana drach.2. Succi mandragoræ, piperis albi ana drachm.1. Aquæ pluuialis quod sufficit ex friatis cum aqua drachmeos Trochiscos informa, & Balsamo perunge, in umbra exicca.

TROCHISCVS AMAZONIVS ALIus quem Galenus composuit. Caput. 923.

AD imbecillitatẽ, & anatropam, & dolorẽ stomachi cũ calida, uel sapa potus ad Cacochymiam, spleniticis cum oxymelite, ad colicos cum frigida, dysentericos cum uino myrtino, torminosos, & cœliacos cum decoctione absinthii, ad diaphoreticos sudores cum rhodostomate, & ad casus mulierum. Recipe Myrtæ, Absinthii ana drach.6. Cinnamomi, Apii ana drac.5. piperis, anisi ana drac. 3. Castorei, Opii drach.2. Aquæ quod sufficit ex friatis. Drachmeos Trochiscos informa, & in umbra sicca.

Describitur hic pastillus à Paulo Aegineta li. 7. ca. 12. fol. penultimo. Et apud Trallianum in cap. Medicinarum uentriculi frigidi.

TROCHISCVS ANICETVS. Caput. 925.

SOmnum præstat, indigestionem, & aciditatem stomachi tollit, typice febricitantibus ante duas horas cum apozemate pegani prodest: in morbis uesicæ cum uino & melle sumitur, matrici cum apozemate pegani, & cum apozemate Artemisiæ. Recipe Styracis, Dauci, seminis Seselei, Hyoscyami, Anisi, Selini ana drachm.8. Croci, Opii ana drach.6. Castorei, Zingiberis, Spicæ, Casiæ, Lemniæ Sphragidis, Mandragoræ, Folii ana drachm.4. Vini quod sufficit ex friatis cum uino drachmeos Trochiscos informa, & in umbra sicca.

TROCHISCVS AMYGDALINVS.
Caput. 926.

FAciens ad chronica ulcera aurium, & ad surditatem. Recipe urinæ apri, Liquaminis pōtici. (Ponticum liquamen, Muriā & garum intelligit ex thynni piscis, & aliorum sanie salsuginem factam. Vide Barbarum, & Virgil. Marcellum super cap. 119. lib. 5. Dioscoridis.) Fuliginis ana dra. 20. amygdalarum amararum drach. 17. Nitri Alexandrini drach. 12. Myrrhæ, Libani, Castorei, Opii, Croci, succi prassii ana drach. 4. Olei amygdalini, & acetosi quod sufficit, tere omnia cum oleo, & aceto, Trochiscos drachmeos informa, & in umbra sicca, & usu exposcēte cum oleo roseo distēpera, & auribus iniice.

TROCHISCVS AMYGDALINVS alius. Caput. 927.

OPtimus ad dolorem aurium, & grauem auditum. Recipe amygdalas amaras purgatas 20. Croci, seminis apii ana drach. 4. Galbani, Libani ana drach. 3. Myrrhæ, aphronitri ana drach. 1. aceti quod sufficit. Galbanum cum aceto tere, & puluerem specierum insperge, & trochiscos informa, & usu expetente cum oleo roseo dissolue, & in aurem instilla.

TROCHISCVS IATROCEPHALVS ad capitis dolorem; & rheuma oculorum appositissimus. Cap. 928.

IChthyocollæ, Taurocollæ, Libani, Myrrhæ, Castorei, Mannis, Sinopidis, Galbani ana drachm. 1. Tapsiæ obolum unum, succi Absinthii quod sufficit, tere & cum succo trochiscos informa, unde frōtem & tempora inunge.

TROCHISCVS IATROCEPHALVS minor ad capitis dolorem.
Caput. 929.

Recipe Libani, Aloes, Myrrhæ ana drachm. 4. Euphorbii, Amyli ana drach. 2. Aceti quod sufficit. Confice & utere.

TROCHISCVS HEMICRANEus ad hemicranei dolorem. Caput. 930.

Crocomagmatis drac. 9. Euphorbii chalcanthi ana drach. 2. Castorei drach. 1. aceti quod sufficit, ex his tritis & cribratis cũ aceto Trochiscos informa, cumq; opus fuerit, oleo mastichino imbutos fronti appone.

TROCHISCVS HEMICRANICVS minor pro dolore hemicranei. Caput. 931.

Recipe apii, mechonis, Laseris, Euphorbii peucedani ana, aceti quod sufficit, ex his tritis & cribratis cũ aceto Trochiscos informa, quos cum succo papaueris aut lacte mulieris paratos fronti impone.

TROCHISCVS OPHTHALMOCAtharticus ad dolorem, & tumores, & lippitudines oculorum. Caput. 932.

Recipe lycii, Croci, Opii, Aloes, Myrrhæ, Florum rosæ ana omniũ: uini albi, & aceti quod sufficit, ex contritis Trochiscos informa, usu poscente distempera, cum albumine ouorum, & extima loca perunge.

TROCHISCVS OPHTHALMOCATHARticus, ad dolorem capitis, & rheuma, & lachrymas oculorum. Cap. 933.

Recipe libani, mastiches, myrrhæ, farinæ gitteris ana drac. 8. Sanguinis draconis, boli, croci,

ſtypteriæ ana drachm.5. Aquæ tragacanthi quantum ſufficit, e quibus tritis cum aqua Trochiſcos informa, cumq́; neceſſe fuerit cum albumine oui diſtempera, & ex illa parum unde rheuma decurrit uſq; ad dimidium capitis impone.

TROCHISCVS DIA' BESARA. Caput. 934.

Beſara & Beſaſa ſuperius enucleatũ require.

APtus ad tumorem uuæ, & rheumatiſmũ gutturis cum puſca gargarizatus, & aſthma & ſynanchen. Recipe gallas aſianas 8. Spicæ, amomi ana unc.6. Coſti, cineris recentis pullorum hirundinis ana unc.3. Caſiæ, crocomagmatis, roſarum ſiccarum ana unc.2. Croci un.1. & ſemis. Cinnamomi, Beſarę, Schœnanthus, ſtypteriæ ſcisſilis, Iridis Illyricæ, Aniſi, Apii, Amei ana unc.1. Sapæ quod ſufficit, tere omnia & drachmeos Trochiſcos informa, & in umbra ſicca & utere.

TROCHISCVS DIA' CASTOREI. Caput. 935.

QVi facit ad uulnera aurium, & hyperſarcidion in aceto ſolutus & iniectus: ad polypos, cum aceto illitus. Recipe Sinopidis ponticæ unc.12. Æruginis æris, Caſtorii, aluminis ſcisſi, myrrhæ, fructus mali granati ana unc.2. Thuris maſculi, Aloes, Croci ana unc.1. Alii addunt ſulfuris uiui unc.4. Vini ueteris quod ſufficit. Harum ſpecierum puluerem cum uino tempera, & Trochiſcos informa, quibus cum opus fuerit utaris.

TROCHISCVS AVREVS. Cap. 936.

VTilis ad uulnera auriũ, & Veretri, & ad neruos inciſos, ſordida ulcera, fracturas osſium & nuda oſſa, Syringias, & profunda uulnera

ſine

ſine Eſchara purgat, replet & cicatrizat. Recipe Si-nopidis unc. 8. Thuris, aluminis ſciſsi ana unc. 4. flo-ris unc. 3. Gummi unc. 1. aceti quod ſufficit. Ex tritis Trochiſcos informa, & in umbra ſicca, cumq; opus fuerit cum oxymelite tempera & utere.

TROCHISCVS DI'ASPARAGV OPTI-mus ad ſanguinis ſputum, & dyſenteriam, & omnes fluxus. Cap. 937.

Recipe ſucci aſparagi unc. 6. Lycii, apii, ſucci menthæ ana unc. 4. Chamædryos unc. 2. Ba-lauſtiorum, reupontici, cymarum rubi, acãthi ægyptiacæ, anagallidis radicis, hypociſthidos ſuc-ci hyoſcyami ana unc. 2. Cinnamomi unc. 1. Roſarũ ſiccarum drach. 6. ſucci ſerpentariæ quod ſufficit, te-re omnia, & cum ſucco Trochiſcos informa, & in umbra ſicca, quos mane & ſero cũ uino exhibebis.

TROCHISCVS AVSTERVS. Caput. 938.

Hemicranei dolorem cum aceto ſolutus & il-litus, phreniticos obſopit, cum ſucco perdi-cii diſſolutus, & auribus inſtillatus, & fronti inunctus dolorem oculorum curat, tusſim humidã cum tepida datus, defectionem ſtomachi cum pu-ſca, uentris fluxum cum rhodoſtomate, omnia uulne-ra interaneorum cum ſucco ptiſanæ, typum quotidia-num, tertianum, & quartanum cum tepida ſumptus ante horam accesſionis emendat. Recipe ſeminis hyoſcyami, Caſiæ fiſtulæ, dauci, petroſelini macedo-nici ana drac. 6. Amomi, radicis corticis mandrago-ræ, Caſtorei, Myrrhæ, piperis albi, aniſi, amei, apii, lẽ-niæ ſphragidis ana drach. 4. Vini ueteris quod ſuffi-cit, ex quibus tritis trochiſcos drachmeos informa, & in umbra ſicca & utere.

TROCHISCVS ELIODES. Cap. 939.

QVi conducit anhelosis, tussientibus, ardori stomachi, siti, et febri, uomitui nimio cũ aqua frigida potus, fluxui uẽtris, & dysenteriæ cũ succo myrtæ. Recipe cinnamomi, selini ana drac.12. Anisi drac.6. Myrrhæ, opii, piperis ana drac.4. Costi drac.2. Aquæ quod sufficit. Hæc omnia tere, & cum aqua Trochiscos informa, quos in umbra siccabis.

TROCHISCVS ANODYNVS. Cap.940.

CVm aqua tepida potus, & fronti illitus consopit, tussi & plenitudini pectoris, & catarrho, & nauseæ conducit, hæmoptoicis, stomachicis, pleuriticis, dysentericis, hæmorrhosaicis & calculosis. Recipe styracis, castorei, dauci cretici ana drac.5. & scrup.1. Croci, opii, hyoscyami, petroselini ana drach.4. Galbani, Myrrhæ ana drac.1. Aquæ pluuialis quod sufficit. quibus tritis & cribratis cum aqua Trochiscos informa & utere.

TROCHISCVS DIA' DAPHNV coccon. Caput. 941.

FAciens ad catarrhum & tussem, angustiam pectoris & pulmonis cum uino potus, ad apostemata, & ad coxarum dolorem. Recipe baccarũ lauri un.2. sagapeni, opopanacis, gẽtianæ, piperis albi ana un.1. aquę quod sufficit. Opopanacẽ in aqua una die, & nocte infunde, postea in mortario eliqua, & puluerem specierũ adde & Trochiscos informa.

Lomentum Creta appellatur, qua fullones in albis poliendis uestibus utuntur. Medici ponunt pro farina fabacea, & nonnunquã pro pane ex fabis cõfecto.

TROCHISCVS PTOLOMÆI. Cap.942.

VAlet ut theriaca ad omnes typicas febres, cũ decoctione pegani, ad frigiditatem pectoris, & dolorem stomachi, cum apozemate absinthii, ad uenena, & uenenatarũ bestiarum morsus. Recipe orobi, lomenti drac.25. Radicis brusci drach.15. Rutæ agrestis unc.12. seminis trifolii acuti unc.8. Croci, sagapeni, Myrrhæ, laseris, cymini Thebaici, serpylli, radicis erucæ ana dra.6. Opii, papaueris ana

drachm.4. Vini aminæi quod sufficit. e puluerizatis cum aqua Trochiscos informa.

TROCHISCVS DIA' OROBV. Cap.943.

CEphalalgicis cōducibilis, maniacis, melācholicis epilepticis, scotomaticis, tremulis, paralyticis ex melācholia stomachica & hypochondriaca. Recipe mustelæ hepatis, gallorū testiū, castorei, antimonii, myrrhæ, sagapeni, orobi, costi, pyrethri, diptami, corticis mandragoræ, elelisphaci, pegani, amaraci, nitri, piperis lōgi, opii ana dra.4. De prima pinna hepatis asinę, de ultimo dextri testiculi arietis, sulfuris uiui, opopanacis, galangæ, thuris, terebinthinæ, asæ, aristolochiæ longæ, chamædryos, nucis moschatæ, anacardi ana drach.3. ungulas quæ inueniuntur in genubus equorū, duas, faucis leporis combustæ, hirundinum cineris, lemniæ sphragidos, agarici, epithymi, macedonici, apii seminis meconis ana drac.2. Oxymelitos quod sufficit. Hæc omnia trita & cribrata cum oxymelite confice, & inde trochiscos informa, & moscho balsamoq; dissoluta perunctos ad umbram exsicca, quos mane & uesperi cum oxymelite propinabis sumendos.

Pinna, idest lobo.

TROCHISCVS THEODOSII IMperatoris. Caput. 944.

COeliacis, dysentericis inferne uel superne iniectus conducit. Recipe omphacii dra.11. Myrrhæ drac.10. Mororum immaturorum dra.9. Costi, hypocisthidos succi, Gallæ ana drac.8. Aloes, Aluminis, Croci, rosarum, reupontici, eupatorii ana drach.6. Cinnamomi, arsenici, chartæ combustæ, Asbesti, Sādaracæ, corticis mali granati ana dra.4. Opii, Castorei, spicæ ana drac.3. Aceti quod sufficit. è quibus tritis & cribratis cum succo, & aceto trochiscos informa, & cū opus fuerit cum uino myrtino epota, cū uino & aceto forti tres solutos per clysterē iniice,

TROCHISCVS DIA' SPERMAton Alexandri. Cap. 945.

FAciens ad tussim cum mulsa exhibetur, & ad uomitum, & nauseam cum aqua absinthii, ad infrigidationem, & dolorem stomachi, & interaneorum cum mulsa, ad Diarrhoeã cum succo Orizæ, ad dysenteriam cum apozemate rosarũ, ad profluuium cum decoctione lentisci. Recipe seminis hyoscyami, opii, sidiorum ana drac. 9. Florum rosarum Croci, gallarum Asianarum ana dra drachm. 4. Apii, anisi, ammei, fœniculi, papaueris ana drach. 1. Aquæ quod sufficit. Opium in aqua infunde, & cum puluere specierum Trochiscos informa.

Quid Plinius testatur Gallas in Syria, & Aegypto copiosius prouenire.

TROCHISCVS DIA' SPERMATON. Caput. 946.

AD uigilias nimias cum diacodio datus, ad defectionem stomachi cum febre, cum calida, sine febribus cum uino, dysentericis cum apozemate Balaustiorum. Recipe seminis hyoscyami, ammei, dauci, opii, petroselini ana drach. 18. Leuisticí drac. 10. Marathri, Apii ana drach. 9. Croci drach. 2. Seminis Mandragoræ, Myrtæ ana drach. 1. Aquæ fontanæ quod sufficit. Opium in aquam infunde, & sic cum puluere trochiscos drachmicos informa.

TROCHISCVS CROCODES Alexandri. Caput. 947.

CVm aceto, & oleo roseo solutus, & fronti impositus cephalalgiã aufert: ad aurium passiones cum succo perdicii herbæ solutus, & tepidus iniectus: Ad dentium dolorem admixto Galbano, & cum supra scripto succo solutus, & in cauernas dentium missus dolorem mitigat, fluxum nariũ ex catarrho curat, uuam propendentem cum tepida gargarizatus exiccat, ualet ad tussim cũ sapa ad dolorem, & frigiditatem, & indigestionem, & acidos

ructus cum decoctione origani, ad hęmoptoicos cũ uino, & cyatho aceti, & aquæ, ad Cœliacos, dysentericos, ad omnes fluxus, & tormina intestinorum cum apozemate sorborum uel rubi, ad uesicæ dolorẽ cũ tepida, ad hæmorrhoidum, ad matricis fluxum cum aqua Myrtæ, ad typice febrientes cũ frigoribus per horam ante accessionem datus. Recipe seminis hyoscyami drach. 8. Croci, Styracis, Apii, Anisi, Opii ana drach. 4. Dauci Cretici drachm. 3. Castorei, Myrrhæ ana drach. 2. Aquæ quod sufficit. Opium & Myrrhã cum aqua dissolue, postea Styracem admisce, & trochiscos informa.

TROCHISCVS CROCODES minor. Caput. 948.

AD omnes fluxus sanguinis uẽtris, & intestinorũ, ad typicas febres quæcunq; infestãt cũ frigore, quotidianas, Tertianas, & Quartanas. Recipe cinnamomi, opii, selini, styracis, mãdragoræ, croci ana dra. 4. spicæ, marathri syluestris seminis, costi, libani, reupontici, anisi ana drach. 3. myrrhæ drac. 1. Mulsæ quod sufficit, e puluerizatis cum mulsa drachmeos Trochiscos informa, & balsamo, aut Laurino inunctos sicca, febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino porrige.

TROCHISCVS DIA' CORALLION Alexandri. Caput. 949.

COnfert ad hæmoptoicos, hæmorrhosaicos, & ad superfluum sanguinem undecunq; fluat, ad dysenteriam, & Diabeten. (Diabetes urinæ profluuium est uelox assumptorum potum transitus redditis omnibus quæ bibita sunt nihil à qualitate sua mutatis. Quæ ægritudo etiam Dipsacos dicitur, quia uehementer sitiunt Diabetici. Paulus li. 3. cap. 45.) ad Gonorrhœam. Recipe Gummi, amyli, Libani ana drach. 5. Hypocisthidos, Balaustiorum

Vide trochiscos ex electro apud Paulum lib. 7. cap. 12.

ana drach. 4. Acaciæ, Myrtæ drac. 3. Rosarum foliorum, Opii, Corallii ana drachm. 2. Seminis rosarum drach. 1. Psillii apozematis quod sufficit, quibus tritis & cribratis cum apozemate drachmeos Trochiscos informa, cū decoctione Pétaphylli detur unus.

TROCHISCVS DIA' CORALLION.

Caput. 950.

VTilis ad fluxum narium, oris, coli & uentris, & ad menses nimios. Recipe gummi, libani, amyli ana drachm. 3. acaciæ, seminis plantaginis ana drac. 1. apozematis psyllii quod sufficit, Opium cum apozemate solue, & cum puluere Trochiscos informa.

TROCHISCVS DIA' ELECTRV

Alexandri. Caput. 951.

Halicacabus à barbaris Alcecengi dicitur, quæ est secunda species solani apud Dio. & appellatur à similitudine tuniculæ, qua continetur physalis i. uesicatoria. Diaphysalidos maior describitur à Paulo lib. 7. cap. 12. fol. ultimo.

VAlet hæmoptoicis, empyicis, dysentericis, & diabeticis uitiis. Recipe electri uel succi nili. (Nili succum appellant Arabes Karaben & succinum. Serapio enim in capite Haur, quod dicit esse arborē Karabe quæ nascatur ad Nilū fluuiū cuius gummi cōgeletur ibidē, uoceturq; tū alapton tū Karabe &c.) Maturi iridos, croci, Mastiches ana drac. 85. Psyllii congelati drac. 44. Opii drac. 4. Psyllii, idest pulicaris herbæ decoctionis quod sufficit, E puluerizatis cū decoctione Trochiscos informa.

TROCHISCVS DIA' PHYSALIDOS

Alexandri. Caput. 952.

SAlutaris ad renum & uesicæ passiones, ad eos qui cum urina mucilagines uel sanguinem reddunt, lapides frangit, & de renibus & uesica expellit, ad Vreteras, & uesicam uulneratam cum lacte mulieris, uel asinæ, aut sapa cum syringe iniectus ad stranguriam & dysuriam. Recipe physalidos grana 24. seminis lapathi drach. 13. Seminis cucumeris do-

mestici drach.12.seminis fœniculi drach.6.amygdalarum amararum drac.4.Nucleorum pini,hyoscyami albi,opii,conii seminis ana drach.3.Sapæ quod sufficit.Opium cũ sapa dissolue,& cum puluere specierum drachmeos trochiscos informa,& cum apozemate apii utere.

TBOCHISCVS DIA' PHYSALIDOS minor. Caput. 953.

AD'uitia renum & uesicæ, ad strãguriam & dysuriam. Recipe physalidos grana 25.Seminis cucumeris domestici dra.12.seminis hyoscyami dra.6.Fœniculi drach.4.Nucleorum pini,croci, lapathi,seminis papaueris ana drach.3.Sapæ quod sufficit.Ex horum puluere cum sapa drachmeos trochiscos informa,& drac.1.cum decoctione apii dabis,& per uirgam cum sapa in qua decoctæ fuerint baccæ hederę iniice.

TROCHISCVS DIA' BALAVSTION Alexandri. Caput. 954.

COnueniens Cœliacis,uomentibus,dysentericis,lientericis, diabrosiacis, & ad oẽs fluxus sanguinis.Recipe balaustiorũ,acaciæ, hypocisthidos,terræ samiæ,glechonis,gisasteros,opii,ana, succi plantaginis quod sufficit.Ex contusis cum succo trochiscos informa.dabis unum mane & uesperi cum aquæ cyathis 3.

ANNOTATIO.

ANASTOMOSIS est reseratio uenæ uel arteriæ propter acrem qualitatem.Diapedesis, idest dissultatio,fit quando sudoris uice transcolatur sanguis tunica rarefacta & sanguine tenuato. Anabrosis fit per corrosionem,quando humor erodens, aut externe medicamentum igneum uenam aut arteriam erodit & aperit &c. Vide lib.5.Methodi cap.2.

TROCHISCVS CHELIDONIVS Alexandri. Caput. 955.

Salubris asthmaticis, tussientibus, empyicis, peripleumonicis, Cœliacis, dysentericis, intestinorum uulneribus, & sanguinē egerentibus. Recipe Spicæ, Croci ana drac.8. Tragacanthæ, opii, myrrhæ, lycii, acaciæ, hypocisthidos, chelidoniæ, piperis ana drach.3. Aloes, Libani, anisi, iridis, rosarum siccarum ana drach.2. aquæ quod sufficit. Ex his tritis & cribratis cū aqua trochiscos effinge, & dabis unū cum uino myrtino euntibus dormitum.

Simon citat hos trochiscos, & nominat Trochiscos Clodion uel Elidion.

TROCHISCVS ANDRONIVS. Caput. 956.

Aptus ad aurium ulcera sordida uel sanguinolenta cum oxymelite tepido solutus & iniectus, ad polypos narium cum aceto liquatus, ad Cacoethica uulnera, & Syringes cum uino, & ad impetigines, & oxyrea, & omnia humentia uulnera desiccat. Recipe Sinopidis ponticæ drach.12. Castorei, Myrrhæ, æruginis æris, Balaustiorum, aluminis scissi ana drach.2. Aloes, Croci, Thuris masculi ana drac.1. uini ueteris quod sufficit. Alii addunt sulfuris uiui dra.4. Ex læuore horum inde drachmeos Trochiscos informa, cum apozemate Myrtæ per Clysterem exhibebis.

Vide Paulū lib.7.c.12. Asbeston tū hic, tū alibi in hoc authore nō lapidem Asbestum, sed Calcē uiuā, aqua nō extinctam intellige. Vide Diosc.lib.5. cap 87. Celsus li.5. c.20. describit, et pro

TROCHISCVS PHAVSTIANVS. Caput. 957.

Ad dysenteriam & uulnera intestinorū, & omnes fluxus uentris. Recipe Asbesti extincti, arsenici ana drach.5. Chartæ combustæ drach.4. Sandaracæ drach.2. uini quod sufficit. e contritis cum uino Trochiscos informa, cum uino dabis, & cum apozemate myrti Clysterizabis.

TROCHISCVS ANDRONIVS
Caput. 958.

Congruens fistulis,& sordidis uulneribus, hypersarcosi, dysentericis & omnibus fluxibus uentris. Recipe Atramenti sutorii drach. 16. Aristolochiæ longæ drach. 12. Balaustiorum drach. 10. Aluminis, Myrrhæ, Tragacanthæ, Thuris, cocodos uiridis ana drach. 4. Sapæ quod sufficit. e quibus cum sapa drachmeos Trochiscos confice, ad dysenteriam & fluxum cum uino ad Cacoethica uulnera, & ad alia omnia cum oxymelite, & aceto dissolues & illines.

Cocode thure tragacantha habet, capitula mali punici. Aetius li. 8. ca. 40. alios pastillos Androni adscribit. Paulus li. 7. ca 12. pro tragacātha habet Misy, crocū & crocomagma. Splendeliō legit S. Genuen. Asple non herbam quā ceruinā linguam uocant, puto translatorē intelligere. De qua. Vide Diosc. li. 3. ca. 142.

TROCHISCVS ADSTRICTORIVS.
Caput. 959.

AD omnes fluxus uētris, & Cacoethica uulnera. Recipe Chartæ combustæ drac. 10. Calcis extinctæ, Libani ana drachm. 5. Stypteriæ scissæ, lemnii sigilli ana drac. 3. Sandaracæ, omphacii ana drac. 2. Vini quod sufficit. e contritis cum uino Trochiscos informa, quos cum decoctione Balaustiorum offeres, & cum uino Clysterizabis.

TROCHISCVS SPLENIDION
Alexandri. Cap. 960.

VAlidus ad duritiem & uentositatem splenis, & diuersas eius intemperies. Quo prior & melior non inuenitur. Recipe Splenidion, radicis capparis corticis, lepidos ferri, spicæ matris foliorum ana drach. 18. Myrobalani drach. 10. Thymi drach. 8. Pelecini drach. 5. Stœchados drach. 4. Scolopendriæ, absinthii ana drachm. 3. Oxymelitos quod sufficit. Ex his cum oxymelite drachmeos Trochiscos informa, quos cum oxymelite exhibebis.

TROCHISCVS SPLENIDION
minor. Caput. 961.

AD omes passiones splenis tumorem & duritiē. Recipe myrobalani, stœchados ana dra. 10. Guttæ ammoniaci drac. 9. Radicis capparis, myricæ, splenidii, squamæ ferri ana drac. 6. Pelecini drac. 5. Scolopendriæ, absinthii ana dra. 3. Oxymelitos quod sufficit. E tritis cum oxymelite trochiscos conforma, quos cum oxymelite epotandos dabis.

TROCHISCVS MELANCHOLICUS Alexandri. Cap. 962.

AD stomachum, & omnes passiones splenis, ad spasmata puncturas & uentositatē, & mulierum passiones ex melancholia obortas. Recipe Costi drach. 5. Corticis radicis capparis, ammoniaci, Irei ana drach. 4. & semis, opopanacis peucedani, nardi, diptami ana drach. 4. Myrrhæ drac. 1. uel 2. Oxymelitis quod sufficit. E tritis cum oxymelite trochiscos effice, & cum oxymelite utere.

TROCHISCVS ALEXANDRI AD sclirosin hepatis, & inflationem, & dysenteriam. Cap. 963.

REcipe anisi, apii, asari, amygdalarum amararū purgatarum, absinthii ana dra. 4. Aquæ quod sufficit, ex his cum aqua trochiscos facito & cum frigida utere.

TROCHISCVS CESARIVS AD EFfluxum, & retentionem capillorum. Caput. 964.

REcipe axungiæ unc. 12. styracis, labdani, Croci, ammoniaci, aristolochiæ uiridis ana drac. 4. Myrrhæ, rosarum siccarum ana drach. 1. uini quod sufficit. Terenda terantur, aristolochiam in uino diebus septem infunde, deinde cum cæteris in

mortario terendo commisce, postea trochiscos informa, & in umbra siccatis, & cum uino, & oleo myrtino dissolutis, totum caput perungito.

TROCHISCVS THERMOPOEVS.
Caput. 965.

AD rheuma capitis, ad frigiditatem pectoris, & totius corporis utilissimus est. Recipe cinnamomi, myrrhæ, piperis longi & nigri, Cymini, selini, seselei, anethi, marathri, fœnigræci, nigellæ, roris marini, saluiæ, sabinæ, nepitæ ana drachm. 3. Apozematis marrubii quod sufficit. E tritis cũ apozemate drachmeos trochiscos forma, & cum tepida utere.

TROCHISCVS CALCVLOSVS.
Caput. 966.

EXquisite lapidem cõfringens & dolorem Ilii, stranguriam & dysuriam soluens. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Calangæ, Corticis Aloes, Piperis, granorum solis, seminis olusatri, Citri, selini, seminis maluæ domesticæ, seminis cucumeris amari, melonis, & cucumeris, petroselini, dauci, urticæ seminis, radicis capparis, struthii, lapidis gagatis, maluæ uisci radicis, saxifragæ ana drachm. 1. Aquæ quod sufficit. ex contusis cum aqua Trochiscos informa, & cum uino utere.

TROCHISCVS DIA' MOSCHV
compositus ad diaphoreticos.
Caput. 967.

REcipe abrotani dra. 1. & semis, confitæ mundæ, Croci, lapidis Gagatis, myrrhæ, sulfuris uiui, piperis, seminis rutæ agrestis ana drach. 1. Oxymelitos quod sufficit. E contritis cum oxymelite drachmeos trochiscos informa, & cum uino ieiunis bibendos præbe.

TROCHISCVS EXPERTVS AD dolorem renum & coxarum.

Caput. 968.

Recipe Senæ, turbith ana drac.3.Sarcocollæ unc.2.Diagridii unc.1.Rosarum drachm.4. Mastiches drach.2.decoctionis radicis tithymalli quod sufficit, ex cõtusis cũ decoctione drachmeos Trochiscos informa,& utere cum calida.

TROCHISCVS PANCHRESTVS.

Caput. 969.

Prodest ad uigilias in febribus,utilis uomentibus,Cardiacis,nephriticis, Ischiadicis mane & uesperi datur ad ephemeras, & hæmitritæos ante duas horas accessionis bis exhibitus, tertio uero sudorem prouocat,& per diaphoresin malitiã febrium extirpat. Recipe Meconis,anisi ana unc.4. Hyoscyami unc.2.Styracis,Glycyrhizæ,Casiæ,Mandragoræ ana unc.1. Oxymelitos quod sufficit. Ex pulverizatis cum oxymelite trochiscos informa, & utere cum tepida.

TROCHISCVS DIA' ELECTRV.

Caput. 970.

Valet ad Ozenas, & uulnera narium, solutus cum aceto ad ulcera renum & uesicæ, cum apozemate Myrtæ,aut rosarum. Recipe rosæ grana 18.Spicæ,Croci celticæ,sesami,asari,dactyli,ponti tribuli ana drach.8.Electri,lapathi ana drac. 8.Opii drach.6.Vini quod sufficit, ex his cum uino trochiscos informa & utere.

TROCHISCVS MVSÆ.

Caput. 971.

Ad putrida uulnera,& pustulas,& colpos, id est sinus,cum sapa solutus & illitus,ad fluxus uentris cum decoctione sidiorum. Recipe

Balaustiorum drach.4. Crocomagmatis drachm.3. Aloes, Croci, Myrrhæ, Aluminis, Chalcanthi ana drachm.1. Oenomelitos quod sufficit. ex tritis cum oxymelite fac Trochiscos.

TROCHISCVS HIPPOCRATIS. Caput. 972.

AD Periodicas febres cum decoctione Nepitæ siue pegani ad spleniticos nephriticos. Recipe aristolochiæ longæ, serpylli ana dra. 6. Bryoniæ albæ, Libanotidos radicis, Iridos, Panacis radicis, seminis trifolii ana drachm.4. Zingiberis, Castorei, Opii, Cymini, Eringii, radicis acori albi ana drachm.4. Vini austeri quod sufficit. e contusis cum uino drachmeos trochiscos fac, & cũ tepida utere.

TROCHISCVS HEPATICVS ET ictericus. Caput. 973.

REcipe amygdalarum purgatarum, absinthii, asari, anisi, apii, æqualia pondera, aquæ quod sufficit, hæc omnia cribrata confice, & Trochiscos informa, cumq; opus fuerit cum uino dabis.

TROCHISCVS NESTOREVS. Caput. 974.

VAlens hepaticis, dysentericis, lientericis, coeliacis, & omnibus fluxibus. Recipe hypocisthidos drachm.27. Roris Syriaci drach.13. & semis hyoscyami drachm.18. Castorei, acaciæ ana drach.14. Styracis, Myrrhæ ana drac.5. Macis, Croci, opii, Betonicæ ana dra.1. Succi plantaginis quod sufficit. quibus tritis cum succo drachmeos trochiscos fac, & utere cum decoctione arnoglossæ.

TROCHISCI RVBRI DE STYRACE ad catarrhum sistendum, & Rauim uocis submouendum. Caput. 975.

TROCHISCVS EXPERTVS AD dolorem renum & coxarum.

Caput. 968.

Recipe Senæ, turbith ana drac.3. Sarcocollæ unc.2. Diagridii unc.1. Rosarum drachm.4. Mastiches drach.2. decoctionis radicis tithymalli quod sufficit, ex cõtusis cũ decoctione drachmeos Trochiscos informa, & utere cum calida.

TROCHISCVS PANCHRESTVS.

Caput. 969.

Prodest ad uigilias in febribus, utilis uomentibus, Cardiacis, nephriticis, Ischiadicis mane & uesperi datur ad ephemeras, & hæmitritæos ante duas horas accessionis bis exhibitus, tertio uero sudorem prouocat, & per diaphoresin malitiã febrium extirpat. Recipe Meconis, anisi ana unc.4. Hyoscyami unc.2. Styracis, Glycyrhizæ, Casiæ, Mandragoræ ana unc.1. Oxymelitos quod sufficit. Ex pulerizatis cum oxymelite trochiscos informa, & utere cum tepida.

TROCHISCVS DIA' ELECTRV.

Caput. 970.

Valet ad Ozenas, & uulnera narium, solutus cum aceto ad ulcera renum & uesicæ, cum apozemate Myrtæ, aut rosarum. Recipe rosæ grana 18. Spicæ, Croci celticæ, sesami, asari, dactyli, ponti tribuli ana drach.8. Electri, lapathi ana drac. 8. Opii drach.6. Vini quod sufficit, ex his cum uino trochiscos informa & utere.

TROCHISCVS MVSÆ.

Caput. 971.

Ad putrida uulnera, & pustulas, & colpos, id est sinus, cum sapa solutus & illitus, ad fluxus uentris cum decoctione sidiorum. Recipe

Balaustiorum drach.4. Crocomagmatis drachm.3. Aloes, Croci, Myrrhæ, Aluminis, Chalcanthi ana drachm.1. Oenomelitos quod sufficit. ex tritis cum oxymelite fac Trochiscos.

TROCHISCVS HIPPOCRATIS. Caput. 972.

AD Periodicas febres cum decoctione Nepitæ siue pegani ad spleniticos nephriticos. Recipe aristolochiæ longæ, serpylli ana dra. 6. Bryoniæ albæ, Libanotidos radicis, Iridos, Panacis radicis, seminis trifolii ana drachm.4. Zingiberis, Castorei, Opii, Cymini, Eringii, radicis acori albi ana drachm.4. Vini austeri quod sufficit. e contusis cum uino drachmeos trochiscos fac, & cũ tepida utere.

TROCHISCVS HEPATICVS ET ictericus. Caput. 973.

REcipe amygdalarum purgatarum, absinthii, asari, anisi, apii, æqualia pondera, aquæ quod sufficit, hæc omnia cribrata confice, & Trochiscos informa, cumq; opus fuerit cum uino dabis.

TROCHISCVS NESTOREVS. Caput. 974.

VAlens hepaticis, dysentericis, lientericis, cœliacis, & omnibus fluxibus. Recipe hypocisthidos drachm.27. Roris Syriaci drach.13. & semis hyoscyami drachm.18. Castorei, acaciæ ana drach.14. Styracis, Myrrhæ ana drac.5. Macis, Croci, opii, Betonicæ ana dra.1. Succi plantaginis quod sufficit. quibus tritis cum succo drachmeos trochiscos fac, & utere cum decoctione arnoglossæ.

TROCHISCI RVBRI DE STYRACE ad catarrhum sistendum, & Rauim uocis submouendum. Caput. 975.

Recipe passularum contritissimarũ un.1.Glycyrhizæ dra.6.Xyloaloes, nucis moschatæ, Cinnamomi ana sexquidrachmam, styracis Calamitæ scrup.6.Boli Armeni drach.3.saccari unc. 15.liquati in aquis betonicę,& florum uiolarum ana quod sufficit.fiant pastilli rotundi.

Trigonius dicitur ab angulis tribus. Aetius li.9.ca.48. addit apii seminis uncias quatuor & pro succo arnoglossæ, subigit ingrediẽtia reliqua medicamina sola aqua.

TROCHISCVS TRIGONIVS anodynus. Caput. 976.

Ad nephriticos ex febre uigilantes, ad ardorẽ stomachi, hepatis & splenis, tertianarios quos una potione curat, ad paralyticos, ischiadicos,& podagricos dolores. Recipe hyoscyami un. 4.Anisi unc.2.Opii unc.1.succi arnoglossæ quod sufficit.Ex contritis trochiscos fac,& cum frigida utere.

TROCHISCVS HEPTAGONVS utilis ad omne rheuma capitis, & omnes fluxus uentris. Caput. 977.

Recipe opii, Myrrhæ, Croci, Rosarum, Anisi, Hyoscyami, selini ana drachm.2.uini myrtini quod sufficit. Ex horum læuore cum uino drachmeos trochiscos facito.

TROCHISCVS NEXORRATI AD omnes typicas febres quotidianas, tertianas, & quartanas. Caput. 978.

Recipe hyoscyami albi, succi Glycyrhizæ ana dra.6.Opii, papaueris domestici seminis ana drach.4.Castorei drach.2.Anisi, confitæ ana unc.1.& semis, croci, corticis mandragoræ ana dra. 1.decoctionis quod sufficit.Ex tritis cum decoctione drachmeos trochiscos confice, & utere ante horam accessionis cum tepida.

TROCHISCVS HEDYCHROVS qui ad ſotiram requiritur Caput. 979.

RECipe amomi dra.6. Cinnamomi, Folii, Croci, Myrrhæ, Caſiæ ana drach.3. ſpicæ drac.2. Opobalſami, Coſti, ſchœnãthus, Calami aromatici, xylobalſami, aſari, phu ana drach.1. & ſemis, maſtiches, marathri ana drach.1. Amaraci drach. ſemis, uini aſcalonii quod ſufficit. Ex pulueriꝫatis cum uino trochiſcos fac, & cum fumo ſtyracis exſicca.

TROCHISCVS HEDYCHROVS crocomagmatis. Cap. 980.

REcipe amomi dra.36. Caſiæ drach.18. Spicæ dra.16. & ſemis, folii dra.6. & ſemis, aſphalti, Coſti, aſari, phu ana drac.6. Croci drach.5. & ſemis, xylobalſami, myrrhæ, maſtiches, amaraci ana dra.4. uini aſcalonii quod ſufficit, ex puluere horum cum uino trochiſcos conflabis.

TROCHISCVS AD LVMBRICOS ET Aſcarides, & omnes uermes, aut Beſtiolas in corpore generatas. Caput. 981.

REcipe myrti, farinæ lupini, raſuræ cornu ceruí, betonicæ, ſeminis Caroi, anethi, ſeminis Gitteris. Trochiſcos Diani, & Trochiſcos Diaorodon, quære ſuperius in littera D in confectione Diamargariton.

Vidētur hic nonnulla deficere.

TROCHISCVS DIA' MANTHV. Caput. 982.

REcipe lilii radicis uirĩdis ſcru.45. Balſami, ſpicę, Caryophyllorum, nucis myriſticæ, coſti, caſię, caſſami, ſaliolæ, ſalis cappadotici, amomi, labdani, muſcelii ana ſcrup.3. Maſtiches ſcrup.2.

Caſſamũ eſt Cyclaminus .i. panis porcinus. Saliola eſt Centauriũ.

Styracis, Myrrhæ ana ſcrup. 1. Mantis florum ſcrup. 6. Confice ſic, Lilii radices in uino coctas, in modum electuarii tere, & ſic cum cæteris ſpeciebus commiſce, deinde cum Balſamo, & Muſcelio drachmeos Trochiſcos informa, & ad umbram deſicca.

TROCHISCVS DIA' REV. Caput. 983.

RECipe Reu, opobalſami, Folii, Spicæ, Croci, Myrrhæ, amomi, libyſtici ana ſcrup. 4. Cymini, olei uiolacei ana ſcrup. 3. Moſchi, ambræ, osſis de corde cerui ana ſcrup. 1. Ex tritis cum Balſamo, & oleo uiolaceo, & uino albo drachmeos trochiſcos informa, & ſicca in umbra.

TROCHISCVS LICHENICVS ad impetigines. Cap. 984.

RECipe auripigmenti, chalcanthi, aluminis, sulfuris, aſphodeli uiridis, Bryoniæ, thuris, ſeminis urticæ, ſinapi ana drach. 6. Lactis labullæ quod ſufficit. E quibus tritis cum lacte Trochiſcos informa, cumq; neceſſe fuerit cum aceto ſolutum locis patientibus impone.

Labulā ſcribit Genuenſis, & tradit eſſe speciē, Tithymali. Ita Herophilus medicamenta dixit Manus dei ſunt, ſi rite adhibentur, & nihil ſunt ubi per perā adminiſtrantur.

VIRTVS DEI. Caput. 985.

CEphalalgicis medetur, hemicranicis, paralyticis, ſtomachi doloribus, cardiacis, lipotomicis, renum doloribus, urinæ retentæ, & menſibus immodicis. Recipe antimonii, abrotani ana unc. 12. Esbrii unc. 5. Roſarum, Hyſſopi ana unc. 4. Cinnamomi, thymi ana unc. 2. foliorum caryophylli, galangæ, nardi, zedoariæ, xylocinnami, zingiberis, glycyrhizæ, labdani, Maſtiches, cymini, melanopiperis ana unc. 1. Styracis unc. ſemis, moſchi ſolidi pondus, mellis deſpumati quod ſufficit. Doſis eius drac. 3. cum uino ſeu tepida mane uel ueſperi.

Annotatio

ANNOTATIO.

ESBRIVM idem Genuensis Saluiam appellare solitos prodit Aromatarios barbaros, quosdam uero florem Saluiæ. Matheus perperam maioranam esse decernit.

VSIANA SAPIENTVM BABILOniorũ, & Constantinopolitanorum.

Caput. 986.

COnducit ad dolorem Ilii, angustiam & fastidium, ad lapides renum & uesicæ, quos frangit & expellit, ad stranguriam & dysuriã. Recipe petroselini drach. 18. Galangæ, antophylli, spicæ, zingiberis, cyperi, meu, saxifragæ, polypodii, diptami, seminis lappæ maioris, seminis cardamomi, macedonici, seminis cicutæ, artiodos ana drach. 18. Cinnamomi, hederæ seminis, & citri ana drach. 4. & semis, mellis quod sufficit. Dabis instar auellanæ ad dolorem ilii cum decoctione polypodii, ad lapidem cum saxifragæ uel cum citri apozemate.

Arceuthon græci Iuniperũ appellant, ut est apud Dios. li. 1. ca 88. Serapio autem lib 6. in confectione de larina grana Cedri uel Iuniperi Arcio des uocari asserit.

VSIA. Caput. 987.

AD stomachi inflationem, pulmonem & aliorũ uiscerũ instar fabæ ægyptiæ, hydropicos, calculosos, colicos, typice febrientes ante horam accessionis cum tepida data ad uenena & angustiam. Recipe reubarbari uel põtici dra. 62. Piperis nigri albi & longi ana drach. 31. & semis, acori drac. 27. xylobalsami, hyoscyami ana drach. 22. & semis, meu drachm. 18. Zingiberis drachm. 14. & semis caryophyllorum, saxifragæ ana drach. 13. & semis, cinnamomi, tragacanthæ, Mastiches, irei, thymi ana drachm. 9. thuris, napei ana drach. 6. & semis, spicæ, opii, euphorbii, casiæ, amei, cardamomi, seseleos, selini, celticæ, anethi ana drachm. 6. Costi drachm. 5. & semis, panacis, petroselini, asari ana drac. 4. & semis,

aloes drach.4. Balsami drachm.3. crocomagmatis drach.2.& semis,folii,galangæ, croci ana drach.2. Meu, Athamantici drach.1.& semis,cyperi drach.1. mellis quod sufficit.Dabis in magnitudine auellanæ cum tepida.

VSIA AD OMNES PERIODICAS FEbres,tussientes,& Empyicos,& Colicos. Caput. 988.

Recipe libani drach.27.Opii drachm.20.Terebinthinæ,Cozumbri,Myrrhæ, tragacanthæ, Croci,Costi,Pineæ mundatæ ana drach.18. Styracis drach.9.Cinnamomi,Spicæ, Hermodactylorum ana drach.4.& semis,Caryophyllorum, Celticæ,Galbani,cochlearum ana drach.2.Piperis albi & longi ana drach.1. mellis quod sufficit. Dabis in quantitate auellanæ cum tepida.

VALENS ADMIRANDVM. Caput. 989.

COnducens ad omnia supra scripta,ad asthma ex catarrho tussientes,ad frigiditatem & dolorem stomachi,ad fastidium,ad digestioné, ad emphraxin hepatis,& splenis,ad lumbricos & ue sicæ casus,ad stimulandam Venerem. Recipe Cinnamomi,Spicæ, Amomi,Helenii ana drach.12.Galangæ,zedoariæ,anisi,fœniculi ana drach.9.Caryophyllorum,cyperi,seminis erucæ,piperis ana drach. 4.Ligni aloes,nucis myristicæ, croci, seminis basilici ana ana drach.1.mellis optimi quod sufficit. Dabis in quantitate nucis cum tepida.

VICTRIX THAVMASTICA. Caput. 990.

AD sitim & caloré stomachi, peripleumoniá, phthisin, ad hepaticos, diaphoreticos, ne

phriticos, & acute febrientes. Recipe rosarum Babibilonicarum drach. 36. Violarum, amyli, saccari, rhodostomatis ana drach. 28. Ligni aloes, cinnamomi, caryophyllorum, Spicæ, spodii, amidi ana drach. 6. seminis portulacæ, cucurbitæ, citruli, melonis, seminis lactucæ ana drach. 4. Camphoræ drach. 1. mellis rosei quod sufficit. Dabis mane aut uesperi, uel quando uolueris cum frigida.

VIOLATVM MAGNVM AD STOMAchicos, hepaticos, Phthisicos, Cardiacos, & assidue febrientes, & sitibundos. Caput. 991.

Recipe uiolarum drach. 36. Rosarum, Glycyrhizæ ana drach. 21. & tragacanthæ 1. Saccari, rhodostomatis ana drac. 9. Reubarbari, Ligni aloes, cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, spodii, amyli ana drach. 6. Seminis portulacæ, Cucurbitæ, Citruli, Melonis, lactucæ seminis ana drachm. 4. Camphoræ drach. 1. mellis rosei quod sufficit. Dabis sicut proximam.

VIOLATVM MINVS AD SVSPIRIVM & defectionem stomachi & hepatis, & ad febrem. Caput. 992.

Recipe uiolarum, rosarum, Glycyrhizæ, saccari, Caryophyllorum ana drachm. 18. Ligni aloes, Cinnamomi, Spicæ, Spodii, Croci ana drach. 9. rhodostomatis, Masticheſ seminis Basilici ana drach. 4. mellis quod sufficit. dabis ut supra cum frigida.

VNGVENTVM MARCIATON magnum. Caput. 993.

AD frigiditatem & dolorem capitis, pectoris & stomachi, ad Scliron hepatis & splenis, ad Ilii dolorē, ad paralyticos, arteticos, ischiadi-

cos, nephriticos, & podagricos, & ad omnes dolores, ad tumores, duritiem, ſpaſmum & febrientes ad ignem uel ſolem inunctum. Recipe Ceræ albæ li. 9. Olei ſextarios 6. Roris marini, foliorum lauri ana li. 2. & ſemis, amaraci libr. 2. Esbrii, ſabinæ, balſamitæ, ozymi, elelisphaci, polii, calaminthes, artemiſiæ, enulæ, betonicæ, brancæ urſinæ, herbæ uenti, pimpinellæ, argemoniæ, abſinthii, herbæ paralyſis. Herbæ ſanctæ Mariæ, cymarum ſambuci, herbæ craſſulæ, ſemperuiuę, millefolii, chamædryos, centaureæ, centumneruiæ, fragulæ, quinquefolii, herbæ tetrahit ana lib. 1. & ſemis, radicis euiſci, cymini, myrtæ ana lib. 1. fœnugræci lib. ſemis, butyri unc. 5. urticæ, uiolæ, papaueris rubei, Menthæ ſarracenæ, & aliæ Menthæ, lapathioli, polytrichi, carduncelli, matriſſyluæ, marathri, herbæ moſchatę, Alleluia, linguæ ceruinæ, criſpulæ, Camphoratæ, ſtyracis, Medullæ ceruinæ, adipis Vrſini & gallinacei ana unc. 3. Thuris unc. 2. Olei nardini unc. 1. Herbas tritas diebus octo in uino infunde, octauo die lento igne penè ad conſumptionē coque & oleum adde, ſimulq́; omnia tam diu coque, donec ſucci herbarum abſumantur, deinde cola & abiectis herbis ſtyracem adhibe, & cum modicum bullierit, ceram inde, cumq́; liquefacta fuerit ab igne remoue, & puluerem admiſce, & cum coagulatum fuerit uaſe conditum uſui reſerua.

ANNOTATIO.

HERBA uenti maior eſt parietaria minor eſt conſolida minor florem purpureum habens.

Herba ſanctæ Mariæ eſt perſicaria punctis nigris, aut rubris diſtincta.

Centum neruia eſt plantago maior. Manlius.

Tetrait eſt herba iudaica, hoc eſt Orobus.

Herba moſchata eſt roſtrum Ciconiæ.

Carduncellum Simon citat ex hoc unguento, ſed nō

explicat, Manlius autem Carduum benedictum ita uocari scribit, quem tamen esse putat Erigeron apud Dios. à latinis senetionem nominatum.

Camphorata est Abrotonum siluestre.

Crispula traditur esse Euphthalmos & Cotyla foetida.

VNGVENTVM MARCIATON usuale. Caput. 994.

AD podagram frigidam siue calidam, paralyticos, arteticos, nephriticos, ischiadicos, & ad omnia uitia & dolores neruorum. Recipe foliorum lauri lib. 3. Rutæ lib. 2. & semis, amaraci lib. 2. roris marini lib. 1. & semis, foliorum Myrtæ lib. 1. Esbrii, balsamitę, ozymi ana drac. 6. butyri unc. 5. Styracis, Medullæ ceruinæ, Adipis ursini, & gallinacei ana unc. 4. Mastiches unc. 3. thuris un. 2. & semis, olei nardini unc. 1. olei oliuæ, & ceræ quod sufficit. Herbas contusas diebus quinque in oleo macera, sexto die lenes ad prunas tã diu coque donec succus consumatur, deinde cola, & abiectis herbis medullas, & adipes liquatas appone, & spatula exagitando cerã adiice, & liquatis puluerem terendorum admisce, deinde ab igne depositis oleum nardinum infunde, & agita donec redigatur in idem corpus, postea uase conditum usui reserua.

VNGVENTVM AGRIPPÆ REGIS IVdæorum: quod tanti momenti est, ut nemini subditorum communicari sustinuerit uiuus. Cap. 995.

AD omnem imbecillitatem neruorum, ad tumores ad dolorem totius corporis, ad uentrem induratum, ad stranguriam. Recipe Bryonæ lib. 8. Sicydis lib. 4. Scillæ lib. 2. Olei Leuci, *Olei gleucini legendũ puto.*

& ceræ albæ quod sufficit. Radices Bryoniæ, & Sicydis ablutas æneo cultro incide, & dies octo in oleo repone, tertio die lento igne coque, donec herbæ discedant, & per sacculum fortiter cola, abiectisq; herbis ceram adde, & liquata conde, & usui reserua.

VNGVENTVM BRYONICVM Agrippæ aliud. Caput. 996.

HOc fronti inductum capitis medetur dolori, nephriticis, tumoribus & doloribus ad ignẽ inunctum, stranguriam & dysuriam prælotis renibus & genitalibus ex decoctione apii, & macedonici, ad ignem inunctum sanat. Recipe olei lib. 6. Bryoniæ 3. Ceræ 1. coque sicut præcedens. Habet enim uires similes per omnia.

VNGVENTVM CHALASTICVM di'altheæ. Caput. 997.

AD dolorem & inflationes stomachi, ad omnem duritiem uiscerum, & ad eos qui ex macronosis lassitudine laborant, & omnes dolores, neruos affectos ad periodicas febres iuxta ignẽ inunctum, ad frigiditatem uesicæ, super umbilicum & pectinem impositum, ad omnia membra secundũ rationem ex frigiditate laborantia. Recipe aquæ sextarios 15. Olei lib. 6. radicis euisci libr. 4. seminis lini, fœnigræci, ceræ ana lib. 2. Scillæ, Colophoniæ, resinæ ana lib. 1. terebinthinæ, Galbani, Gummi hederæ ana un. 4. radices & semina per triduum aquæ infunde. Quarto die lento igne in uase æneo stagnato ad consumptionem aquæ decoque, & fortiter per linteolum cola, deinde in succi libr. 4. oleum funde, & ad consumptionem succi decoque, iterum cola, dein ceram adde, liquefactisq; gummi adhibe, postremum colophoniæ puluerem, & resinæ tepefactum repone ad usum.

VNGVENTVM DIA'CISSON. Cap. 998.

AD durities, inflationes & dolores uiſcerum maxime ſtomachi, ad podagricos & arteticos dolores, & articulorum durities, ad uitia neruorum & muſculorum, & horum contractiones. Recipe aquæ, olei ana libr. 10. Cypresſi pilulas 25. Herbæ Sabinæ uiridis, roris marini, euiſci radicis corticis pini, colophoniæ ana lib. 1. Opociſſæ, baccarum lauri uiridium ana un. 6. fœnigræci ſextarium 1. Alii galbani, terebinthinæ, medullæ ceruinæ ana unc. 3. adiungunt. In aqua omnes radices, & herbas, & Cedri pilas, & baccas lauri contuſas diebus tribus infunde, quarto die ad tertiam decoque, & cola, deinde adde oleum, & donec aqua conſumatur efferue facito, deinde mel & gummi in oleo ſoluta adiice. Poſtremo opociſſam, & colophoniam appone, & coagulatum in ſtagnato uaſe reconde.

VNGVENTVM LYSIPONIVM AD omnes diuturnos morbos ſtomachi, & renum, & neruorum. Caput. 999.

REcipe ceræ, olei ueteris ana lib. 1. Terebinthinæ unc. 6. Piperis un. 5. Olei laurini, amaracini, cyprini, gleucini ana unc. 3. Ammoniaci, opopanacis, terebinthinæ, medullæ ceruinæ ana un. 2. Caſtorei, Euphorbii ana unc. 1. Ceram cum oleo lento igne ſolue. Adhibe olea medullas & gūmi ſoluta. Vltimo puluerem terendorum, & coagulatum uaſe reconde.

VNGVENTVM CHAMÆMELINUM. Caput. 1000.

AD dolorem capitis, ceruicis, pectoris, lumborū & coxarū, ad periodica frigora ante horā

accessionis ad ignem inunctum. Recipe florũ chamæmeli lib.4. Florum pegani lib.2. Artemisiæ, abrotani ana lib.1. Olei & ceræ quod sufficit. Herbas tritas in oleo diebus nouem infunde, decimo die lento igne coque, & cola, abiectisq; herbis ceram immitte, & donec liquefiat bulli, tepidum reconde.

VNGVENTVM TELINVM. Caput. 1001.

AD dolorem capitis oleo roseo solutum & illitum ad dolorem stomachi, ad arteticos, chiragicos, ischiadicos, podagricos. Recipe galbani, terebinthinæ, resinæ pityinæ, medullæ ceruiuæ ana unc.6. olei Sicyonii, nardini, selini, hyssopi, ceroti, opocyssæ, opopanacis, mandragoræ, succi artemisiæ, & lapathi, ana unc.3. & semis, lycii Indici unc.2. & semis, sanguinis turturis, thuris ana unc.1. & drac.7. Adipis leonis unc.1. & semis. In uas stagnatum omnia simul infunde, & ad ignem de lignis uitis decoque, semper agitando, deinde per sacculum cola, & coagulatum repone.

VNGVENTVM DIA'LIPON COlumbare. Caput. 1002.

Barba Silueftris est plantago aquatica supra aquas eminẽs per omnia similis plantagini nisi quod careat neruosis lineamentis.

AD paralysin, & apoplexiam, & ad omnes neruorũ passiones, & contractiones, & ad oẽm gutram. Recipe aluminis, ceræ, picis, sebi taurini, asinini, resinæ, sansuci, elelisphaci, pegani, pulegii, artemisiæ, betonicæ, argemoniæ, uerbenæ, calaminthes, minoris pulicariæ, cachrei, sabinæ, barbæ siluestris, brancæ ursinæ, & plantę leonis, herbæ paralysis, chamædryos, cardamomi, erucæ agrestis ana lib.1. Medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ammoniaci ana un.6. Galbani, opopanacis, styracis ana un.4. Thuris, mastiches, nitri, piperis, sinapi ana unc.2. Olei quod suf-

ficit. Vulpem cum oleo tam diu coque, donec car-
nes ab osſibus recedant, deinde ab oleo exterſam,
in pila contunde, & rurſum decoque, poſtea fortiter
per ſacculum cola. Herbas autem bene contuſas in
oleo ſupra dicto ad triduum infunde, quarto die le-
nes ad prunas, uſq; ad perfectam decoctionem effer-
uefacito. Mox cola, & abiectis herbis ſolubilia lento
igne in ſucco reſolue, & cum tepeſcant terendorum
puluerem adde, & coagulatum totum reconde.

VNGVENTVM CICONIATVM ad paralyticos, arteticos, podagricos, & ad omnes dolores. Caput. 1003.

RECIPE olei libr. 3 c. Ceræ, Colophoniæ, ſebi
taurini, olei laurini ana lib. 2. olei lentiſcini, me
dullæ ceruinæ, adipis urſini ana lib. 1. Galba-
ni, terebinthinæ ana unc. 4. Ciconiam uiuam implu-
mē, quam in caldario cum oleo lento igne tam diu
coque, donec carnes ab osſibus recedant, & ab oleo
ſublatam in mortario contunde, rurſum in oleo bul-
li, poſtea per ſacculum fortiter cola, & abiectis reli-
quiis ceram appone, qua liquata gummi, & medul-
las, & adipes in oleis diſſoluta decoctioni adiunge,
& cum tepeſcant, puluerem Colophoniæ iniice, ſpa-
tula agitando deinde repone.

CICONIÆ PINGVEDO MIRAbiliter curans omnem guttam. Caput. 1004.

RECIPE Ciconiam non implumem impone in
ollam foraminibus pluſculis in fundo perfo-
ratam, ſuperne uero argilla circumlitam, &
obturatam ſuppone huic alteram ollam itidem cir-
cum probe obſtructam, quas camino accenſo immit
tes, donec pinguedo extillet uniuerſa,

VNGVENTVM KYNARION MAgnum. Caput. 1005.

AD Maniacos, Melancholicos, Epilepticos, capiti illitum ad paralyticos, nephriticos, & ischiadicos, ad torporem membri ex paralysi ad ignem illitum, sensibilitatem enim restaurat, & frigora periodica emendat. Recipe Sebi Kynarii li. 1. Piperis, salis ana unc. 3. Cepas rubeas 9. nucis myristicæ, costi, pyrethri, zingiberis, euphorbii, nitri, labdani ana unc. 2. Olei pulegini, peganini, raphanini, sinapini, scillitici, sicyonii, ceræ pinguis ana unc. 1. Sal & ceram, & adipem in mortario in modum electuarii subige, & terendoré pulverem cum oleis & cerã solutam adhibe, & inde magdaliones informa, & in duos anseres immitte, & sic ad ignem appone. succum qui primus sanguineus promanabit, neglige, succedentem in vase collige tam diu, donec aliquid destillat, quo liquore ad solem uel ad ignem utere ut dictum est.

VNGVENTVM KYNARION minus. Caput. 1006.

AD maniacos, melancholicos, epilepticos, si raso capiti sæpius inungatur, ad frigiditatem stomachi, renúm, & crurum. Recipe adipis Kynarii lib. 1. Salis, piperis ana unc. 6. Cepas 9. Pulverem salis cum adipe, & cepas contunde, & commisce, & inde kynarium repletum tam diu ad calentes prunas ignes appone, donec aliquid extillat.

Cynarij. i. catelli.

VNGVENTVM EX CATELLO ad podagricos dolores ita expertum, ut decumbens incedere possit, cum primum illeuerit ipsum. Caput. 1007.

RECIPE minorem catulum excoriatum pinguẽ simul cum ossibus contritum, axungiæ salsæ unc. 6. Ceræ unc. 2. kynarion pingue 1. Confice sic. Catulum cum axungia subigendo commisce, & inde kynarion reple & consue, post ad uiuas prunas appone, Laticem profluentem collige & serua.

VNGVENTVM PERSICVM.
Caput. 1008.

AD dolorem & contractiones neruorum ad lumbos, & patientes Syriam siue ex calido, siue ex frigido. Recipe olei persici unc. 6. Medullæ Asini, succi Strychni, nigri fructus arborum unc. 4. Medullæ equi, adipis Vrsi, Phocæ, Catti, Vulpis ana unc. 1. Masticћes, Thuris ana drachm. 6. Omnia simul tusa præter Libanum, & Mastichen lento igne coque, & per sacculum cola, deinde puluerem terendorum adhibe, & probe admixtum uase conde.

ANNOTATIO.

INFLAMMATIO partium circa cerebrum, & eius panniculos in infantibus Syriasis est. Cõcauum fit cerebrum, & concaui cum pallore oculi, accedit totius corporis ariditas Paul. lib. 1. cap. 13. Syrones autem appellant practici scissuras capillorum quæ ex illorum siccitate fiunt, pro inde raro in pituitosis, & humidis locum habentes.

VNGVENTVM AD PODAGRAM.
Caput. 1009.

RECIPE olei unc. 4. Colophoniæ, nitri, terebinthinæ, Ceræ, medullæ ceruinæ, Sebi Taurini, Confitæ, Amianti, Gummi lentisci ana unc. 1. Confice sic. Solubilia cum oleo, & cera solue, & puluerem terendorum adhibe & coctum reconde.

ANNOTATIO.

AMIANTVS est lapis qui in Cypro reperitur, ut extat apud Diosc.lib.5.cap.100.Consideret uero lector,num Amante legi possit,quod Syluaticus interpretatur uitrum coctum,uel testas ouorū, ex quibus pulli in nido eruperunt significare posse. Tertium significatum quære inferius cap.1039.

VNGVENTVM AD OMNES DOlores. Caput. 1010.

RECIPE Elelisphaci, pegani,sabinæ, abrotani, Iliæ, Pimpinellæ ana manipulum 1.Myrrhæ, Libani,Masticbes,Seui, Ceræ ana unc.semis olei lentiscini quod sufficit. Herbas omnes in oleo biduo infunde,tertio die lento igne coque, & cola, postea seuum adde, mox puluerem terendorum,& probe mixta reconde.

VNGVENTVM AD TVMORES coxarum,& aliorum membrorum. Caput. 1011.

RECIPE cymarum sambuci,uerbenæ ana fasciculos 2.Brathei,herbæ sanctæ Mariæ ana fasci.1.Cymarum rubi fas.semis,ceræ un.3.Mastiches,thuris, seui ana unc.1.Colophoniæ drach. 3.Olei quod sufficit.Herbas tritas in oleo coque, & cola,deinde ceram & seuum adde, & liquefactis pul uerem admisce,coagulatumq; reconde.

VNGVENTVM ISCHIADICON QVO Antronius architas utebatur ad omnes dolores & frigidas pasiones totius corporis. Caput. 1012.

Fortassis Archytas Tarentinus hic legendus intelligitur.

RECIPE cucumeris agrestis poma triginta, ceræ,sulfuris uiui,terebinthinæ,diptami ana un. 6.Euphorbii unc.2.Pyrethri,Saxifragæ, tap-

siæ, Caroi, Adarces ana unc.1. Olei ueteris sextar.1. Poma in oleo sufficienti coque quibus abiectis ceram adde, deinde Terebinthinam, postea puluerem terendorum, & belle mixta reserua.

VNGVENTVM AD NERVORVM contractiones & dolores. Caput. 1013.

RECIPE ceræ unc.24. Olei unc.18. Butyri un.6. uitellos ouorum 7. Colophoniæ, ammoniaci ana un.4. Mastiches un.3. Seminis lini, thuris, adipis, anserini ana unc.2. Oleum cum succo lini aliquantulum coque, deinde uitellos adde, dein ceram post butyrum, & gummi, & adipem, postea terendorum puluerem, & bene commixtum repone.

VNGVENTVM PARALYTICORVM ET syderatorum quos morbos inueteratos intra 60. dies curat, recentes autem intra dies decem. Cap. 1014.

ANNOTATIO.

SPHACELON quidam appellant in loco per gangrænam ita uitiato ut iam sensu carere incipiat syderationem, quemadmodum extat apud Paulum li. 4. cap. 19. Sed quomodo accidat arboribus, Vide apud Theophras. lib. 4. cap. 16. de hist. plant. Leonicenus uero & G. Copus alicubi Apoplexiam transferunt syderationem.

RECIPE olei gleucini, Marathri Alexandrini ana unc.12. Ceræ unc.6. Euphorbii unc.2. Adarces unc.1. & scrup.3. Pyrethri, piperis albi ana unc.1. Ceram cum oleo solue, deinde puluerem adhibe, misce & reconde.

VNGVENTVM VINDICIANVM AD arthriticos, & dolores omnium membrorum. Caput. 1015.

Recipe olei ueteris lib.15.Ceræ libr.3.Saturegiæ teneræ,rutæ uiridis,foliorum herbæ uerbenæ cum radice sua ana unc.6. Baccarum Lauri maturarũ sextar.2.Cymini sextar.1.Vini quod quod sufficit. Cyminum, Baccas & herbas contusas in uino diebus tribus infusas lento igne pene ad consumptionem ferueſacito & cola,postea ceram adde, & dissolue ad ignem.

Vindicius author huius unguenti.

VNGVENTVM MAGNI PRECII IN curandis ulceribus putridis,profundis, & tumentibus. Cap. 1016.

Discutit ossa fracta,& putredines,& noua carne replet,facit etiam ad tumores,& contusiones,& liuores ex ictu, & ad contractiones si ad ignem sæpius inunctum fuerit. Recipe cedriæ, olei,axungiæ ueteris, seui porcini, Ceræ ana unc.3. Radicis Euisci unc.12.Radicis Cucurbitinæ,Cymarum rubi,Aloes,Libani,Mastiches ana drac.4.Aceti quod sufficit.Herbas omnes,& radices in aceto pone,ad consumptionem decoque,& cola, deinde cedriam,oleum,ceram,& axungiam, & seuum decoctioni adde & bulli, donec acetum consumatur, & rursum in mortario cola,deinde puluerem terendorum admisce & subige,cumq; coagulatum fuerit reconde.

VNGVENTVM CANTHARIDVM apocrusticum. Cap. 1017.

Cauterium actuale.

Ad desiccandos malos humores,in quocunq; loco illitum fuerit,attrahit enim humorem facta uesicula, quod si maius efficere studeas, adipem porci adiunge,congruit ad dolorem frontis per antispasin,super aures inunctum,ad ischiadicos, podagricos super locos affectos inunctũ.Recipe ceræ,resinæ pityinæ,olei ana un.6.Cantharidum un.3.

Auripigmenti unc.2.Ellebori unc.1.& semis. Succi flammulæ un.semis. Aceti quod sufficit, puluerem terendorum in mortario cum aceto tere, ceram cum oleo immitte liquatam,& omnia probe commisce.

VNGVENTVM APOCRVSTICVM Di' asbestu. Caput. 1918.

AD zermosos, alphos,& leprosos. Recipe ceræ, olei, Cantharidum, lixiuii ana unc.2. Asbesti, Arsenici, Chalcanthi, saponis gallici, gummi hederæ ana un.1. Puluerem terendorum cum lixiuia tere, deinde ceram cum oleo soluta admisce.

Asbesti.i. calcis non e..inctæ.

VNGVENTVM APOCRVSTICVM ad lapides Gypseos podagricorum. Caput. 1019.

AD poros & callos eorundem, uel in quocunque loco corporis citra ferrum eximendos, ad apostema,& alias durities similiter aperiendas. Recipe lixiuiæ primæ a saponario unc. 20.uel 30. Oleis ueteris unc.21. Aphronitri, terebinthinæ, saponis gallici, ceræ ana unc.6. Pulueris nitri, auripigmenti, calcis inextinctæ ana unc.2. Puluerem aphronitri cum lixiuia,& oleo coque, deinde saponem adhibe, postea terebinthinam, mox puluerem terendorum,& ab igne subductum reconde.

VNGVENTVM LEPTOCARYON apocrusticum ad poros eorum qui delicato sunt corpore. Caput. 1020.

REcipe olei ueteris 11. Ceræ 10. Aphronitri, terebinthinæ ana unc.6. Leptocaryon, saponis gallici ana unc.4. mellis.3. Solubilia lento

igne eliqua, Leptocarya cum ſapone, & uitellis ouorum optime trita adde in mortarium effunde, & mixtis puluerem aphronitri inſperge.

Leptocarya ſunt nuces ponticæ quas uocamus auellanas.

VNGVENTVM CVIVS BENIGNItate fretus penis diſtenditur. Caput. 1021.

Recipe olei laurini unc. 3. Ceræ drach. 4. Caudarum Scingi, piperis ana drach. 2. Galbani, opopanacis, caſtorei, euphorbii, ſinapi, rutæ agreſtis ſeminis, ſeminis erucæ, ſatyrionis ana drach. 1. Solubilia cum oleo ſolue, poſthac puluerem terendorum admiſce, coque, & quando uolueris inde ueſperi renes fricabis.

VNGVENTVM AD DESICCANda, replenda, cicatrizanda ulcera. Cap. 1022.

Recipe olei, picis ana un. 12. Colophoniæ, ſeui, ceræ albæ ana unc. 6. Gummi Apetis unc. 4. Maſtiches, libani, myrrhæ, galbani, aloes ana un. 1. Picem cum oleo coq̃, & cola, deinde ſeuũ & ceram adde, poſtea gummi, deinde puluerem terendorum, & diligenter commiſce.

Apetis uel Apens legẽdũ præ ſe ferebat codex ſcriptus hoc quicquid ſit diuinandũ doctis relinquimus.

VNGVENTVM NIGRVM AD PVRIficationem plagarum dolorem & tumorem. Caput. 1023.

Recipe olei libr. 1. Seui ceræ ana unc. 6. Picis unc. 3. Saluiæ, ſiſymbrii, lentiſci, ſabinæ, aunci, rutæ ana manipulos 6. Herbas cum ſeuo contuſas, cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde, poſtea picem, qua liquata iterum cola & reconde.

Aunici quoq; cũ in ſtexo apice depictum erat quod cuiuſmodi ſimplex medicamẽtum ſit deprehẽdent acutiores.

VNGVENTVM AD REPLENDAS & cicatrizandas plagas. Cap. 1024.

Recipe

Recipe absinthii,seui,saluiæ ana unc.12. Ceræ unc.8. Rutæ,herbæ uenti ana unc.6. Cymarum rubi unc.3. Picis unc.1. Galbani, resinæ ana unc.4. Gummi hederæ,colophoniæ,thuris, mastiches, aloes, sanguinis draconis, ammoniaci ana drach.2. Herbas cum seuo contritas cum oleo sufficienti coque,& cola,deinde gummi appone,& cum liquata fuerint reconde.

VNGVENTVM AD OMNES PLAgas,quas purgat,replet,et cicatrizat. Caput. 1025.

Recipe axungiæ ueteris, olei, seui ana unc.12. Ceræ unc.4. Gallicentri, herbæ sancti Pauli, Scolcode ana unc.3. Colophoniæ un.2. Millefolii,herbæ uenti,saluiæ,sileris,pegani ana unc.1.& semis,mastiches,libani,aloes ana un.1. Herbas cum succo, & axungia contusas in oleo coque, & cola, deinde ceram adhibe,qua dissoluta terendorum pul uerem admisce & reconde.

VNGVENTVM AD PLAGAS REplendas & cicatrizandas. Caput. 1026.

Recipe seui colati unc.12. Colophoniæ un.6. Ceræ unc.4. olei phia.2. Libani, Mastiches, myrrhæ ana un.1. Ceram & seuum cum oleo solue & cola, deinde puluerē admisce,quod coagulatum reconde.

VNGVENTVM AVREM AD VVLnera cesim inflixa. Cap. 1027.

Recipe olei unc.8. Ceræ un.4. Mastiches,aloes hepaticæ,croci ana unc.1. Elelisphaci, pegani,herbæ camphoratæ ana manipulū 1. Herbas cum seuo tritas in oleo coque,deinde ceram ad

de, postea puluerem terendorum mixta recoude.

VNGVENTVM ALBVM AD VVLnera tibiarum & ueretri, & aliorum locorum inflammata ulcera.

Caput. 1028.

Recipe absinthii unc. 2. Lithargyri unc. 1. Mastiches, Thuris ana unc. semis. Olei rosei partes 3. Aceti unc. 1. Puluerem specierum in mortario marmoreo cum oleo & aceto perpetuo die subige, & nocte tota in pila dimitte, die sequenti ad solem indesinenter commisce, & in uase reconde.

VNGVENTVM DIA' STRICHNV.

Caput. 1029.

Ad siccanda, replenda, & cicatrizanda ulcera, & ad tumores uulnerum reprimendos, & calores refrigerandos. Recipe olei rosei un. 12. Seui arietis colati unc. 12. Vini aminæi, succi strychni ana unc. 6. Spumæ argenti, mastiches ana unc. 1. Seuum in oleo ad solem diu agitando in marmorea pila solue, deinde puluerem terendorum admisce, & cũ seuo sufficienti & oleo die solido agitando commisce & reconde.

VNGVENTVM DIA' CRINON.

idest è liliorum radicibus.

Caput. 1030.

Ad plagas tibiarum & mamillarum, quæ cum tumore & feruore fiunt, & ad ustionem ex aqua calida, seu igne factam cum aqua decoctionis radicum ulmi, seu cum oleo leonis solutum & illitum. Recipe lilii domestici radicum purgatarũ unc. 12. Seui arietis recentis uel axungiæ porcinæ unc. 6. Olei rosei quod sufficit. Radices lilii cum seuo aut axungia in modum electuarii in marmorea pila

tere,& cum oleo integro die commisce,uesperi desi-ste & reconde.

VNGVENTVM SAMBVCINVM ad ustionem aquæ calidæ,aut ignis. Caput. 1031.

Recipe olei,seui recentis, tenerrimarum sambuci frondium ana unc.4. Aquæ quod sufficit. Seuum tritum cum oleo & aqua solue,& frondes inditas lento igne coque, postea in mortario simul omnia diu terendo commisce,& cola, succum uero colatum in uase collige & reserua. Ad idē. decoctio corticis ulmi,& decoctio oui inuncta,& capita raparum cum recenti adipe in aqua decocta,trita & imposita multum pollent.

VNGVENTVM PVRGATIVVM Licinio inunctum replens omnia caua ulcera. Caput. 1032.

Recipe Galbani, Ammoniaci, Opopanacis, Sagapeni, Terebinthinæ, Asæ, Bdellii, Betonicæ, Styracis Calamitæ, Styracis rubei, Thuris, Mastiches, Myrrhæ, Castorei, Diptami, Myrti, Agarici, Helenii, Symphyti, Pollinis hordei, seminis hyoscyami, succi Conii, Succi Mandragoræ & Hederæ arboreæ ana unc.1. Ceræ, seui taurini, olei quod sufficit. Terenda terantur, ceram cum oleo solue,& cola,& admisce, deinde puluerem terēdorum,& serua.

VNGVENTVM AD ERYSIPELATA & ad omnia cacoethica uulnera. Caput. 1033.

Recipe Rasuræ medianæ corticis uitis albæ lib.2. Olei lini quantum sat est, Medullæ ceruinæ unc.1. Mastiches, Libani, Costi, Helenii, Ceræ ana unc. semis, Lithargyri, Thiu Apyru,

Auripigmenti ana ſcrup.5.Oleum & uitis raſuram in olla noua coque,donec uitis raſura ſiccetur, & cum uiti,aut medulla,& cera adde,& poſtea puluerem terendorum,& belle mixtum reconde.

VNGVENTVM CATHARTICVM purgans phlegma& melancholiá. Caput. 1034.

Recipe polypodii,radicis tithymalli uiridium Bryoniæ,radicis Sicydis,Scillæ interioris uiridis ceræ ana unc.1.Diagridii, Euphorbii, Coccugnidii,Fellis taurini ana unc.4.olei quod ſufficit. Radices, & herbas cum coccugnidio trita in oleo ſex diebus infunde,ſeptimo die,lento igne decoque,& cola,deinde fel & ceram adiice, & ſpatula rite commiſce, poſtea puluerem diagridii, & Euphorbii adhibe,decoque,& reconde,cumq; uti uolueris ſtomachum & uitalia diutius fomenta, deinde ad ignem inunge,& ſex horis a cibo abſtine.

VNGVENTVM DIA'POPVLEON AD omnes dolores, & tumores qui fiunt ex calida cauſa. Caput. 1035.

De huius Myracopi natura conſule Ioan. Manardum lib.1.Epiſtola 5 & Gal.li.4. de Vale.Tuen.

Recipe oculorum populi lib.4.Foliorũ hyoſcyami,ſolatri,Cymarum rubi tenerrimarum, ſemperuiuæ,Bardanæ radicis, Cotyledonis, lactucarum,uiolarum ana unc.6. Axungiæ porcinæ recentis lib.6.uel quantum ſufficit,uel ueruecis loco eius aqua bene ablutæ.Axungias & terenda commiſce,iterum cum axungia conterantur,& magdalionibus factis octo dies ſeruentur,& nono die ad lentum ignem in tenui uino coquantur,poſtea per ſacculum colentur,& abiectis herbis nocte ſolida dimittatur liquor, mane quicquid coagulatum ſupernatauerit uaſe reconde.

VNGVENTVM FVSCVM APpositissimum ad mundificandum.
Caput. 1036.

Ecipe Colophoniæ unc.6. Mastiches unc.2.
R Libani unc.1. Ceræ un.6. Olei lib.6. Seui porcini libr.1. quod aqua frigida ablue, solutum prout mundare poteris in aquam frigidam superspargatur, & sic mundatum adiungatur. Oleum in olla ad ignem exiguum liquetur, deinde seuum apponatur, post ceram adde, qua liquefacta, cæterorum puluerem appone, diutiusq; coque & reconde.

VNGVENTVM ANODYNVM.
Caput. 1037.

AD omnes febres, & ex melancholia uigilantes, & ad eos qui ob dolorem alicuius membri dormire nequeunt temporibus illitum. Recipe uiolarum, succi mandragoræ, seminis hyoscyami, papaueris hortensis uiridium capitum ana un.12. Cicutæ, strychni, radicis lactucæ, ceræ ana un. 6. Opii drach.2. Mastiches unc.1. Oleo uiolaceo uel communi duodecim diebus infunde, deinde ad prunas coque, donec herbæ coquantur, & cola, postea tritum opium inde, mox ceram, & reconde.

VNGVENTVM DIAPOMPHOlygos. Caput. 1038.

AD exiccanda Erysipelata, uulnera sordida, & ad sananda tibiarum ulcera, aliorumq; locorum concaua uel dissipata replet, refrigerat & cicatrizat. Recipe olei rosacei, ceræ albæ ana unc. 6. Vuæ lupinæ fructus succi quod sufficit, psimmithii unc.2. Plumbi usti, & loti Pompholygos uel spodii, libani puri ana unc.1. In oleo ceram lento igne liquefac, & ab igne subductis specierum puluerem adde,

& in marmorea pila diutius commisce, sæpius supra scriptum succum superfundendo, cumq; per quinque aut sex horas ad solem cum pistillo subacta fuerint, in loco frigido coaguletur, si quid succi supernataue rit abiiciatur & linteo inductum locis uulneratis impone.

VNGVENTVM AD OMNES MACVlas faciei, & lentigines, & morpheam. Caput. 1039.

Recipe mellis albisſimi colati un. 24. Succi Cyclamini unc. 2. farinæ fabæ, Nigellæ, Sinapi, Tartari ana unc. 1. & drach. 2. Succi radicis uiticellæ purgatæ, radicis Iari, radicis Cucurbitinæ, fructus Sicydis, succi Fœniculi ana unc. 1. Crystalli, salis gemmæ, Amenti (Amentum est gypsum, uidiq; gypsum coctum ad unguentum citrinum. Coquitur autem imponendo gypsum super ignem tam diu, donec album reddatur, quemadmodum fieri solet in alumine Rochæ. Iacob. Manlius.) dulcis & salsi, umbilici marini, corallii rubei & albi ana drac. 2. In uase succos cum melle & puluere Sinapi, fabæ, nitri, & tartari simul commisce, & diebus canicularibus uiginti ad solem suspende, & ebullientia ligneo mistro agita, uigesimo die puluerem cæterarum species cierum adde, & rursus ad dies decem soli expone, trigesimo uero die reconde, cumq; mane inũxeris post tres horas faciem sapone aut pane in aqua infuso ablues. in balneo usus eius erit etiam postquam plurimum sudaueris, ubi similiter ablue. cutem enim subtiliat, & colorem bonum facit.

Iaron pro Aro intelligit.

VNGVENTVM AD VARVLOS & ad ephelides in facie. Caput. 1040.

Recipe Hermodactylorum uiridium un.6. Ari radicum uiridium unc.4. Lactis profici, Tartari optimi ana unc.2. mellis albi quod sufficit. Hermodactylos & laurum in mortario tere, & cum melle infunde, mortario commisce, & in uase fictili lento igniculo decoque, deinde saponem adde, liquefac, & coque agitando, postea lac, & tartari puluerem adde, & ad spissitudinem decoque, mox repone: & mane abluta facie cum sapone, & aqua calida patientibus locis inunge, & iterum in meridie lotam faciem cum præscripto sapone, & aqua calida inunge, uesperi ablue, fac hoc interpollatis diebus usque ad octiduum.

Proficus est ficus syluestris apud barbaros.

VNGVENTVM MORPHEATICVM & uariaticum, ad faciei sorditiem, & ad scabiem corporis totius, Caput. 1041.

Recipe Cedriæ rufæ unc.10. Olei Iuniperi un.3. Gummi, hederæ, & auripigmenti ana unc.2. Nitri, Amenti salsi, Salis gemmæ, Tartari ana unc.1. Aluminis scissi, sulfuris uiui, succi Cyclamini ana unc. semis. Cedriam, & oleum, & succum, lento igne ad consumationem succi decoque, deinde terendorum puluerem adde, & conde. in balneo, aut ubi sudare poteris patientia loca fortius perunge, per duas aut tres horas non cessando affricare, & cum sudare cœperit, caue ne in oculum influat, & cum detergere uolueris, adipe porcino patientia loca durius frica, & aqua tepida ablue. Hoc fac ter in mense tribus diebus per uices interpositis.

VNGVENTVM AD MACVLAS sordidas, & zermas, & ad uarios. Caput. 1042.

R Ecipe cedriæ un.6. Arsenici, sandaracæ, Scillæ ana dra.2. Chalcanthi, Ellebori nigri ana dra. 1. & semis, specierum puluerem subtilissime tritum cum cedria in mortario commisce, deinde uase æneo stagnato lenes ad prunas feruefacito, postea hac conde, usu expetente cola, & sabanis asperis frica, postea inunge, cauens ne loca sana attingat. Hoc bis in mense fac, & post triduum ab unctione defer patientem ad balneum.

ANNOTATIO.

SAHANE legit Simon, & tradit Arab. salsamentum esse ex pisciculis salitis, & nucibus aliquibus, speciebus, & oleo conflatum. Cæterum Sabanon Oribas. teste de cura mensium restrictorum, est pannus asper abstersorius, quo uice strigilis in lauacris utuntur homines.

VNCTIO AD FLVENTES IMPETIGINES, & ad humorum ebullitiones, quæ fiunt in toto corpore, præsertim in cruribus cum tumore, & uesiculis uelut per totum corpus diffusis, quæcunque ruptæ fuerunt apparent exigua uulnuscula. Caput. 1043.

R Ecipe cedriæ, saponis ueteris ana unc.5. Fuliginis unc.3. Aluminis scissi un.2. Sulfuris un. 1. Saponem cum cedria in mortario terendo commisce, mox puluerem terendorum adiunge, & ad solem toto die agita uesperi autem reconde, loca affecta prius oleo laurino, aut Iuniperino foue, postea perunge semel in die donec persanentur, & cum opus fuerit uino mulso ablue.

VNGVENTVM AD ERECTIONEM ueretri quo Fusus author utebatur. Caput. 1044.

R Ecipe olei unc.6.mellis, ceræ, gitteris, pyrethri ana unc.2.Myrrhæ,ſulfuris,ſcillæ interioris uiridis, piperis, coccugnidii ana drach.1. Scillam diutisſime tere, dein ceram cum oleo reſolutam,& mel adde, poſthac puluerem terendorum admiſce & conde,quo renes,& uirga ad ignem imbuantur,priuſquam amplexui operam dabis. guſtabis autem ſubſcriptum medicamen. Recipe ſeminis hederæ nigræ,chamæmeli,turionū lentiſci ana drac. 2.Piperis drach.1.Facies drachmeos trochiſcos cū uino,& cum decoctione ciceris dabis, aſſumes non diſtento uentriculo,bibesq; uinum diureticum.

VNGVENTVM AD PLAGAS SORdidas,nomas tibiarum ſuppullulantes ne proſerpant ulterius.

Caput. 1045.

R Ecipe mali ſtyracis unc.3.Aloes,Fellis taurini,ſtimmi ana drac.1.mellis, olei,aceti quod ſufficit,malum bene tritum cum uino & melle commiſce,& ad ſolem expone, deinde cum melle, & oleo,& aceto efferueſacito, & ab igne depoſitum reconde.

Sic legebat codex ſcriptus. Attamen coniectare, & diuinare licet. Malū Aſſyriū eſſe legēdū.quod eſt malū Medicū, à noſtris Citri malū appellatū.

VINVM ACETOSVM QVOD PAratur in Lesbo. Caput. 1046.

IN media maturitate colligunt uuas, & reponunt ad finem uindemiæ,poſtea calcant,exprimunt, & colligunt in uaſe nouo fictili,& exponūt ſoli diebus aliquot. Virtus huic uino eſt ſtyptica & euſtomacha,indigeſtionibus ſubuenit,ſolutum nimis ſtomachum aſtringit,prægnantibus faſtidium tollit,torminibus medetur,omnibus morbis bibitum ſuccurrit, & hoc uinum uetuſtate redditur longe laudabilius.

VINVM DE SILIQVIS ET meſpilo. Caput. 1047.

SImilem habent confectionem sicut supra scriptum, prædita sunt uirtute styptica, & stomachum & rheuma interaneorum compescunt.

VINVM HYSSOPITE. Cap. 1048.

COnfert ad Thoracis, & ad pulmonis uitia, tussim antiquam compescit, asthmaticis subuenit, dolorem laterum & dysuriam aufert, frigora periodica prohibet, menstruis imperat.

VINVM HELENIVM. Cap. 1049.

HElenii sicci unc. 1. liga in linteolum, immitte in sex urceos musti, & post tres menses utere, stomachi dolorem compescit, uriná prouocat, uitiis thoracis medetur.

VINVM DAVCITE. Cap. 1050.

RAdicum dauci tritarum drach. 6. in urceum unum musti immitte, & post tres menses utere, dolorem laterum & renum tollit: hepaticis, dysuricis, & stomachicis, & inflationibus opitulatur.

VINVM ELELISPHACITE. Caput. 1051.

Pondus non congruit.

ACcipe Elelisphaci obolos 8. & mitte in urceũ musti. sanguinem reicientibus, tussi, & lateris dolori, contusis, ab alto delapsis subuenit, nec non & menstruis cessantibus.

VINVM CATHARTICVM. Cap. 1052.

ElLeborum nigrum, & diagridium radicibus uitium supponitur in mense Martio cum succum terræ uites hauriunt, & uinum quod ex uuis exprimitur laxatiuum est, & haustum uentrem purgat, & abortum facit.

VINVM CYDONITE VEL MALINVM. Caput. 1053.

MAlorum Cydoniorum purgatorum incisorum minas 12. in amphoram uini musti immitte, & post triginta dies purgato uel colato utere. Est autem alia confectio qua e contusis, & expressis in sextar. mellis 1. succi sextar. 10. coniiciũtur, & reponitur. Stypticum est, stomachum & uentrem astringit: dysentericis, hepaticis, & nephriticis, & dysuriæ medetur.

VINVM PIRORVM. Cap. 1054.

COnfice sicut Cydonite, & pira non admodum matura recipito.

VINVM PVNICVM. Cap. 1055.

MAla granata contunde, exprime, & coque ad tertiam rheumati interaneo, febrientibus & dysentericis opitulatur, & stomachum & uẽtrem stringit.

VINVM PALMARVM. Cap. 1056.

CArnium maturorum dactylorum lib. 10. Si cupias dulce fieri 15. cum musti amphoris 5. in fictili uase perforato, & obturato diebus 25. serua. Postea aperto foramine, altero uase excipe, uirtus est illi suauis & styptica, & rheumatismis utilis, stomachicis, hæmoptoicis, & Cœliacis, sed sæpius potum dolorem capitis ciet.

VINVM MYRTITE. Cap. 1057.

MYrti nigri folia, cacumina & baccas contunde, & in decẽ heminas musti amphoras tres immitte, decoque, eliqua, & repone, pircnas

(Pirenas Simon ex authoritate Demosth. prodit esse pustulas similitudine mellis humore plenas. quod si uerum est, Nicolaus hic intelligit meliceri-des, quæ sunt hulcera quorum contentum est ueluti mel, sicut atheromatum ueluti seuum, & steatomatum uelut pulticulæ. Methodi 14. cap. 12.) capitis & Achoras, & Exanthemata inunctum curat, fauces & gingiuam gargarizando sanat, similiter & aures saniosas, superfluos humores uel sudores. Aliter conficitur ita. Myrtus contũditur & exprimitur, multi uero siccant myrtum in sole, & tundunt, & inde lib. 1. cotylas aquæ 3. admiscent, & uini austeri totidem, & postea exprimunt & reponunt, uirtus est ei styptica & Eustomacha, rheuma uentris & stomachi, uulnera interaneorum curat, capillos inficit.

VINVM MANTINVM.

cera. Cap. 1058.

MAnthum sicca in sole, deinde heminas duas terens in amphoram musti immitte, & post decem dies eliqua & repone, fastidium tollit, Cœliacis & dysentericis opitulatur.

VINVM ROSACEVM.

Caput. 1059.

r Osarum siccarum heminam purga & contunde, & in linteolum deliga, & immitte in musti sextar. 20. & coopertum sine tribus mensibus, & post eliquans repone, datur ad febres, uentriculi dolorem, cruditatem, rheuma uentris, & dysenteriam. Fit etiam etiam de succo qui rhodomeli appellatur, hoc aspredinem arteriarum lenit, & febrientibus opitulatur.

VIRION AD DENTES LAXOS & ad rheumatizantes gingiuas.

Caput. 1060.

R Ecipe Galangæ, Pyrethri, Amianthi, Zingiberis, Costi, Cinnamomi, stypteriæ scissilis, Spicæ, Caryophyllorum, Saliücæ, Tartari, colenæ ana unc.1 .mellis quod sufficit, affrica hoc gingiuis & dentibus.

ANNOTATIO.

HÆC duo Antidota, & Vria, & Ziria appellat codex scriptus utcunque autem sit præsens utilitas eorum est æstimanda & amplectenda potius, quàm nomenclatura.

VIRION ALIVD AD IDEM. Caput. 1061.

R Ecipe ossis astagiæ unc.3 .ossium dactylorum unc.2. Macropiperis, Pyrethri ana unc.1 .auripigmenti unc. semis, mellis quod sufficit, frica dentes & gingiuas.

XERION ANTIDOTVM AD CONfortandum stomachum admodum amoenum. Caput. 1062.

R Ecipe Cinnami drach.1 5. Opii, Piperis, Pyrethri, Euphorbii ana drachm.2. mellis quod sufficit.

XELIOPHILON AD FRIGIDVM STOmachum nephriticos, & stranguriosos. Caput. 1063.

R Ecipe Petroselini, Macedonici, Struthii ana drach.34. Asparagi seminis drach.23. Piperis drach.1 5. Xylocasiæ drachm.12. Helenii, Zingiberis, Cymini, Glechonis, Pyrethri, Cnici, Asari, Costi ana drach.4. Trifolii seminis Sansuci, Spicæ ana drach.2. mellis quod sufficit.

XERIOPHILON MINVS AD ILIOSOS nephriticos,& omnia uitia uesicæ, ad stranguriam,& cruciatum urinæ. Caput. 1064.

R Ecipe herbæ macedonicæ,seminis apii,petroselini,anethi,seminis urticæ,salis ozymi, Caryophylatæ,citrariæ,seminis melonis,Citruli, Cucurbitæ,Carpobalsami, Anisi, Amomi,Ameos, radicis Bruscinę ana un.1.Galãgæ dra.2.spicæ dra. 1.Omnia simul cõtere,& coniice in aquæ fontis sextarios 6.& coq; donec reliqui sunt sextarii 3.Cola,& adde mellis libr.2.& iterum coque parum. Bibatur inde cottidie circa phialam unam.

ZOPYRI ANTIDOTVS AMBROSIA nominata,quam Zopyrus Ptolomæo regi composuit ad mortale uenenum, dolorem stomachi,hepatis,& splenis. Caput 1065.

R Ecipe zingiberis drach.5.Croci drac.4.& semis,Casiæ,Costi ana drachm.4.Cinnamomi drach.3.Schœnanthus drach.2.& semis Thuris drachm.1.mellis quod sufficit.Dosis eius in modum fabæ maioris cum aqua calida.

ANNOTATIO.

C.CELSVS ponit eãdem descriptionem libr.5. cap.23.& addit Myrrhã & nardum indicam.Meminit Zopyri Scribonius cap.169.& 173.& medicum Gordiensem appellat,& Zopyrion prolixius quàm aut Celsus,aut Nicolaus depingit.

REGISTRVM.

ab A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF.

Quaterniones omnes, præter b duernionem.

Venetiis, apud Ioannem Farreum &
fratres. Anno a partu Virginis.
M D X L I I I.

Concordia parvæ res crescunt.



Τῇ ὁμονοίᾳ τὰ μικρὰ αὐξάνονται.

1556

